398

MD
Cop. 1.

John Carter Brown.

L. APVLEII Metamorphoseos, siue lusus Asini libri XI.
Floridorũ IIII. De Deo Socratis I. De Philosophia I.
Asclepius Trismegisti Dialogus eodẽ Apuleio interprete.
Eiusdem Apuleij liber de Dogmatis Platonicis.
Eiusdẽ liber de Mundo, quẽ magna ex parte ex lib. Aristotelis eiusdẽ argumenti in latinum traduxit. hic sanè liber mutilatus ante nostram impressionem circunferebatur. eum nos fidem antiquissimi codicis secuti, restituimus. multos aũt, & quidẽ insignes errores commisit Apuleius in uertendo hoc libro, quos omnes indicauit Petrus Alcyonius græcæ, & latina literatura præstantissimus, & philosophus clarissimus cum librum illum latinitate donaret. Apologiæ II.
Isagogicus liber Platonicæ philosophiæ per Alcinoũ philosophum, græce impressus. nam maluimus hunc græcum imprimere, quàm latinum. cum inepta tralatione cuiusdam Episcopi Tropiensis barbarus esset.

JOHN CARTER BROWN

AL DVS

CARMINA ANTIQVA IN APVLEIVM MAGVM.

Καὶ νοῦς ἄρθεγκτα λατινίδος ὄργια μούσης
Ἄζετο παμπαίνων ἀπυλήϊος. οὔ τινα μύσην,
Αὐσονὶς ἀῤῥήτου σοφίης ἀνεβρέξατο σειρήν.

FRANCISCVS ASVLANVS FRANCISCO RVBRIO FRANCISCI GALLIARVM REGIS VENETIIS LEGATO, S. P. D.

PERFECTVM Oratorẽ, ſummũq; eloquẽtiæ magiſtrũ iudicauit M. Tullius eũ eſſe, q̃ eleganter poſſet q̃a ſummiſſe, modicæ tempate, magna grauiter dicere. qua qdẽ laude in primis floruiſſe uideo illũ ipſum M. Tulliũ, C. Cæſarẽ, Q. Hortenſiũ, et paucos quoſdã illorũ temporũ Oratores. Sed poſtq̃ oia dñatu unius teneri cœperunt, priſci illi Romani nõ aliter uerũ eloquẽtiæ decus amitti uiderũt, q̃ libertatis ius & publicæ ſalutis curã. ita ut ſiq̃n auditus fuit Orator, q̃ ſplẽdide, ac ornate dixiſſet, is magis uiſus ſit in optimo dicendi gñe elaboraſſe, ut gratiã Principis aucuparetur, q̃ ut cauſæ ſuſceptæ ſatisfaceret, aut aliquẽ ex eloquẽtia fructum q̃aperet. Scitũ. n. ẽ Tyrãnos Poëtis ſemp ſtuduiſſe, hoc eſt uoluptati. Poëtæ. n. oia ad uoluptatem referunt. hinc factum exiſtimo, ut à principatu Auguſti uſq; ad Traiani tpa maior Poëtarũ cõpia exſtiterit, q̃ multa añ ſecula. Floruerũt tñ Oratores nõnulli poſt diuinos illos, quos ſupra dixi, oratores, & ij qdem grãdiloq, ut ita dicam, et ampla ſniarũ grauitate, nũeroſáq; oratiõe utẽtes, q̃ ijdẽ ẽt uehemẽtes, cõpioſiq;, et ad pmouẽdos, et cõuertendos aios plus nimio iſtructi et pati fuerũt. Sed in tantis uirtutib. cãrere uiſi ſunt latini ſermonis puritate, & cãdore, quo maxie præſtitiſſe ueteres oratores uidemus. atq; in ſupiore numero reponẽdos exiſtimo Senecã, Plinũ, Cæciliũ, Fabiũ. Horũ aũt ætati ſucceſſerunt nonnulli, qui cõrruptum quoddam latinitatis genus inuexerunt,

cuius author, & princeps Apuleius fuit Madaurae ortus, uir excellẽti ingenio, et potius ad multa uersanda, quàm ad percipienda aptus. nam Platonicae philosophiae decreta perplexe tradidit. id quod colligere possumus ex multis eius libris. & quae ex Aristotele literis prodidit, nõ usquequaq; Peripatetica disciplina sapiunt. declarat hoc cõmentarius quẽ de Mũdo scripsit, ubi magno pe ab Aristotele aberrat, cũ aliqd paulo abstrusius apud eum philosophũ latine reddẽdũ ẽ. quae qdẽ uitia prius oium Petrus Alcyonius hõ et graecis, et latinis literis doctissimus deprehẽdit, et i interpretatióe libri Aristotelis eiusdẽ argumẽti idicauit. Nos tn oia eiusdẽ Apulei opera, quot quot hẽre potuius, accuratius castigata q unq fuerit, iprì mẽda curauimus, atq; sub tuo noie edidimus Frãcisce ornatissime, quẽ et testimõio illius ipsius Alcyonij, q ob clariss. tuas uirtutes te unice obseruat, et cõi oium iudicio nouimus i oi literarũ gne i pris excellere. qua qdẽ laude celeberrius ẽt oli fuisti i Gymnasijs Taurinati, Ticinẽsi, et Patauio, et multis legatiõib. Eluetia, Germanica, Põtificia, et hac deniq; Veneta, i qua maxime hae praeclara literarũ ornamẽta cõiũxisti cũ oib. uirtutib. q popularigloria decorari solẽt. nõ solũ. n. docti oẽs i credibilẽ tuã rerũ oium diuinarũ hũanarũq; cognitionẽ prædicãt, uerũ ẽt Senatus ampliss. te de bello ac pace disserẽtẽ cotidie admiratur. ac ppea ciuitas uniuersa nois tui gloriã augeri optat, nec desistit te ijs laudib. prosequ, quas tãto tuo igenio, tãtóq; tuae uitae splẽdori, tãtæq; liberalitati deberi itelligit. Qui ẽt se ipsam à te magis honestari arbitratur, q Mediolanẽses, et Parisiẽses tuos, ppea qđ i utriusq; urbis senatũ cũ multis senator allectus es, At Venetijs legatus solus missus es, soluśq; Clariss. Regis personã sustines, et utriusq; Galliae negotia sapientissime procurat. Vale.

L. APVLEII MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI IN METAMORPHΩSIN SVAM, SIVE LVSVM ASINI PRAEFATIO.

TEgo tibi sermone isto milesio
Varias fabellas conseram, atq; aures tuas
Benevolas lepido susurro permulcẽ.
Modo si papyrum ægyptiã tu argutia
Nilotici calami inscriptam non spreueris
Inspicere. figuras hominum in alias imagines
Conuersas, & in se rursum nexu mutuo
Refectas, ut mireris, hic exordior.

Quis ille, paucis accipe. Hymettos Atticas, et Isthmos Ephiræa, & Tænaros Spartiacas, glebæ felices, æternum libris felicioribus creditæ, mea uetus prosapia est. Ibi inq̃ in Athide, primis pueritiæ stipendijs merui. Mox in urbe Latia aduena, studiorum Quiritium, indigenam sermonem, erumnali labore, nullo magistro præeunte aggressus, excolui. En ecce præfamur ueniam, siquid exotici ac forensis sermonis rudis locutor offendero. Iam hæc quidem ipsa uocis immutatio, desultoriæ scientiæ stilo, quem accessimus, respondet. Fabulam græcanicam incipimus, lector intende, lætaberis.

hessaliã(nã & illic originis maternæ nostræ fundamẽta à Plutarcho illo inclyto,ac mox Sexto philosopho nepote eius prodita, gloriá nobis faciũt)eã Thessaliá ex negotio petebã, Postq̃ ardua montiũ,& lubrica uallium,& roscida cæspitum,& gleboſa camporum emersi,me equo indigena peralbo uehens,iam eo quoq; admodum fesſo,ut etiam fatigationem sedentariam incessus uegetatione discuterem,in pedes desilio,equi sudorem & frontem curioſe extrico,aures remulceo,frenos detraho,in gradum lenem sensim proueho,quoad lassitudinis incommodum alui solitum ac naturale præsidiũ eliquaret. Ac dum is ientaculum ambulatorium,prata q; præterit,ore in latus detorto pronus allectat,duobus comitum,qui forte paulum processerant,tertium me facio, & dum auscultо,quid sermonis agitaretur,alter exorto cachinno,parce inquit in uerba ista,hæc tam absurda,tamq; immania mentiendo. Isto accepto sititor alioquin nouitatis,immo uero inq̃ impertite sermone,non quidem curioſum,sed qui uelim scire uel cuncta,uel certe plurima,simul iugi,qđ insurgimus aſperitudinem fabularum lepida iucunditas leuigabit. At ille qui cœperat,ne inquit istud mendacium tam uerum est,q̃ siqui uelit dicere,magico susurramine amnes agiles reuerti,mare pigrum colligari,uentos inanimes expirare,solem inhiberi,lunam despumari,stellas euelli,diem tolli,noctem teneri. Tunc ego in uerba fidentior,heus tu inq̃,qui sermonem iecĕras priorem,ne pigeat te uel tedeat reliqua prætexere, & ad alium. Tu uero crassis auribus & obstinato corde re

ſpuis, quæ forſitan uere perhibeantur, minus hercule
cælles prauiſſimis opinionibus ea putari mẽdacia, quæ
uel auditu noua, uel uiſu rudia, uel certe ſupra captũ
cogitationis ardua, uideantur, quæ ſi paulo accuratius
exploraris, non modo compertu euidentia, uerum etiã
factu facilia ſenties. Ego deniq; ueſpera, dum polentæ
caſeatæ mordico ſecurius offulam grandiorem, in cõ
uiuas æmulos contrunçare geſtio, mollicie cibi glutino
ſi faucibus inhærentis, & ima gula ſpiritus detinentis,
minimo minus interq. Et tamen Athenis proximo, &
ante poecilen porticum, iſto gemino obtutu circulatorẽ
aſpexi equeſtrem, ſpatham præacutam mucrone infe=
ſto deuoraſſe, ac mox eundem inuitamento exiguæ ſti
pis uenatoriam lanceam, qua parte minatur exitium
in ima uiſcera condidiſſe, & ecce ponẽ lanceæ ferrũ,
qua bacillum inuerſi teli ad occipitium per inguen ſu
bit, puer in molliciem decorus inſurgit, inq; flexibus
tortuoſis, eneruam & exoſſam ſaltationem explicat,
cum omnium, qui aderamus, admiratione, dicæres dei
medici baculo, quod ramulis ſemiamputatis nodoſum
gerit, ſerpentem generoſum, lubricis amplexibus in=
hærere. Sed iam ædo tu ſodes, qui cœperas fabulam,
remetire. Ego tibi ſolus hac pro iſto credam, & quod
ingreſſui primum fuerit ſtabulum prandio participa
bo. Hac tibi merces poſita eſt. At ille iſtud quidem qđ
polliceris, æqui boniq; facio. Verum quod inchoaue=
ram, porrò exordiar. Sed tibi prius deierabo ſolemiſtũ
uidentem deum, me uera comperta memorare, ne &
uos ulterius dubitetis, ſi Theſſalicam proximam ciui
tatem peruenerit is, quod ibidem paſſim per ora popu=

li sermo iactetur, quæ palàm gesta sunt. Sed ut prius noritis, qui sim, & cuiatis, quo quæstum nunc eam, audite. Aeginensis quidem sum æthnæo melle uel cæseo & huiusmodi cauponarum mercibus, per Thessaliam, Aetoliam, Bœotiam ultro citro discurrens. Comperto itaq; hypatæ, quæ ciuitas cunctæ Thessaliæ antepollet, esset cæseum recentem, & sciti saporis, admodum commodo precio distrahi, festinus adcucurri, id omne præstinaturus. Sed, ut fieri assolet, sinistro pede profectum me spes compendij frustrata est. Omne. n. pridie Lupus negociator magnarius coemerat. Ego igitur ineffricti celeritate fatigatus, commodum uespera oriente ad balneas processeram. Ecce Socratem, contubernalem meum conspicio, humi sedebat, scissili palliastro semiamictus, penè alius lurore ac misera macie deformatus, qualia solent fortunæ deterrima, stipes in triuijs erogare. Hunc talem quanq; necessarium et summe agnitum, tamen dubia mente proprius accessi. Hem inquam mi Socrates quid istud? quæ facies? quod flagitium? At uero dom tuæ iam defletus & conclamatus es, liberis tuis tutores iuridici prouincialis decreto dati, uxor præsolutis feralibus officijs, luctu & mœrore diutino deformata, diffletis penè ad extremam captiuitatem oculis suis, domus infortunium, nouarũ nuptiarum gaudijs, à suis sibi parentibus hylarare compellitur. At tu hic laruale simulachrum, cum summo dedecore nostro uiseris. Aristomene, inquit, ne tu fortunarum lubricas ambages & instabiles incursiones, & reciprocas uicissitudines ignoras? & cum dicto sutili centuculo faciem suam iam dudum punicã

tem præ pudore obtexit, ita ut ab umbilico pubentenus cætera corporis renudaret. Nec deniq; perpessus ego tam miserum ærumnæ spectaculum, iniecta manu, ut adsurgat, enitor. At ille, ut erat capite uelato, sine sine inquit, fruatur diutius tropheo fortuna, quod fixit ipsa, efficæ, sequatur. Et simul unam ex duabus laciniis meis exuo, eumq; propere uestio. Dicam, an ne contego? & ilico lauacro trado, quod unctui, quod tersui, ipse præministro, sordium enormem eluuiem operose efficio. Probe curato, ad hospitium, lassus ipse, fatigatum ægerrime sustinens perduco, lectulo refoueo, cibo satio, poculo mitigo, fabulis permulceo. Iam ad lubentia procliuis est sermonis & ioci, & scitum est cauillum, iam dicacitas tinnula, cum ille imo de pectore cruciabile suspiriũ ducens, dextra seruiente, frõtem replaudens, ne miserum insit, qui dum uoluptatem gladiatorum spectaculi satis famigerabilis consector, in has erumnas incidi. Nam, ut scis optime, secundum quæstum Macedonia profectus, dum mense decimo ibidem attentus numatior reuertor, modico priusquam Lariſſam accederem, per transitum spectaculum obiturus, in quadam auia & lacinioſa conualle à uastissimis latronibus obsessus, atq; omnibus priuatus, tandem euado, & utpote ultime adfectus, ad quandam cauponam Meroenanum, sed admodum scitulam deuorto, eiq; causas & peregrinationis diuturnæ, & domuitionis anxiæ, & spoliationis diurnæ aperio. Et dum misere refero, quæ memini, illa me quàm humane tractare adorta, cœnæ gratæ atq; gratuitæ, ac mox urigine percita cubili suo

applicat. Et ſtatim miſer, ut cum illa acquieui, ab unico cõgreſſu annoſam ac peſtilentem contraho, & ipſas etiam lacinias, quas boni latrones contegendo mihi cõceſſerant, in eam contuli, operulas etiam quas adhuc uegetus, ſaccariam faciens merebã. Quod me ad iſtam facĩ, q̃ pauloante uidiſti, bona uxor & mala fortuna perduxit. Pol quidẽ tu dignus inquam es extrema ſuſtinere, ſiquid eſt tamen nouiſſimo extremus, qui uoluptatem uenereã & ſcortum ſcorteum lari & liberis prætuliſti. At ille digitum à pollice proximum ori ſuo admouẽs & in ſtuporẽ attonitus, tace, tace, inquit, & circũſpiciẽs tutamẽta ſermonis, parce, inqt, in fœminã diuinã, ne q̃ tibi lingua intemperante noxam contrahas. Ain tandem inquam potens illa, & regina cæu pona, qd muliẽris eſtẽ Saga inqt & diuinipotens cœlũ deponere, terram ſuſpendere, fontes durare, montes diluere, manes ſublimare, deos infimare, ſydera extinguere, tartarum ipſum illuminare. Oro te inquam, oro te inquam, aulcum tragicum dimouento, & ſiparium ſcænicum complicato, & cedo uerbis communibus. Vis inquit unum uel alterum, immo plurima eius audire facta? nam ut ſe ament efflictim, nonmodo incolæ, uerum etiam Indi, uel Aethiopes utrique, uel ipſi Antichthones, folia ſunt artis, & nugæ meræ, ſed quod in conſpectu pluriũ perpetrauit audi. Amatorem ſuum, quod in aliam temeraſſet, unico uerbo mutauit in feram caſtorem, quod ea beſtia captiuitati metuens, ſe ab inſequentibus repræciſione genitalium liberat, ut illi quoq; ſimile, q̃ Venerem habuit in aliam, proueni

ret. Cauponem quoq; , uicinum , atque ob id æmulum, deformauit in ranam , & nunc senex ille dolium innatans uini sui, aduentores pristinos in fœce submissus officiosis ronchis raucus appellat. Alium de foro quidem , q aduersus eam locutus esset, in arietem deformauit , & nunc aries ille causas agit. Eadem , amatoris sui uxorem , q in eam dicaculepro-brum dixerat , iam in saranam prægnationis obsepto utero , & repigrato fœtu , perpetua prægnatione damnauit. Et ut cuncti numerant, octo annorum onera musella illa , uelut elephantum paritura , distenditur. Quæ cum subinde , ac multi nocerentur, publicitus indignatio percrebruit , statutum'que est, ut in eam die altera seuerissime saxorum iaculationibus uindicaretur. Quod consilium uirtutibus cantionum anteuertit, & ut illa Medea unius dieculæ à Greonte impetratis inducijs , totam eius domum , filiamque cum ipso sene , flammis coronalibus deusserat , sic hæc deuotionibus sepulchralibus in scrobem procuratis, ut mihi temulenta narrauit , proxime cunctos , ut in suis sibi domibus tanta nummum uiolentia clausit , ut toto biduo , non claustra perfringi , non fores euelli , non denique parietes ipsi quiuerint perforari , quoad mutua hortatione consone clamitarent , quam sanctissime deierantes , sese neque ei manus admoliturosi& si qui aliud cogitarint, salutare laturos subsidium , & sic illa propitiata , totam ciuitatem absoluit. At uero cœtus illius authorem nocte intempesta cum tota domo , ideſt parietibus & ipso solo , & omni fundamento, ut erat clau-

sa, ad centesimum lapidem in aliam ciuitatem, summo uerticę montis exasperati sitam, & ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniam densa inhabitantium ædificia locum nouo hospiti non dabant, ante portam proiecta domo discedit. Mira inquam, nec minus sæua mi Socrates memoras. Deniq; mihi quoque non paruam incussisti solicitudinem, immo uero formidinem, iniecto non scrupulo, sed lăncea, ne quo numinis ministerio similiter usa sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaque maturius quieti nos reponamus, & somno leuata lassitudine noctis, ante lucem aufugiamus istinc quam putas longissime. Hæc adhuc me suadente, insolita uinolentia, ac diuturna fatigatione pertentatus bonus Socrates iam sopitus stertebat altius. Ego uero aducta fore, pessulisque firmatis, grabattulo etiam pone cardines supposito, & probe adgesto, super eum me recipio. Ac primum præ metu aliquantisper uigilo, dein circa tertiam fermè uigiliam paululum conniueo. Commodum quieueram, & repente impulsu maiore, quam ut latrones crederes, ianuæ reserantur, immo uero fractis & euulsis funditus cardinibus prosternuntur. Grabattus alioqui breuiculus, & uno pede mutilus ac putris, impetus tanti uiolentia prosternitur, me quoque euolutum, & excussum humi recidens in inuersum cooperit ac tegit. Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium prouenire. Nam ut lachrymæ sæpicule de gaudio prodeunt, ita & in illo nimio pauore, risum nequiui conti-

uere, de Aristomene testudo factus. Ac dum infimum deiectus obliquo aspectu, quid rei sit, grabattuli solertia munitus opperior, uideo mulieres duas altioris ætatis. Lucernam lucidam gerebat una, spongiam & nudum gladium altera. Hoc habitu Socratem bene quietum circunstetere. Infit illa cum gladio, hic est soror Panthia, charus Endromion, hic catamitus meus, qui diebus ac noctibus illusit ætatulam meam, hic qui meis amoribus subterhabitis, non solum me diffamat probris, uerum fugam instruit. At ego scilicet Vlyxi astu deserta sum, & Calypsonis æternam solitudinem flebo, & porrecta dextera, méq; Panthiæ suæ demonstrato, at hic inquit bonus consiliator Aristomenes, qui fugæ huius author fuit, & nunc morti proximus, iam humi prostratus grabattulo sucubans iacet, & hæc omnia conspexit, impune se relaturum meas contumelias putat, faxo eum sero, immo uero iam nunc, ut & præcedentis dicacitatis, & instantis curiositatis pœniteat. Hæc ego ut accepi sudore frigido miser perfluo, tremore uiscera quatior, succussuśq; sum adeo, ut grabattulus etiam inquietus super dorsum meum palpitando saltaret. At bona Panthia quin igitur inquit soror hunc primum bacchatim discerpimus, uel membris eius destinatis, uirilia desecamus? Ad hæc Meroe (sic enim reapse nomen eius, quàm fabulis Socratis conuenire sentiebam) immo ait supersit hic saltem, qui misselli huius corpus, parua contumulet humo, & cute Socratis in alterum dimoto latus, per iugulum si-

nistrum, capul'otenus gladium totum ei demergit, & sanguinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter, ut nulla stilla compareret usquam. Hæc *ego meis oculis aspexi.* Nam *etiam, nequid demutaret credo à uictimæ religione, immissa dextera per uulnus illud ad uiscera penitus, cor miseri contubernalis mei* Meroe *bona scrutata protulit, cum ille impetu teli præsecata gula uocem, immo stridorem mœrtum per uulnus effunderet, & spiritum rebuliret. Quod uulnus, qua maxime patebat, spongia effulcaens* Panthia, *heus tu inquit spongia cauc in mari nata, per flumen ne transeas.* His æditis *ab una remoto grabattulo, uaricus super faciem meam residentes, uesicam exonerant, quoad me urinæ spuraſſimæ madore perluerent. Commodum limen euaserant, & fores ad pristinum statum integræ resurgunt, cardines ad foramina residunt, postes ad repagula redeunt, ad claustra pessuli recurrunt.* At *ego ut eram etiam nunc humi proiectus inanimus, nudus, & frigidus, & lotio perlitus, quasi recens utero matris æditus, immo uero semimortuus, uerumetiam ipse mihi superuiuens, & posthumus, uel certe destinatæ iam cruci candidatus, quid inquam de me fiet, ubi iste iugulatus mane patuerit?* Cui *uidebor uerisimilia dicere, proferens uera, proclamares saltem suppetiatum, si resistere uir tantus mulieri nequibas, sub oculis tuis homo iugulatur, & siles?* Cur *autem te simile latrocinium non peremit?* Cur *sæua crudelitas, uel propter indicium sceleris arbitro peper-*

ci? Ergo quoniam euasisti mortem, nũc illò redi. Hæc identidem mecum replicabam, & nox ibat in diem. Optimum itaque factu uisum est, anteluculo furtim euadere, & uiam licet trepido uestigio capessere, sumo saranulam meam, subdita claui pessulos reduco. At illæ probæ & fideles ianuæ, quæ sua sponte deseratæ nocte fuerant, uix tandem & ægerrime tunc clauis suæ crebra immissione patefiunt. Et heus tu inquam ubi es? ualuas stabuli absolue, antelucio uolo ire. Ianitor ponè stabuli hostium humi cubitans, & iam nunc semisomnus, quid tu, inquit, ignoras latronibus infestari uias? quid hoc noctis iter incipis? Hem, & si tu alicuius facinoris tibi conscius scilicet mori cupis, nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur, non longe inquam lux abest. Sed & præterea quid uiatori de summa pauperie latrones auferre possunt? An ignoras inepte, nudum nec à decem palestritis despoliari posse? Ad hæc ille marcidus & semisopitus, in alterum latus euolutus, unde autem inquit scio an conuectore illo tuo, cum quo sero deuerteras, iugulato, fugæ mandes præsidium? Illud horæ memini me terra dehiscente, ima tartara, inque his canem cerberum, prorsus esurientem mei prospexisse, ac recordabar profecto, bonam Meroen non misericordia iugulo meo peperciisse, sed sæuitia cruci me seruasse. In cubiculum itaque reuersus, de genere tumultuario mortis mecum deliberabam. Sed cum nullum aliud telum mortiferum fortuna, quàm solum mihi grabattulum subministraret. Iam iam grabat-

tule inquam animo meo chariſſime, qui mecum tot e-rumnas exanclaſti, conſcius & arbiter quæ nocte geſta ſunt, quem ſolum in meo reatu teſtem innocentiæ citare poſſum, tu mihi ad inferos feſtinanti, ſubminiſtra telum ſalutare. Et cum dicto, reſtim, qua erat intextus, aggredior expedire, ac tigillo, quod feneſtræ ſubditum altrinſecus promnebat, iniecta atque obdita parte funiculi & altera firmiter in nodum coacta, aſcenſo grabattulo, ad exitium ſublimatus, & miſſo capite laqueum induo. Sed dum pede altero, fulcimentum, quo ſubſtinebar, repello, ut ponderis deductu reſtis ad ingluuiem adſtricta ſpiritus officia diſcluderet, repente putris alioqui & uetus funis diſrumpitur. Atque ego de alto recidens, Socratem, nam iuxta me iacebat ſuperruo, cumque eo in terram deuoluor. Et ecce in ipſo momento ianitor introrupit exerte clamitans. Vbi es tu, qui alta nocte immodice feſtinabas, & nunc ſtratis inuolutus? Ad hæc neſcio, an caſu noſtro, an illius abſono clamore, experrectus Socrates exurgit prior. Et næ inquit merito ſtabularios hos omnes hoſpites deteſtantur. Nam iſte curioſus dum importune irrumpit, credo ſtudio rapiendi aliquid, clamore uaſto, maracdus alioqui me altiſſimo ſomno excuſſit. Emergo lætus atq; alacer, inſperato gaudio perfuſus, & ecce ianitor fidelisſime, comes & pater meus, & frater meus, quem nocte ebrius occiſum à me calumniabaris, & cum dicto Socratem deoſculabar amplexus. At ille odore alioqui ſpuraſſimi humoris percuſſus, quo melamiæ illæ infecerant, uehementer aſpernatur. Apage te

inquit

inquit fœtorem extremæ latrinæ, & causas cœpit huius odoris comiter inquirere. At ego mire adficto extempore absurdo ioco, in alium sermonem intentionem eius denuo diriuo, & iniecta dextra, quin imus inquam, & itineris matutini gratiam capimus? sumo sarcinulam, et pretio mãsionis stabulario persoluto capessimus uiam. Aliquantũ processeramus, & iam iubaris exortu cuncta collustrãtur, & ego curiose sedulo arbitrabar iugulum comitis, qua parte gladium delapsum uideram, & mecum uesane aio, quin poculis & uino sepultus, extrema somniasti, ecce Socrates integer, sanus, incolumis, ubi uulnus? spongia ubi? postremo cicatrix tam alta, tam recens? & ad illum. Ne immerito inquam medici fidi cibo & crapula distenctos, sæua & grauia somniare autumant, mihi deniq;, quod poculis uesperi minus temperaui, nox acerba diras & truces imagines obtulit, ut adhuc me credã cruore humano aspersum atq; impiatum. Ad hæc ille subridens, at tu inquit non sanguine, sed locio perfusus es. Veruntamen & ipse per somnum iugulari uisus sum, nihil non & iugulum istum dolui, & cor ipsum mihi auelli putaui, & nunc etiam spiritu deficior, & genua quatior, et gradu titubo, & aliquid cibatus refouendo spiritu desidero. En inquã paratum tibi adest ientaculum, et cum dicto mantica mea humero exuo. Caseũ cum pane propere ei porrigo, & iuxta platanum istam residamus aio. Quo facto et ipse aliquid indidem sumo, cumq; auide esitantem aspiciens, aliquanto iteriore

macie, atq; pallore buxeo deficiẽtem uideo. Sic deniq; eum uitalis color turbauerat, ut mihi præ metu, nocturnas etiam furias illas imaginanti, fruſtulũ panis, quod primum ſumpſeram, q̃uis admodũ modicũ, mediis faucibus inhæreret, ac neq; deorſum demeare, neq; ſurſum remeare poſſet. Nam et breuitas ipſa commeantiũ metum mihi cumulabat. Quis enim de duobus comitum alterũ ſine alterius noxa perẽptum crederet? Verũ ille ut ſatis detruncauerat cibum ſitire impatienter cœperat. Nam et optimi casei bonam partẽ auide deuorauerat, et haud ita longe radices platani leuis fluuius in ſpeciem placidæ paludis ignauus ibat, argento uel uitro æmulus in colorem. En inq̃ explere latices fontis lacteo. Adſurgit, & oppertus paululũ planiorem ripæ marginem compliatus in genua adpronat ſe auidus adfectans poculum, nec dum ſatis extremis labijs ſummum aquæ rorem attigerat, et iugulo eius uulnus dehiſcit in profundum patorem, & illa ſpongia repente deeo deuoluitur, eãq; paruus admodũ comitatur cruor. Deniq; corpus exanimatum in flumẽ penè corruerat, niſi altero ego eius pede retento, uix & ægre ad ripam ſuperiorẽ attraxi. Vbi defletum pro tempore comitem miſellum arenoſe humo, in amnis uicinia ſempiterna contexi. Ipſe trepidus et eximie metuens mihi, per diuerſas et auias ſolitudines aufugi. Et quaſi conſcius mihi cædis humanæ, relicta patria et lare. ultroneum exilium amplexus, nunc Aetoliam, nouo contracto matrimonio, colo. Hæc Ariſtomenes. At ille comes eius, qui ſtatim initio, obſtinata incre-

dulitate ſermonem eius reſpuebat, nihil inquit hac fabula fabuloſius, nihil iſto mendacio abſurdius, et ad me conuerſus, tu autem inqt uir, ut habitus et habitudo demonſtrant ornatus, accedis huic fabulæ? Ego uero inq̃ nihil impoſſibile arbitror. Sed ut cunq; fata decreuerint, ita cuncta mortalibus prouenire. Nã et mihi et tibi et cũctis hominibus multa uſu euenire mira et penè infecta, quæ tamẽ ignaro relata fidẽ perdant. Sed ego huic et credo hercules, et gratas gratias memini, q̃ lepidæ fabulæ feſtiuitate uos auocauit, aſperã deniq; ac prolixã uiã ſine labore et tædio euaſi. Quod beneficiũ etiam illum uectorẽ meũ credo lætari, ſine fatigatione ſui me uſq; ad iſtam ciuitatis portam nõ dorſo illius, ſed meis auribus prouecto. is finis nobis & ſermonis & itineris communis fuit. Nã comites utriq; ad uillulas proximas ſeorſum abiere. Ego uero quod primũ ingreſſu ſtabulũ conſpicatus ſum, accẽſi, et de quadam anu caupona ilico percontor, eſt'ne inquam Hypata hæc ciuitas? Annuit. Noſti'ne Milonem quẽdam è prioribus? Arriſit. Et uere inquit primus iſtic perhibetur Milo, qui extra pomerium et urbem totam colit. Remoto inquam ioco, parẽs optima, dic oro et cuiatis ſit, et quibus diuerſetur ædibus. Vides'ne inqt extremas feneſtras, quæ foris urbẽ proſpiciunt, et altrinſecus fores proximum reſpicientes angiportum, inibi iſte Milo diuerſatur, ampliter nummatus, et longe opulentus, uerũ extremæ auaritiæ, et ſordis infimæ, infamis homo, fœnus deniq; copioſum ſub arrabone auri et argẽti crebriter exercẽs, exiguo lare ĩcluſus, et eru

gni ſemper intentus, cum uxore etiam calamitatis ſuæ comite habitat. Neq; præter unicam paſcit ancillulam, & habitu mendicantis ſemper incedit. Ad hæc ego riſu ſubjecto, benigne inquam & proſpicue Demeas meus in me conſuluit, q peregrinatur̃ talẽ uiro cõciliauit, ĩ cuius hoſpitio nec fumi nec nidoris nebulã uererer, et cũ dicto modico ſecus progreſſus hoſtium accedo, & ianuam firmiter opeſſulatam, pulſare uocaliter incipio. Tandẽ adoleſcẽtula quædam procedens. Heus tu inquit, qui tam firmiter fores uerberaſti, ſub qua ſpecie mutuari cupis? An tu ſolus ignoras præter aurum argentuḿq; nullũ nos pignus admittere? Meliora inquam omnare, et potius reſponde, an intra ædes herum tuum offenderim? Planè inquit, ſed quæ cauſa quæſtionis huius. Literas ei à corinthio Demea ſcriptas ad eum reddo. Dum annuntio inquit, hæc, ibidem operitor. Et cum dicto rurſum foribus opeſſulatis intro, Cæpeſſit, modico deinde regreſſa, patefactis ædibus, rogat te inquit. Intuli me, euḿq; accubantem, exiguo admodum grabattulo, & commodum cœnare incipientem inuenio. Aſſidebat pedes uxor, & menſa uacua poſita, cuius monſtratu, en inquit hoſpitiũ. Bene ego, & illico ei literas Demeæ trado. Quibus properiter lectis, amo inquit meum Demeam, quĩ mihi tantum conciliauit hoſpitem, et cum dicto iubet uxorem decedere. Vt́q; in eius locum aſſideam iubet, mé́q; etiam nunc uerecundia conctantem, abrepta lacinia detrahens, adſide inquit iſtic. Nam præ metu latronum, nulla eſt Seſula an ſufficiẽtẽ

ſuppellectilem parare nobis licet, feci. & ſic, Ego te inquit etiam de iſta corporis ſpecioſa habitudine, déq; hac uirginali prorſus uerecundia, generoſa ſtirpe proditum, et recte conjcerẽ. Sed & meus Demeas eadem literis pronunciat. Ergo breuitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto, erit tibi adiacẽs, & ecce illud cubiculum, honeſtum receptaculum, fac libenter diuerſeris in noſtros. Nam & maiorẽ domum dignatione tua feceris, & tibi ſpecimen glorioſum arrogaris, ſis contentus lare paruulo, Theſei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris, qui non eſt aſpernatus Hecales anus hoſpitium tenue. Et uocata ancillula, Fotis iquit ſarcinulas hoſpitis ſuſceptas cum fide conde in illud cubiculum. Ac ſimul ex promptuario oleum unctui, & linteа terſui, & cætera hæc eidem uſui proferocyter. Et hoſpitem meum produc ad proximas balneas, ſatis arduo itinere, atq; prolixo fatigatus eſt. His ego auditis, mores, atq; parſimoniam ratiocinans Miloonis, uolensq; me arctius ei conciliare, nihil inquam rerum iſtarum, quæ itineris ubiq; nos comitantur, indigemus. Sed & balneas facile percontabimur. Planè quod eſt mihi ſumme præcipuum equo q me ſtrenue peruexit, fenum atq; ordeum, acceptis iſtis numulis tu Fotis emito. His actis, & rebus meis in illo cubiculo conditis, pergens ipſe ad balneas, ut prius aliquid nobis cibatui proſpicerẽ, forũ cupedinis peto. Inq; eo piſcatũ oppiparẽ expoſitũ uideo, et percõtato precio, quod cẽtum numis indicaret aſpernatus. xx. denarios pſtinaui. Inde me cõmodũ

egredientem, cõtinuatur Pythias cõdiscipulus apud Athenas Athicas meus, qui me post aliquantulum multum temporis amanter agnitum inuadit, amplexusq; ac comiter deosculatus mi Luci ait, sat pol diu est, qđ iteruisimus te? At Hercules exinde è Vastio magistro digressi sumus. Quæ autem tibi causa peregrinationis huius? Crastino die scies inquam, sed quid istud uoti? gaudeo. Nam et lixas et uirgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te uideo. Annonam curamus ait, et ædilem gerimus, et siquid obsonare cupis. Vtiq; cõmodabimus. Abnuebam, quippe qui iam cœnæ affatim piscatum prospexeramus. Sed enim Pithias uisa sportula, sucaussisq; in aspectum planiorem piscibus, at has quisq; lias quantum parasti? Vix inquam piscatori extorsimus accipere. XX. denarios. Quo audito, statim arrepta dextra postlimnio me in forũ cupedinis reducens, & à quo inquit istorum nugamenta hæc cõparasti? Demõstro seniculũ, in angulo sedebat. Quẽ confestim pro ædilitatis imperio uocæ asperrima increpans, iam iam inquit nec amicis quidem nostris, uel omnino ullis hospitibus paratis Quid tam magnus precijs pisces friuolos indicatis? et florem Thessaliæ regionis instar solitudinis, et scopuli edulium caritate deducatis? sed non impune. Iam enim faxo scias, quemadmodum sub meo magisterio mali debeant cœrcœri, & profusa in medium sportula, iubet officialem suum insuper pisces inscendere, ac pedibus suis totos obterere, qua contentus morũ seueritudẽ ne meus Pythias, ac mihi ut abirem suadens, suffi-

cit mihi o' Luci inquit, seniculi tanta hæc cõtumelia. His actis consternatus ac prorsus obstupidus ad balneas me refero, prudentis condiscipuli ualido consilio, & numus simul priuatus et cœna, lautusq; ad hospitium Milonis, ac dehinc cubiculum me reporto. Et ecce Fotis ancilla, rogat te inqt hospes. At ego iam inde Milonis abstinẽtiæ cognitor, excusaui comiter, quod uiæ uexationem non cibo, sed somno censerem diluẽdam. Isto accepto pergit ipse, et iniecta dextra clementer me trahere adoritur. Ac dum contor, dũ modeste renitor. Non prius inquit discedam, q̃ me sequaris. Et dictum iureiurãdo secutus iam obstinationis suæ, me ingratis obedientem perducit ad illũ suum grabatulum, et residenti, q̃ salue agit inqt De meas noster, q̃d uxor, q̃d liberi, q̃d uernaculi? Narro singula, p̃cunctatur accuratius causas ẽt peregrinationis meæ. Quas ubi probe pertuli, et iam et de patria nostra et eius primoribus, ac deniq; de ipso præside scrupulosissime explorans, ubi me post itineris tam sæui uexationem sentit, fabularũ quoq; serie fatigatum in uerba media somnolentum desinere, ac me q̃quam defectum iã incerta uerborũ salebra balbutire, tandem patitur cubitum concedere rem. Euasi aliquando rancidi senis loquax & famelicum conuiuium somno non cibo grauatus, cœnatus solis fabulis, et in cubiculum reuersus, optatæ me quieti reddidi.

T primum nocte discussa, sol nouus diem fecit, et somno simul emersus et lectulo, anxius alioqui et nimis cupidus cognoscẽdi quæ rara, miráq; sunt, reputansq; me media Thessaliæ loca tenere, quo artis magicæ natiua cantamina totius orbis cõsono ore cælebrãtur, fabulamq; illã optimi comitis Aristomenis de situ ciuitatis huius exortá suspensus alioqui, et uoto simul, et studio, curiose singula considerabã. Nec fuit in illa ciuitate, quod aspiciens, id esse crederem, quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata, ut et lapides, quos offenderem, de homine duratos, et aues, quas audirem, indidem plumatas, & arbores quæ pomerium ambirent, foliatas similiter, et fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam statuas & imagines incessuras, parietes locuturos, boues, & id genus pecua dictura præsagium, de ipso uero cælo & iubaris orbe, subito uenturũ oraculum. Sic attonitus, immo uero cruciabili desiderio stupidus, nullo quidem initio, uel omnino uestigio cupidinis meæ reperto, cuncta circuibam, tamen dum in luxu nepotali simul hostiatim singula pererro, repente me nescius forum cupedinis intuli. Et eæ mulierem quampiam frequenti stipatam famulatione, ibidem gradientem, accelerato uestigio, comprehendo Aurũ in gemmis, & in tunicis, ibi inflexum, hic intextum, matronam profecta confitebatur. Huius adhærebat la

teri ſenex, iam grauis in annis, qui ut primum me conſpexit, eſt inquit, Hercules, hic Lucius, et offert oſculum, et ſtatim incertum quid in aurem mulieris obgannijt. Quin inquit etiam, uel ipſam parentem tuam accedis & ſalutas? Vereor inquam ignotæ mihi fœminæ, et ſtatim in rubore ſuffuſus, reiecto capite reſtiti. At illa obtutum in me conuerſa. En inquit ſanctiſſimæ Saluiæ matris generoſa probitas, ſed & cætera corporis exæquabiliter ad regulã, qua diligẽter aliqd adfigunt, ſunt cõgruẽtia. Inenormis ſucculenta proceritas, gracilitas, rubor temperatus, flauum et inaffectatum capillicium, oculi cæſij quidem, ſed uigiles, & in aſpectus mucãtes prorſus aquilonis, quoquouerſum floridus, ſpecioſus, et immeditatus incæſſus, & adiecit. Ego te ô Luci meis iſtis manibus educaui, quidni parentis tuæ, non modo ſanguinis, uerum alimoniarũ etiam ſocia. Nam & familia Plutarchi ambæ prognatæ ſumus, & eandem nutricem ſimul bibimus, & i nexu germanitatis unà coaluimus, nec aliud nos quam dignitas diſcernit, quod clariſſimas illa, ego priuatas nuptias fecerimus. Ego ſum Byrrhena illa, cuius forte ſæpicule nomen inter tuos frequentatiũ educatores retines. Accede itaq; hoſpitium fiducia, immo uero iam tuum proprium larem. Ad hæc ego, iam ſermonis ipſius mora rubore digeſto, abſit inquã parens, ut Milonẽ hoſpitem ſine ulla querela deſerã. Sed planè quod officijs ĩtegris poteſt effici, curabo ſedulo, quoties itineris huius ratio naſcetur, nũquã erit, ut nõ apud te deuortar. Dũ hũc ei hu-

huiuſmodi ſermonem alteracmur, paucis admodum confectis paſſibus, ad domũ Byrrhenæ peruenimus. Atria longe pulcherrima colũnis quadrifariam, per ſingulos angulos ſtantibus attollebant ſtatuas Palmaris deæ. Facies quæq; pinnis explicatis ſine greſſu pilæ uolubilis, inſtabile ueſtigium plantis roſcidis decitantes, nec ut maneant inhærent, et iam uolare credũtur. Ẽ contra lapis parius in Dianã factus, tenet libratam totius loci medietatẽ, ſignũ perfecte luculentum, ueſte reflatũ, procurſu uegetum, introeuntibus obuiũ, et maieſtate numinis uenerabile. Canes utrinq; ſecus deæ latera muniunt, qui canes & ipſi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora ſæuiunt, & ſicunde de proximo latratus ingruerit, eum putabis de faucibus lapidis exire, et in quo ſummũ ſpecimen operæ fabrilis egregius ille ſignifex prodidit, ſublatis canibus impetus arduus, pedes imi reſiſtunt, currunt priores. Ponẽ tergum deæ, ſaxũ inſurgit in ſpeluncæ modũ muſcis et herbis & foliis et uirgulis, et ſicubi pampinis & arbuſculis, alibi de lapide florentibus, ſplendet intus umbra ſigni, de nitore lapidis, ſub extrema ſaxi margine, poma et uuæ faberrime politæ dependẽt, quas ars æmula naturæ, ueritati ſimiles explicuit. Putes ad cibum inde, quædam cum muſtulentus autumnus maturũ colorẽ affluauerit, poſſe decerpi, et ſi fontes qui deæ ueſtigio diſcurrentes in lenem uibrãtur undam, pronus aſpexeris, credes illos utuite pẽdẽtes racemos inter cætera ueritatis, nec agitationis officio carere. Inter medias frondes lapidis Acteon

ſimulachrum, curioſo obtutu in dorſum proiectus, iam in cæruum ferinus, & in ſaxo ſimul, et in fonte loturam, Dianã opperiens uiſitur. Dum hæc identidem rimabundus eximie delector, tua ſunt inquit Byrrhena cuncta, quæ uides. Et cum dicto cæteros omnes, ſermone ſecreto decedere præcepit. Quibus diſpulſis omnibus, per hanc inquit deam ó Luci cariſſime, ut anxie tibi metuo, et ut pote pignori meo longe prouiſum cupio. Caue tibi, ſed cæue fortiter à malis artibus, et facinoroſis illecebris Pamphiles illius, quæ cum Milone iſto, quem dicis hoſpitem, nupta eſt. Maga primi nominis, et omnis cærminis ſepulchralis magiſtra creditur, quæ furculis, et lapillis, & id genus friuolis inhalatis omnem iſtam lucem mundi ſideralis, imis tartari, & in uetuſtum chaos ſubmergere nouit. Nam ſimul quenquã conſpexit ſpecioſæ formæ iuuenẽ, uenuſtate eius ſumitur, et illico in eũ et oculũ et animum detorquet. Serit blanditias, inuadit ſpiritum, amoris profundi pedicis æternis alligat. Tũc minus morigeros, et uiles faſtidiens, in ſaxa & in pecua, et quoduis animal punctо reformat. Alios uero prorſus extinguit. Hæc tibi trepidanda et cauẽda cenſeo. Nã et illa urit ppe tuũ, et tu per ætatẽ et pulchritudinẽ capax eius es. Hæc mecum Byrrhena ſatis anxia. At ego curioſus alioq, ut primũ artis magicæ ſemper optatũ nomẽ audiui tantum à cautela Pamphiles abfui, ut etiã ultro geſtirẽ, tali magiſterio me uolens ampla cum mercede tradere, et prorſus in ipſum barathrũ ſaltu concito præcipitare. Feſtinus deniq; et uecors animi manu

eius uelut cathena quadam memet expedio, et salue propere addito, ad Milonis hospitium perniciter euolo. Ac dum amenti simulis celero uestigiũ, age inquam o' Luci, euigila, et tecum esto, habes exoptatã occasionem, et uoto diutino poteris fabulis miseris explere pectus, aufer formidines pueriles, comminus cum re ipsa gnauiter congredere, et à nexu quidem uenerio hospitis tuæ tempera, et probi Milonis genialem torum religiosus suspice. Verum enimuero Fotis famula petatur annixe. Nam & forma scitula et moribus ludicra, et prorsus argutula est. Vesperi quoq; cũ somno concederes, et in cubiculum te deduxit, comiter et blande lectulo collocauit, et satis amanter cooperuit, & osculato tuo capite quam inuita discederet, uultu prodidit. Deniq; sæpe retorsa respiciens substitit, quod bonum felix et faustum sit. Itaq; licet insalutare non erit, Fotis illa temptetur. Hæc mecum ipse disputans, fores Milonis accedo, & quod aiunt, pedibus in sententiã meam uado. Nec tamen Milonem domi, uel uxorem eius offendo, sed tantum caram meam Fotidẽ, quæ suis domunis parabat iuscum fartum circũcisum, & pulpam frustratim consectam, abacum ad pascua uirulenta, et quidem naribus iam mihi ariolabar, tucetũ perquã sapidissimũ. ipsa linea tunica mũdule amicta, et russea fasciola prænitẽte altiuscule, sub ipsas papillas succintula, illud cibariũ uasculũ floridis palmulis rotabat in circulũ, et in orbis flexibus crebra sucautiẽs, et simul mẽbra sua leniter illubricãs, lũbis sensim uibrãtibus, spinã mobilẽ quatiẽs placi-

de, decenter inũdabat. Isto aspecto defixus obstupui, et mirabũdus steti. Steterunt et membra quæ iacẽbãt ante, et tandẽ ad illã quãpulchre, quãq; festiue íquã, Fotis mea ollulã istã cũ natibus itorques, quã mellitum pulmentum apparas, felix & cẽrtius beatus, cui permiseris illuc digitum intingere. Tunc illa lepida alioquin et dicacula puella, discede inquit misselle quã procul à me, à foculo discede, nãsi te modicæ meus igniculus afflauerit, urereris itime. Nullus extinguet ardorem tuum, nisi ego, quæ dulcẽ condiens et ollam et lectulum, suaue quatere noui. Hæc dicens í me respexit et risit, nec tamẽ ego prius í de discessi, quã diligenter oẽm eius explorassem habitudinem, uel quid ego de cæteris aio? Cum semper mihi unica cura fuerit, caput cæpillumq; sedule, et publicæ prius intueri, et dom, postea perfrui. Sitq; iudicij huius apud me cẽrta et statuta ratio, uel quod præcipua pars ista corporis in aperto et perspicuo posita, prima nostris luminibus occurrit, & quidem in cæteris membris floridæ uestis hylaris color, hoc in cæpite nitor natiuus operatur. Deniq; pleræq; indolem gratiasq; suas probaturæ, lacinias omnes exuunt, amicula dimouent, nudam pulchrĩtudinem suam præbere se gestiunt, magis de cutis roseo rubore, q̃ de uestis aureo colore placituræ. At uero quod nefas dicere, ne quod sit ullum huius rei tam durum exemplum, si cuiuslibet eximæq; pulcherrimæq; fœminæ caput cæpillo spoliaueris, & faciẽ natiua specie nudaueris, licet illa cœlo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet íquã Venus

ipsa fuerit, licet omni gratiarum choro stipata, & tota cupidinũ populo comitata, et baltheo suo cincta cinnama fragrans, et balsama rorans, calua processerit, placere nõ poterit, nec Vulcano suo. Quid cum capillis color gratus et nitor splendidus illucet, et contra Solis aciem uegetus fulgurat, uel placidus renitet. At in contrariã gratiam uariat aspectũ, et nũc aurum coruscans in mellis lenẽ deprimitur umbrã. Nunc coruina nigredine cœrulus columbarum collis flosculos æmulatur, uel cum guttis arabicis obunctus, et pectinis arguti dente tenui discrimnatur. Et ponè uersum coarctus, amatoris oculis occurrens instar speculi reddit imaginem gratiorem, quid cum frequenti sobole spissus cumulat uerticem? uel prolixa serie porrectus dorsa permanat. Tanta deniq; est capillamenti dignitas, ut q̃uis auro, ueste, gemmis, omniq; cætero mũdo exornata mulier incedat, tamẽ nisi capillum distrinxerit, ornata non possit uideri. Sed in mea Fotide, non operosus, sed inordinatus ornatus addebat gratiam. Vberes enim crines leniter emissos, et ceruicæ dependulos, ac deinde per colla dispositos, sensimq; sinuato patagio residentes, paulisper ad finem conglobatos, in summum uerticem nodus adstrinxerat. Nec diutius qui ui tantum cruciatum uoluptatis eximiæ substinere, sed pronus in eam qua fine summũ cacumen capillus ascendit mellitissimũ illud sauium impressi. Tum illa ceruicem intorsit, et ad me conuersa limis et morsicantibus oculis, heu tu scholastice ait, dulce & amarum gustulũ carpis. Caue ne nimia mellis dulcedine diutinam bi-

lis amaritudinem trahas. Quid istic inquam est, mea festiuitas, cum sim paratus, uel uno basiolo interim recreatus, super istum ignẽ porrectus assaris? Et cũ dicto artius eam cõplexus cœpi sauiari. Iãq; æmula libidine in amoris paritatem congermanescenti mecum, iam patentis oris inhalatu cinnameo, et occursantis linguæ illisu nectareo, prona cupidine adlubescente, pereo inq̃, immo iandudum perij, nisi tu propitiaris. Ad hæc illa rursum me deosculato, bono animo esto inquit. Nam ego tibi mutua uoluntate mancipata sum, nec uoluptas nostra differetur ulterius, sed prima face in cubiculum tuum adero. Abi ergo, ac te compara, tota enim nocte tecum fortiter, et ex animo præliabor. His et talibus obgannitis sermonibus inter nos discessum est. Cómodũ meridies accesserat, et mittit mihi Byrrhena xeniola porcum optimũ, & quinq; gallinulas, et uini cadum in ætate preciosi. Tunc ego uocata Fotide, ecce inq̃ Veneris hortator et armiger liber aduenit ultro, uinum istud sorbeamus hodie omne, qui nobis restinguat pudoris ignauiam, et alacrem uigorem libidinis incutiat, hac enim si tarchia nauigum Veneris indiget sola, ut in nocte peruigili, et oleo lucerna, ut uino calix abundet, diem cæterum lauacro ac dehinc cœnæ dedimus. Nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus accubueram, quàm potetutus ab uxoris eius aspectu, Byrrhenæ monitorum memor, & perinde in eius faciem oculos meos, ac si in auernum lacum formidans deiecèram, sed assidue respiciens præministrantem Fotidem,

mihi recreabar animi. Cum ecce iam uespera, lucernam intuens Pamphile, quam largus inquit hymber aderit crastino et percontanti marito, qui comperisset istud? Respondit sibi lucernam prædicere. Quod dictum ipsius Milo risu secutus, grădem inquit istam lucernæ sibyllam pascimus, quæ cuncta cœli negocia, et solem ipsum de specula candelabri contuetur. Ad hæc ego subijciens. Sunt animo prima huiuscemodi diuinationis experimẽta, nec mirum, licet modicum istum igniculum, & manibus humanis laboratum, memorem tamẽ illius maioris, et cœlestis ignis, uelut sui parentis, quid eẽt editurus in ætheris uerticæ, diuino præsagio, et ipsum scire, & nobis enuntiare. Nam & Corinthi, nunc apud nos passim, chaldæus quidam hospes, miris totă ciuitatem responsis turbulentat, et arcana fatorum stipibus emerendis, edicit in uulgum, qui dies copulam nuptialem affirmet, qui fundamenta mœniũ perpetuet, qui negociatori commodus, qui uiatori celebris, qui nauigijs oportunus, mihi deniq; prouentum huius peregrinationis inquirenti, multa respondit, & oppido mira, & satis uaria. Nunc enim gloriă satis floridam, nunc historiam magnă, & incredendam fabulam, & libros me facturũ. Ad hæc renidens Milo, qua inquit corporis habitudine præditus, quo'ue nomine nuncupatus, hic iste chaldæus est? procerus inquam, & suffusculus Diophanes nomine, ipse est ait, nec ullus alius. Nam et hic apud nos multa multis similiter effatus, non paruas stipes, immo uero mercedes optimas iam cõ

secutus

secutus fortunã seuerã, an sæuã uerius dixerim, miser incidit. Nã die quadã, cum frequentis populi circulo conseptus, coronæ circunstantium fata donaret, Cerdo quidam nomine negociator accessit eũ, diem commodũ peregrinationi capiens, quẽ cũ electum destinasset illi, iam deposita crumena, iã profusis nummulis, iam dinumeratis centum denarijs, quos mercedem diuinationis auferret, ecce quidam de nobilibus adolescentulus à tergo adrepens eum lacinia prehẽdit, et conuersus, amplexusq; exosculatur arctissime. At ille ubi primum consauiatus, eum iuxta se ut assideret effecit, attonitus & repentinæ uisionis stupore, & præsentis negocij, quod gerebat, oblitus, infit ad eum. Quam olim equidẽ exoptatus nobis aduenis? Respondit ad hæc ille alius commodum uespera oriente, sed uicissim tu quoq; frater mihi memora quemadmodum exinde, ut de Euboea insula festinus enauigasti, & maris & uiæ confeceris iter. Ad hæc Diophanes ille chaldæus egregius, mente uiduus, nec dum suus, hostes inquit, & omnes inimici nostri, tam diram, immo uero ulyxeam peregrinationem incidant. Nam & nauis ipsa qua uehebamur, uarijs turbinibus procellarum quassata, utroq; regimine amisso, ægre ad ulterioris ripæ marginẽ detrusa, præcipitio demersa ẽ, et nos omnibus amissis, uix enatauimus, quodcunq; uel ignotorum miseratione, uel amicorum beneuolentia extraximus, id omne latrocinalis inuasit manus, quorum audaciæ repugnans etiam nomine Arisuatus unicus frater meus, sub istis oculis

miſer iugulatus eſt. Hæc eo adhuc narrante mœſto, Cerdo ille negociator correptis numulis ſuis, quos diuinationis mercedi deſtinauerat, protinus aufugit, Ac dehinc, tunc demum Diophanes expergitus, ſenſit imprudentiæ ſuæ labem, cum etiam nos omnes circunſeaus adſtantes, in clarum cachinnũ uideret effuſos. Sed tibi planè Luci domine, ſoli omnium chaldæus ille uera dixerit, ſiſq; felix, et iter dexterũ pgas. Hæc Milone diutine ſermocinãte tacitus ingemiſcebam, mihiq; non mediocriter ſuccenſebam, quod ultro inducta ſerie in opportunarum fabularum, partem bonam ueſperæ, eiusq; gratiſſimum fructum amitterem, et tandem deniq; deuorato pudore, ad Milonem aio, ferat ſuam Diophanes ille fortunam & ſpolia populorum rurſum conferat mari pariter ac terræ, mihi uero fatigationis heſternæ etiam nunc ſaucio, da ueniam, maturius concedam cubitum. Et cum dicto facęſſo, et cubiculũ meum cõtendo, atq; illic deprehendo epularum diſpoſitiones ſatis concinnas. Nam & pueris extra limen, credo ut arbitrio nocturni gannitus oblegarentur, humiquã procul diſtractum fuerat. grabatulum meum Aſſiſtit menſula cœnæ totius honeſtas reliquias tolerans, & calices boni, iam infuſo laticę ſemipleni ſolam temperiem ſuſtinentes, et lagena iuxta orificio ſenſim dehiſcente pateſcens, facilis hauritu, prorſus gladiatoriæ Veneris antecenia. Cõmodũ cubuerã, et ecce Fotis mea iam domina cubitum reddita, iacta proximat roſæ ſerta, & roſa ſoluta in ſinu tuberante, ac me preſſim deoſculato, & corollis re-

uincto, ac flore prosperso, arripit poculum, ac desuper aqua calida iniecta, porrigit, bibam, idq; modicum priusquam totum exorberem, clementer inuadit. Ac relictũ paululatim labellis minuens, mcq; respiciens sorbillat dulciter, sequensq; et tertium inter nos uicissim & frequens alternat poculum. Cum ego iam uino madens, nec animo tantum, uerum in corpore ipso ad libidinẽ inquies alioquin, & petulans, etiam saucius pauliſper inguinũ sanè lacinia remota, impatientiam ueneris Fotidi meæ monstrans, miserere inquam, et subuẽni maturius. Nam ut uides, prælio quod nobis sine finali officio indixeras, iam proximante uehemẽter intentus, ubi primam sagittam sæui cupidinis in ima præcordia mea delapsam excepi, arcum meum et ipse uigore tendi, et oppido formido ne neruus rigoris nimietate rumpatur, sed ut mihi morem plenius gesseris, ineffusum laxa crinem, et capillo fluente undanter ede complexus amabiles. Nec mora, cum omnibus illis cibarijs uasculis raptim remotis, lacinijs cunctis suis renudata, crinibusq; dissolutis ad hylarem lasciuiam, in speciem Veneris, quæ marinos fluctus subit, pulchre reformata, paulisper etiam glabella fœmina, uel rosea, palmula potius obumbrans de industria, quam tegens uerecunda præliare inquit, & fortiter præliare. Nec enim tibi cædam, nec terga uortam, comminus in aspectum, si uir es, dirige & grassare gnauiter, & occide moriturus, hodierna pugna non habet missionem. Hæc simul dicens, inscenso grabattulo, super me sensim residens,

ac crebra ſubſiliens, lubricisq; geſtibus mobilem ſpinam quatiens pendulæ Veneris fructu me ſaciauit, uſq; dum laſſis animis, & marcidis artubus defatigati, ſimul ãbo corruimus iter mutuos amplexus, animas anhelantes. His & huiuſmodi colluctationibus adcõfinia lucis uſq; peruigiles egimus, poculis interdum laſſitudinem refouentes, & libidinẽ incitãtes et uoluptatẽ integrãtes. Ad cuius noctis exemplar ſimules adſtruximus alias pluſculas. Forte quadã die mecum magnopere Byrrhena cõtẽdit, apud eã cœnulæ intereſſem et cum impendio excuſarem, negauit ueniam. Ergo igitur Fotis erat ad eunda, deq; nutu eius conſilium, uelut auſpicium petendum. Quæ quanquam inuita, quod à ſe unque latius digrederer, tamen comiter amatoriæ militiæ breuem commeatum indulſit. Sed heus tu inquit caue, regrediare, cœna maturius. Nam ueſana factione nobiliſſimorũ iuuenum pace publica infecta, paſſim trucidatos per medias plateas uidebis iacere. Nec præſidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade poſſunt. Tibi uero fortunæ ſplẽdor inſidias, contemptus etiam peregrinationis poterit afferre, fac ſine cura inquam ſis Fotis mea. Nã præter quod epulis alienis uoluptates meas anteferrem, metum etiam iſtum tibi demam maturata regreſſione, nec tamen incomitatus ibo. Nam gladiolo ſolito cinctus altrinſecus, ipſe ſalutis meæ præſidia geſtabo. Sic paratus cœnæ me cõmitto. Frequẽs ibi numerus epulonum, et ut pote apud primatem fœminã flos ipſe ciuitatis, oppipares citro et ebore ni

tentes, lecti aureis uestibus intecti, ampli calices, uariæ quidem gratiæ, sed precioſitatis unius. Hic uitrum fabre ſigillatum, ibi criſtallum impictum, argentum alibi clarum, & aurum fulgurans, & ſuccinum mire cauatum in lapidem ut bibas, et qcquid fieri non poteſt, ibi eſt, diriuitores pluſculi ſplẽdide amicti, ferc̃ula cõpioſa ſcitule ſubminiſtrata, pueri calamiſtrati pulchre induſiati, gemmas formatas in pocula uini uetuſti frequenter offerre. Iã illatis luminibus epularis ſermo percrebuit. Iam riſus adfluens, & ioci liberales, & cauillus hinc inde. Tum inſit ad me Byrrhena, quam commode uerſaris in noſtra patria quod ſciam templis et lauacris & cæteris operibus longe cunctas ciuitates antecellimus, utenſilium præterea pollemus affatim, certa libertas ociosa & negocioſa quidẽ aduenientẽ romana frequẽtia. Modeſtouero hoſpiti qes uillatica, omniq; deniq; prouinciæ uoluptarij ſecceſſus ſumus. Ad hæc ego ſubjiciẽs, uera memoras, nec usq; gẽtiũ magis me liberum, quam hic fuiſſe credidi. Sed oppido formido cæcas & ineuitabiles latebras magicæ diſciplinæ. Nam ne mortuorum quidem ſepulchra tuta dicũtur, ſed et buſtis et rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præſegmina ad exitiabiles uiuentiũ fortunas petuntur. Et cantatrices anus in ipſo momẽto coragij funeris perpeti celeritate alienã ſepulturã anteuortũt. His meis addidit alius, immo uero iſtic nec uiuẽtibus qdẽ ullis parcitur, et neſcio qs ſimile paſſus ore undiq; oĩfariã deformato trũcatus eſt. Inter hæc cõuiuiũ totũ i licẽtioſis ca-

chinnis effunditur, omniumq; ora et obtutus in unũ quempiam angulo secubantem conferũtur, qui cunctorum obstinatione confusus indigna murmurabũdus, cum uellet exurgere, immo mi Telephron Byrrhena inquit, & subsiste paulisper, et more tuæ urbanitatis fabulã illam tuã remetire, ut et filius meus iste Lucius lepidi sermonis tui perfruatur commate. At ille tu quidem domina ait in officio manes sanctæ tuæ bonitatis, sed ferenda nõ est querũdã insolentia. Sic ille commotus. Sed instanti Byrrhenæ, quæ cum adiuratione suæ salutis ingratis cogebat effari, persecat ut uellet. Ac sic aggeratis in cumulum stragulis, et effultis in cubitum, suberectisq; in torum porrigit dexterã, et instar oratorũ conformat articulũ, duobusq; infimis cõclusis digitis, cæteros emunus porrigens, et infesto pollice clemẽter subrigens, inquit Telephron. Pupillus ego Mileto profectus ad spectaculũ olympicum, cum hæc etiã loca prouinciæ famigerabilis adire cuperem, peragrata cuncta Thessalia fuscis auibus Lariſſam accessi, ac dũ singula pererrans tenuato admodũ uiatico, paupertatiꝰ meæ fomenta conquiro, conspicor medio foro procerum quendã senem, insistebat lapidẽ, claraq; uoce prædicabat. Si qui mortuũ seruare uellet, de precio lĩ ceretur. Et ad quẽpiam prætereuntiũ, qd hoc inquã comperior? hicine mortui solent aufugere? tacere respõdit ille. Nam oppido puer, et satis peregrinus es, meritoq; ignoras Thessaliæ te consistere, ubi sagæ mulieres ora mortuorũ passim demorsicant, eaq; sunt illis artis magicæ supplementa. Cõtra ego, et quæ tu

inquã dic sodes custodela ista feralis? Iã primũ re-
spondit ille, perpetem noctem eximie uigilandũ est,
exertis et inconuersis oculis semper in cadauer inten
tis, nec acies usquã deuertenda, immo ne obliquã-
da qdem. Quippe cũ deterrimæ uersipelles in quod
uis animal ore conuerso latenter obrepant, ut ipsos
etiam oculos solis & iustitiæ facile frustrentur. Nã
et aues et rursum canes et mures, immo uero ẽt mu
scas induunt. Tunc diris cantamunibus somno cu=
stodes obruũt, nec quisquã definire poterit, quantas
latebras nequissimæ mulieres pro libidine sua com=
miscuntur. Nec tamen huius tam exitiabilis operæ
merces amplior q̃ quaterni uel seni fermè offeruntur
aurei. Hem et quod penè præterierã, siqui non inte
grũ corpus mane restituerit, quicquid inde decerptũ
diminutumq; fuerit, id omne de facie sua defectũ
sarcire compellitur. His cognitis, animum meũ com=
masculo, et ilico accedens preconẽ, clamare inquam
iam desine, adest custos paratus, cedo præmiũ. Mille
inquit nũmi deponentur tibi. Sed heus iuuenis, caue
diligenter, primapũ cuitatis huius filij cadauer à ma
lis harpyis probe custodias. Ineptias inquam mihi
narras et nugas meras, uides hominẽ ferreũ et inso=
mnẽ certe, pspicaciorem ipso linceo, uel argo, et ocu=
leũ totum. Vix finierã, et ilico me produxit ad domũ
quãpiam, cuius ipsis foribus obseptis per quandam
breuẽ posticulam introuocat me, et conclaue quoddã
obseratis liminibus umbrosum demonstrat cubicu=
lum, matronã flebilem, fusca ueste contectam. Quã
propter assistens, hic inquit authoratus ad custodiã

mariti tui fidenter accessit. At illa crinibus antependulis hinc inde dimotis, etiam in mœrore lucu lentam proferens faciem, méq; respectás, uide oro inquit q̃ expergite munus obeas. Sine curasis inquam, modo corollarium idoneum comparas. Quo placito otius surrexit, & ad illud me cubiculũ induxit. Ibi corpus splendentibus linteis coopertũ introductis q̃busdam septem testibus manu reuelat, et diutine uisu perfleto, obtestata fidẽ præsentium singula demonstrat anxie, uerba concepta de industria quodam tabulis prænotante. Ecce inquit nasus integer, incolumes oculi, saluæ aures, illibatæ labiæ, mentum solidum, uos in hanc rem boni Quirites testimonium perhibetote, & cum dicto, consignatis illis tabulis facessit. At ego, iube inquã domina cuncta, quæ sunt usui necessaria, nobis exhiberi. At quæ inquit ista sunt? Lucerna aio prægrandis, & oleũ ad lucẽ lucu sufficiens, et aqua cum œnophoris & calice, cœnarũq; reliqus discus ornatus. Tũ illa capite quassanti, abi inquit fatue, qui in domo funesta cœnas et partes requiris, in qua tot iugis iam diebus ne fumus quidem uisus est ullus. An istic comessatum te uenisse credis? quin sumus potius loco congruentes luctus & lachrymas? Hæc simul dicẽs respexit ancillam, et Byrrhenæ inquit lucernam et oleũ trade confestim, & incluso custode cubiculo protinus facesse. Desolatus, ad cadaueris solatiũ, perfrictis oculis & obarmatis adigilias animum meum permulcebam cantationibus. Cum ecce crepusculũ et nox prouecta, & nox altior, et deinde concubia altiora, et iã nox intẽpe

sta, mihiq; oppido formido cumulatior quidem, cũ repente introrepens mustela circa me constitit, obtutumq; acerrimum in me destituit, ut tantillum animalis præ nimia sui fiducia mihi turbarit animũ. Deniq; sic ad illã. Quin abis inquam impurata bestia, teq; ad tui similis musculos recondis anteq̃ nostri uim præsentariã experiaris, quin abis? Tergo uortit, et cubiculo protinus exterminatur. Nec mora, cũ me somnus profundus in imũ barathrũ repẽte demergit, ut ne deus qdẽ delphicus ipse facile discerneret, duobus nobis iacẽtibus quis esset magis mortuus. Sic inanimis et indigens alio custode penè ibi nõ erã. Commodũ noctis inducias cantus perstrepebat cristatæ cohortis. Tandẽ expergitus, et nimo pauore pterritus, cadauera accurro, et admoto lumine, reuelataq; eius facie, rimabar singula, quæ cũcta cõuenerũt. Eæ uxor misella flens cũ hesternis testibus introrupit anxia, & statim corpori superruens, multũq; ac diu deosculata sub arbitrio luminis recognoscit omnia, et cõuersa Phylodespotũ requirit authorem, ei præcipit bono custodi redderet sine mora præmũ, et oblato statim, summas iquit tibi iuuenis gratias agimus, et hercules obsedulum istud ministerium inter cæteros familiares dehinc numerabimus. Ad hæc ego insperato lucro diffusus in gaudiũ, et in aureos refulgentes, quos identidem manu mea uentilabam attonitus, immo inquam domina de famulis tuis unũ putato, et quotiens operam nostrã desiderabis, fidenter impera. Vix hæc effatũ me statim familiares omnifariã exertis raptim cuiusq; modi te-

lis insequuntur. Pugnis ille malas offendere, scapulas alius cubitis ipingere, palmis infestis hic latera suffodere, calcibus insultare, capillos distrahere, uestem discindere, sic in modũ superbi iuuenis Adoni, uel mustelatis peplis laceratus atque discerptus domo proturbor. Ac dũ in proxima platea refouẽs animũ infausti atq; improuidi sermonis mei sero reminiscor, di giuiq; me pluribus ẽt uerberibus fuisse merito consentio. Ecce iam ultimũ defletus atq; conclamatus processerat mortuus, rituq; patrio, ut pote unus de optimatibus pompa funeris publici ductabatur per forũ. Occurrit adanxius quidã mœstus, in lachrymis genialẽ canicie reuellẽs senex, et manibus ambabus inuadẽs torũ uoce contenta quidẽ, sed assiduis singultibus impedita, per fidẽ uestrã inq; Quirites, per pietatem publicã, peremptociui subsistite, et extremũ facinus in nefariã scelestamq; istam mulierẽ seueriter uindicate. Hæc enim, nec ullus alius miserũ adolescentem, sororis meæ filiũ, in adulteri gratiã, & ob prædam hæreditariam extinxit ueneno. Sic ille senior lamentabiles questus singulis instrepebat. Sæuire uulgus interdum. & facti ueri similitudine ad criminis credulitatem impelli, cõ clamant ignem, requirunt saxa, parunlos ad exitium mulieris hortantur. Emeditatis ad hæc illa fletibus, quamq; sanctissime poterat, adiurans cuncta numina, tãtum scelus abnuebat. Ergo igitur senex ille ueritatis arbitrium in diuinã prouidentiam reponamus. Zachlas adest ægyptius, propheta primarius, qui mecum iandudũ grandi premo pepigit re

ducere ab inferis, ſpiritum, corpuſq; iſtud poſt limi nio mortis animare. Et cum dicto iuuenem quem piam linteis amiculis intectum, pedesq; palmicis ba xeis indutum, et aduſq; deraſo capite producat in mediũ. Huius diu manus deoſculatus, et ipſa genua cõtingens, miſerere ait ſacerdos, miſerere ꝑ cœleſtia ſidera, ꝑ iferna numina, ꝑ naturalia eleméta, ꝑ no cturna ſilẽtia, et adepta coptica et ꝑ incremẽta nilo tica, et arcana memphitica, et ſiſtra phariaca, da breuem ſolis uſuram, & in eternum conditis oculis modicam lucem infunde, non obnitimur, nec ter ræ rem ſuam denegamus. Sed adultionis ſolatium, exiguum uitæ ſpacium deprecamur. Propheta ſic propitiatus, herbulã quampiã ter ob os corporis, & aliã pectori eius imponit. Tunc orientem obuerſus uel incrementa ſolis auguſti tacitus imprecatus, uene rabili ſcœna, facies et ſtudia præſentium ad mira culum tantum certatim adrexit. Immitto me turbæ ſocium, et ponè ipſum lectulum editiorem quendã lapidẽ inſiſtens, cuncta curioſis oculis arbitrabar. Iam tu more pectus extolli, iam ſalubris uena pul ſari, iã ſpiritu corpus impleri, et adſurgit cadauer, et profatur adoleſcens. Quod oro me poſt lethea pocu la, iam ſtygijs paludibus innatantẽ, ad momentariæ uitæ reducitis officia. Deſine, iam precor deſine, ac me in meam quietem permitte. Hæc audita uox de corpore, ſed aliquanto propheta commotior. Quin refers ait populo ſingula, tuæq; mortis illuminas ar cana? an nõ putas deuotionibus meis poſſe diras inuo cari, poſſe tibi membra laſſa torqueri? Suſcipit ille de

lectulo, & uno congestu populum sic adorat. Malis nouæ nuptæ peremptus artibus, & adductus noxio poculo torum repente adultero mancipaui. Tunc uxor egregia capit præsentẽ audaciam, & mente sacrilega coarguenti marito resistens altercat. Populus æstuat diuersa tendentes, hi pessimam fœminam uiuentem statim cum corpore mariti sepeliendam. Alij mendacio cadaueris fidem non habendã, sed hãc cõtationẽ sequẽs adolescentis sermo distinxit. Nã rursus altius ingemiscens, dabo inqt, dabo uobis intemeratæ ueritatis documẽta perlucida, et quod prorsus alius nemo cognouerit indicabo. Tunc digito me demonstrans, nam cum corporis mei custos hic sagacissimus exertam mihi teneret uigiliam, cantatrices anus exuuijs meis imminentes, atq; ob id reformatæ frustra sæpius cum industriã sedulã eius fallere nequissent, postremũ i iecta somni nebula, eoq; i profundã quietẽ sepulto, me nomine ciere nõ prius desiere, quàm dũ hebetes artus et mẽbra frigida pigris conatibus ad artis magicæ nitãtur obsequia, hic ut pote uiuus qdẽ, sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum uocabulo nuncupatur, ad suum nomen ignarus resurgit, et i exanimis umbræ modũ ultroneus gradiens, quanquam foribus cubiculi diligenter obclusis p quoddã foramen prosectis naso prius, ac mox auribus, uicariã promc lanienã susceptauit. Vtq; fallaciæ reliqua cõueniret, cæram in modũ prosectarũ formatã auriũ ei applicãt examussim, nasoq; ipsius simlẽ cõparãt. Et nũc adsistit miser hic præ-

mium nō industriæ, sed debilitationis cōsecutus. His dictis perterritus, tēptare aggredior, iniecta manu nasum prehendo, sequitur, aures pertracto, deruunt, ac dum directis digitis & detortis nutibus præsentium denotor, dum risus ebullit, inter pedes circunstantiū frigido sudore defluens, euado, nec postea debilis ac sic ridiculus, lari me patrio reddere potui, sed cæpillis hinc inde laterū deiectis, auriū uulnera cēlaui, nasi uero dedecus liteolo isto pressim adglutinato, decenter obtexi. Cum primum Thelephron hanc fabulam posuit, cōpotores uino madidi, rursum cachinnū integrāt, dumq; bibere solitariū postulāt, sic ad me Byrrhena. Solēnis inquit dies à primis cunabulis huius urbis cōditæ crastinus aduenit, quo die soli mortalium sanctissimū deum risum hylaro atq; gaudiali ritu propitiamus, hūc tua præsentia nobis efficies gratiorem. Atq; utinā aliquid de proprio lepore lætificū honorando deo comminiscaris, quo magna pleniusq; tāto numini litemus. Bene inquam, & fiet, ut iubes. Et uellem hercules materiam reperire aliquā, quā deus tantus effluenter indueret. Post hæc monitu famuli mei, qui noctis admonebat, iā et ipse crapula distentus protinus exurgo, & appellata prospere Byrrhena, titubāte uestigio domuitionē cæpesso. Sed cū primā plateā uadimus, uento repētino lumē, quo nitebamur extīguitur, ut uix improuidæ noctis cāligine liberati, digitis pedū detunsis ob lapides, hospitiū defessi redirenus. Dumq; iā iūctim proximamus, eæ tres qdā uegetis et uastulis cōrporibus

fores nostras, et summis uiribus irruentes, ac ne præ sentia quidem nostra, tantillum conterriti, sed magis magisq; cum æmulatione uiriũ crebrius insultantes, ut nobis ac mihi potissimum non immerito latrones esse, & quidem sæuissimi uiderentur. Statim deniq; gladium, quem ueste mea contectum ad hos usus extuleram, sinu liberatum arripui. Nec cunctatus medios latrones inuado, ac singulis, ut quenq; colluctantem offenderam, altissime demergo, quoad tandem ante ipsa uestigia mea uastis et crebris perforati uulneribus, spiritum efflauerint. Sic præliatus iam tumultu eo, Fotide suscitata patefactis ædibus anhelans, & sudore perlitus, irrepo, méq; statim ut pote pugnantium latronum in uicem gerioneæ cædis fatigatum, lecto simul, & somno tradidi.

DE ASINO AVREO.
LIBER TERTIVS.

Ommodum punicãtibus phaleris, aurora roſeum quatiens lacertum, cœlum inequitabat, & me ſecuræ quieti reuulſum nox diei reddidit. Aeſtus inuadit animum, uel ueſpertini recordatione facinoris. Complicitis deniq; pedĩbus ac palmulis in alternas digitorum uiciſſitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coſſim inſidens ubertim flebam. Iam forum et iudicia, iam ſententiam, ipſum deniq; carnificem imaginabundus. An mihi quisq̃ tam mitis, tamq; beniuolus iudex obtinget, qui me ternæ cædis perlitum cruore, et tot cauium ſanguine delibutum innocentem pronunciare poterit. Hanc illã mihi glorioſam peregrinationem fore chaldæus Diophanes obſtinate prædicabat, idẽtidem mecũ replicans, fortunas meas eiulabã. Quati fores interim et frequenti clamore ianuæ noſtræ perſtrepi. Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus magiſtratibus, eorumq; miniſtris turbæ muſcellaneæ cuncta completa. Statimq; lictores duo de iuſſu magiſtratuum immiſſa manu trahere me ſanè non renitentem. Ac dum primum angiportum inſiſtimus, ſtatim ciuitas omnis in populum effuſa mira denſitate nos inſequitur. Et quanquam, capite in terram, immo ad ipſos inferos iam deiecto, mœſtus incederem, obliquato tamen aſpectu, rem admirationis maximæ conſpicio. Nã inter tot milia populi

circunſedentis, nemo prorſus qui non riſu dirumperetur, aderat. Tandē, pererratis plateis oibus, et in modū eorū, qui luſtralibus expiammētis minas portentorum hoſtijs circunforaneis expiāt circūductus angulatim, forum eiuſq; tribunal adſtituor. Iamq; ſublimo ſuggeſtu magiſtratibus reſidētibus, iā præcone publico ſilentiū clamante, repente cūcti cōſona uoce flagitant propter cœtus multitudinē, quæ preſſuræ nimia denſitate periclitaretur, iudiciū tantum theatro redderetur. Nec mora cum paſſim populus procurrēs caueæ conſeptū mira celeritate cōpleuit. Aditus etiam & tectum omne fartim ſtipauerant. Pleriq; columnis implexi, alij ſtatuis dependuli, nonnulli per feneſtras et lacunaria ſemiconſpicui, miro tamen omnes ſtudio uiſendi, pericula ſalutis negligebant. Tunc me per proſcænium medium, uelut quandam uictimam publica miniſteria perducunt, et orcheſtræ mediæ ſiſtunt. Sic rurſum præconis amplo boatu citatus accuſator quidam ſenior exurgit, & ad dicendi ſpacium uaſculo quodam in uicem coli graciliter fiſtulato, ac per hoc guttatim de fluo infuſa aqua populum ſic adorat. Neq; parua res ac præcipue pacem ciuitatis cunctæ reſpiciens, et exemplo ſerio profutura tractatur Quirites ſanctiſſimi, quare magis congruit ſedulo ſingulos atq; uniuerſos uos pro dignitate publica prouidere, ne nefarius homicida tot cædium lanienā, q̄ cruēter exercuit, impune cōmiſerit. Nec me putetis priuatis ſimultatibus inſtinctum odio proprio ſæuire, ſum nāq; nocturnæ cuſtodiæ præfectus, nec i hodiernū

credo

credo quenquam peruigilē diligentiā meā culpare posse, rem deniq; ipsam, & quæ nocte gesta sunt cum fide perferā. Nā cū ferè iam tertia uigilia scrupulosa diligentia cunctæ ciuitatis hostiatim singula cōsiderans circuirem, conspicio istum crudelissimum iuuenem mucrone districto passim cædibus operantem. Iamq; tris numero sæuitia eius interemptos, ante pedes ipsius spirantes adhuc corporibus in multo sanguine palpitantes. Et ipse quidem conscientia tāti facinoris merito ꝑmotus, statim profugit et ī domum quādā præsidio tenebrarū elapsus perpetem noctem delituit. Sed prouidētia deûm, quæ nihil impunitum nocētibus permittit, priusquā iste clandestinis itineribus elaberetur, mane præstolatus ad grauissimum iudicij uestri sacramentum eum curaui producere. Habetis itaq; reum tot cædibus impiatum, reum coràm deprehensum, reum peregrinum. Constanter itaq; in hominem alienum ferte sententias de eo crimine, quod etiam in uestrum ciuem seueriter uindicaretis. Sic profatus accusator acerrimus immanem uocem pressit. Ac me statim præco, si quid ad ea respondere uellem iubebat incipere. At ego nihil tunc temporis amplius quàm flere poteram, non tam hercules truculentam accusationem intuens, quàm meam miseram conscientiam. Sed tamen oborta diuinitus audacia sic ad illa. Neq; ipse ignoro quàm sit arduum trinis ciuium corporibus expositis, eum qui cædis arguatur, quamuis uera dicat, et de facto confiteatur, ultro tamen multitudini tantæ quod sit innocens persuadere, sed si paulisper audiētiā publicā mihi tribue

erit humanitas, facile uos edocebo, me discrimen capitis nõ meo merito, sed rationabilis indignationis euẽtu fortuito tantam criminis inuidiam frustra sustinere. Nam cum à cœna me serius aliquanto recipere potulentus alioquin, quod planè uerum crimen non dissitebor, ante ipsas fores hospitij (ad bonum autem milonẽ ciuem uestrum deuorto) uideo quosdã sæuissimos latrones aditũ tẽptantes, et domus ianuas cardinibus obortis euellere gestientes, claustrisq; omnibus, quæ accuratissime adfixa fuerãt, uiolenter euulsis secum iã de inhabitantiũ exitio deliberantes, unus deniq; et manu próptior, et corpore uastior his affatibus cæteros incitabat, heus pueri quàm maribus animis et uiribus alacribus dormientes aggrediamur. Omnis contatio, ignauia omnis facessat è pectore, stricto mucrone per totam domum cædes ambulet, quĩ sopitus iacebit trucidetur, qui repugnare tẽptauerit feriatur, sic salui recedemus, si saluũ in domo nemnem reliquerimus. Fateor Quirites, extremos latrones, boni ciuis officiũ arbitratus, simul eximie metuens, & hospitibus meis & mihi, gladiolo qui me propter huiusmodi pericula comitabatur armatus fugare atq; proterrere aggressus sum. At illi barbarĩ prorsus et immanes homines neq; fugam capessunt, et cum me uiderent in ferro, tamen audaciter resistũt, dirigitur prælijs acies. Ipse deniq; dux & signifer cæterorum ualidissime aggressus, ilico manibus ambabus capillo abreptum ac retro reflexum effigere lapide gestit, quem dum sibi porrigi flagitat, certa manu percussum feliciter prosterno. Ac mox

alium pedibus meis mordicus inhærentem per ſcapulas ictu temperato, tertiumq; improuide occurrentem pectore offenſo perimo. Sic pace iudicata, domoq; hoſpitum, ac ſalute communi protecta non tam impunem me, uerumetiam laudabilem publicæ credebam fore, qui ne tantillo quidem unquam crimine poſtulatus, ſed probe ſpectatus, apud me ſemper innocentiã commodis cunctis antetuleram. Nec poſſum reperire, cur iuſtæ ultionis contra latrones deterrimos commotus ſum, nũc iſtum reatum ſuſtineam, cũ nemo poſſit monſtrare, uel proprias inter nos inimicitias præceſſiſſe. ac ne omnino mihi notos illos latrones uſquam fuiſſe, uel certe ulla præda monſtretur, cuius cupidine tantũ flagitiũ credatur admiſſum. Hæc profatus rurſum lachrymis obortis, porrectiſq; in preces manibus, per publicam miſericordiam, per pignorum charitatẽ mœſtus, tunc hos, tunc illos deprecabar. Cumq; iam humanitate cõmotos, miſericordia fletuum adfectos oẽs ſatis crederẽ, ſolis et iuſtitiæ teſtatus oculũ, aſſumq; præſentẽ meũ cõmendãs deũm prouidẽtiæ, paulo altius aſpectu relato conſpicio prorſus totum populum, riſu cachinnabili diffluebát. Nec ſecus illum bonum hoſpitem parentemq; meũ Milonem, riſu maximo diſſolutum. Ac tunc ſic tacitus mecum. En fides inquam, en conſcientia. Ego quidem pro hoſpitis ſalute, & homicida ſum, & reus capitis inducor. At ille non contentus, quod mihi nec adſiſtendi ſolatiũ perhibuit, inſuper exitium meum cachinnat. Inter hæc quædam mulier per mediũ theatrũ lachrymoſa et flebilis atra ueſte cõtecta, paruulũ

quendam sinu tolerans decurrit, ac ponè eam anus alia pannis horridis obsita, paribusq; mœsta fletibus ramos oleaginos utræq; quatientes, quæ circunfusæ lectulum, quo peremptorum cadauera contecta fuerant plangore sublato se lugubriter eiulãtes, per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis aiunt, miseremini indignæ cæsorum iuuenum, nostræq; uiduitati, ac solitudini, de uindicta solatium date, certe paruuli huius in primis annis destituti fortunis succurrite, & de latronis huius sanguine legibus uestris, & disciplinæ publicæ litate. Post hæc magistratus, qui natu maior adsurgit, & ad populum talia. De scelere quidem, quod serio uindicandũ, nec ipse qui commisit, potest diffiteri. Sed una tantum subsiciua sollicitudo nobis relicta est, ut cæteros socios tanti facinoris requiramus. Nec enim uerisimile est, hominem solitarium, tres tam ualidos necasse iuuenes. Prohinc tormentis ueritas eruenda. Nã & qui comitabatur eum clanculo profugit, & res ad hoc deducta est, ut per quæstionem sceleris sui participes indicet, ut tam diræ factionis formido funditus perimatur. Nec mora, cum ritu græcensi, ignis, & rota, tum omne flagrorum genus inferũtur. Augetur oppido, imo duplicatur mihi mœsticia quod integro saltem mori non licuerit. Sed anus illa, quæ fletibus cuncta turbauerat, prius inquit optimi ciues, quàm latronem istum miserorum pignorum meorum peremptorem cruciandum adfigatis, permittite corpora necatorum reuelari, ut et formæ simul & ætatis contemplatione, magis magisq; ad iustam indi-

gnationem arrepti, pro modo facinoris sæuiatis. His dictis applauditur, & ilico me magistratus ipsum iubet corpora quæ lecto fuerant posita, mea manu detegere. Luctantem me ac diu renitentem præcedens facinus instaurare noua ostensione, lictores iussu magistratuum q̃ instantissime compellunt, manum deniq; ipsam è regione lateris tundentes, in exitium suum super ipsa cadauera porrigunt. Euictus tandem necessitate succumbo, & ingratus licet arrepto pallio, retexi corpora. Dij boni quæ facies rei, quod monstrum? quæ fortunarum mearum repentina mutatio? Quanquam enim iam in peculio Proserpinæ, et orci familia numeratus, subito in contrariam faciẽ obstupefactus hæsi. Nec possum nouæ illius imaginis rationem idoneis uerbis expedire. Nam cadauera illa iugulatorum hominum erant tres utres inflati, uarijsq; secti foraminibus, et ut uespertinũ præliũ meum recordabar, his locis hiantes, quibus latrones illos uulneraueram. Tunc illis quorundam astu paulisper cohibitus risus, libere iam exarsit in plebẽ. Hi gaudij nimietate gratulari, illi dolorẽ uentris manuũ compressione sedare. Et certe lætitia delibuti, méq; respectantes cuncti theatro faciessunt. At ego ut primũ illam laciniam prehenderã, fixus in lapide steti gelidus. Nihil secus q̃ una de cæteris theatri statuis uel colũnis, nec prius ab inferis emersi, q̃ Milo meus hospes accessit, et iniecta manu me renitentem lachrymisq; rursum promanantibus crebra singultiẽtem, clementi uiolentia secum attraxit, & obseruatis uiæ solitudinibus, per quosdã anfractus domum suam per-

duxit, mœstumq; me, atq; etiam tunc trepidum, uarijs solatur affatibus. Nec tamen indignationem iniuriæ, quæ inhæserat altius meo pectori, ullo modo permulcere quiuit. Ecce ilico etiam magistratus ipsi cum suis insignibus domum nostram ingressi, cum talibus me monitis delinire gestiunt. Neq; tuæ dignitatis, uel etiam prosapiæ tuorum ignari sumus, Luci domine. Nam et prouinciam totam inclitæ uestræ familiæ nobilitas complectitur. Ac ne istud quod uehemẽter ingemiscis, contumeliæ causa perpessus es. Omnẽ igitur de tuo pectore præsentem tristitudinẽ mitte, & angorem animi depelle. Nam lusus iste, quem publicæ gratissimo deo Risui per annua reuertacula solẽniter celebramus, semper commenti nouitate florescit. Iste deus, authorem suum propitius ubiq; comitabitur amanter, nec unquam patietur, ut ex animo doleas, sed frontem tuam serena uenustate lætabit assidue. Ac tibi ciuitas omnis, pro ista gratia honores egregios obtulit. Nam et patronum scripsit, & ut in ære stet imago tua decreuit. Ad hæc dicta sermonis uicem refero, tibi quidem inquam splendidissima et unica Thessaliæ ciuitas bonorum talium parem gratiam memini, uerum statuas & et imagines dignioribus, meisq; maioribus reseruare suadeo. Sic pudenter allocutus, et paulisper hylaro uultu renidens, quantumcunq; poteram, lætiorem me refingens, comiter abeuntes magistratus appello. Et ecce quidam introcurrens famulus, rogat te inquit tua parens Byrrhena, & conuiuij, cui te sero desponderas, iam appropinquantis admonet. Ad hæc ego formidans, et procul per-

horreſcens, etiam ipſam domum eius, quam uellē in-
quam parens iuſſis tuis obſequium cōmodare, ſi per
fidem licēret id facere. Hoſpes enim meus Milon per
hodierni dici præſentiſſimum numen adiurans effe-
cit, ut eius hodiernæ cœnæ pignerarer, nec ipſe diſce
dit, nec me digredi patitur. prohinc epulare uadimo
nium differamus. Hæc adhuc me loquente, manu fir
miter iniecta Milon iuſſis balnearibus adſequi, pro-
ducit ad lauacrum proximum, at ego uitans oculos
omnium, et quem ipſe fabricauerā riſum obuiorum
declinās, lateri eius adambulabā obtectus. Nec qui
lauerim, qui terſerim, qui domum rurſum reuerte
rim præ rubore memini. Sic omnium oculis, nu tibus,
ac deniq; manibus deuoratus, impos animi ſtupebam.
Raptim deniq; paupertina Milonis cœnula perſun-
ctus, cauſatusq; capitis acrem dolorem, quem mihi la
crymarum aſſiduitas incuſſerat, cubitum, uenia faci-
le tributa, concēdo, et abiectus in lectulo meo, quæ
geſta fuerant, ſingula recordabar, quoad tandem Fo
tis mea domnæ ſuæ cubitu procurato, ſui longe diſſimi
lis aduenit. Non ex læta facie, nec ſermone dicaculo,
ſed uultuoſam frontem rugis inſurgentibus, aſſeuera
bat contanter ac tinnide. Deniq; ſermone prolato, ego
inquit ipſa confiteor ultro, ego tibi cauſa huius mole
ſtiæ fui. Et cum dicto lorum quempiam ſinu ſuo de-
promit, mihiq; porrigens, cape inquit oro te, de per-
fida muliere uindictam, immo uero licet maius quod
uis ſupplicū ſume. Nec tamen me putes oro ſponte an-
gorem iſtum tibi concinaſſe. Dij mihi melius, q̄ ut mei
cauſa uel tantillum ſcrupulum patiare, ac ſiquid ad

uersi tuum caput respicit, id omne protinus meo lua-
tur sanguine. Sed quod alterius rei causa facere mis-
sa sum, mala quadam mea sorte in tuam recidit iniuriã.
Tũc ego familiaris curiositatis admonitus, factíq; cau
sam delitescentem nudari gestiens, suscipio, omnium
quidem nequissimus audacissimusq; lorus iste, quem
tibi uerberandæ destinasti prius à me concisus atq; la
ceratus, interibit ipse, quàm tuam plumeam lacteãq;
contingat cutem. Sed mihi cum fide memora, quod tu
um factum sæuitas consecuta in meum conuertit exi
tium? Adiuro enim tuum mihi charissimum caput,
nulli me prorsus ac ne tibi quidem ipsi adseueranti pos
se credere, quod tu quicquam in meam cogitaris per
nitiem. Porrò meditatus innoxios, casus incertus, uel
etiam aduersus, culpæ non potest adijcere. Cum isto
fine sermonis, oculos Fotidis meæ udos ac tremulos, et
prona libidine marcidos, iam iamq; semua dopertu-
los admissis & sorbillantibus sauijs, sitienter haurie-
bam, sic illa lætitia recreata, patere inquit oro, pri-
us fores cubiculi diligenter obcludam, ne sermonis
elapsi profana petulantia committam grande flagiti-
um. Et cum dicto pessulis iniectis, et uncino firmiter
immisso, sic ad me reuersa colloq; meo manibus am-
babus implexa uocæ tenui, & admodum minuta, pa
ueo inqt et formido solidæ domus huius operta detege
re, & arcana dominæ meæ reuellare secreta. Sed me
lius de te doctrinaq; tua præsumo, qui præter genero-
sam nataliũ dignitatem, præter sublime ingenuum sa
cris pluribus initiatus profecto nosti sanctam silentij
fidem. Quæcunq; igitur commisero huius religiosi

pectoris tui penetralibus semper hæc intra conspectum clausa custodias oro, et simplicitatem relationis meæ tenacitate taciturnitatis tuæ remunerare. Nam me, quæ sola mortalium noui, uis amoris, quo tibi teneor, indicare cõpellit. Iam scies omnem domus nostræ statum. Iam scies domnæ meæ miranda secreta, quidus obaudiunt manes, turbantur sydera, cõguntur numina, seruiunt elementa, nec unq̃ magis artis huius uiolẽtia nititur, q̃ cum scitulæ formulæ iuuenem quempiã libenter aspexit, quod quidem ei solet crebriter euenire. Nũc etiam adolescentem quendã Boetium summe decorum efficitim deperit, totasq; artis manus, machinas omnis ardenter exercet. Audiui uesperi, meis his inq̃ auribus, audiui, q̃ ni cælerius sol cælo ruisset, noctiq; ad exercendas illecebras magiæ maturius cessisset, ipsi soli nubilam caliginem, & perpetuas tenebras comminantem, hunc iuuenem, cum è balneis rediret, ipsa tonstrinæ residentem, hesterna die forte conspexit, ac me capillos eius, qui iam cæde cultrorum delecti humi iacebant, clanculo præcepit ferre, quos me sedulo ac furtim colligentem tonsor inuenit, et quod alioquin publicitus maleficæ disciplinæ perinfames sumus, arreptam inclementer increpat. Tu ne ultima non cessas subinde lectorum iuuenum capillamenta surripere? Quod scelus nisi tandem desines, magistratibus te contanter obiciam. Et uerbum facto secutus immissa manu scrutatus è mediis capillis meis iam capillos absconditos iratus arripuit. Quo gesto grauiter affecta, mecũq; reputãs domnæ meæ mores, q̃ huiusmodi repulsis acri

ter commoueri, meq; uerberare sæuissime consueui. iam de fuga consilium tenebam. Sed istud quidem tui contemplatione abieci statim. Verum cum tristis inde discederem, ne prorsus uacuis manibus redirem, conspicio quendam forficulis tondentem caprinos utres. Quos cum probe constrictos inflatosq;, et iam pendentis cernerem, capillos eorum humi iacentes flauos, ac per hoc illi Boetio iuueni consimiles, plusculos aufero, eosq; dominæ meæ, dissimulata ueritate, trado. Sic noctis initio priusquam cœna te reciperes, Păphile mea iam uecors anim, tectum scandulare conscendit, quod altrinsecus ædiũ patore perflabili nudatum ad omnis orientales, cæterosq; aspectus puium, maxime his artibus suis commodatum secreto colit. Priusq; apparatu solito instruxit feralem officinam omne genus aromatis, & ignorabiliter lamnis literatis, & infelicium nauium durantibus damnis defletorum, sepultorum etiam cadauerum expositis multis admodum membris. Hic nares & digiti. Illic carnosi claui pendentium. Alibi trucidatorum seruatus cruor, et extorta dentibus ferarum truncæ caluaria. Tũc decantatis spirantibus fibris, litat uario laticæ, nunc rore fontano, nunc lacte uaccino, nunc melle montano. Libat et mulsa. Sic illos capillos in mutuos nexus obditos, atq; nodatos cum multis odoribus dat unus carbonibus adolendos. Tunc protinus inexpugnabili magicæ disciplinæ potestate, et cæca nummum coactorũ uiolentia, illa corpora quorum fumabant stridentes capilli, spiritum mutuantur humanum, & sentiunt, & audiunt, et ambulant. Et qua nidor suarum du

cebat exuuiarum, ueniunt, et pro illo iuuene Boe-
tio aditum gestientes, fores insiliunt. Cum ecce crapu-
la madens, & improuidæ noctis deceptus caligine,
audacter mucrone districto in insani modum Aiacis
armatus, non ut ille uiuis pecoribus infestus, tota la-
uauit armenta, sed longe fortius, qui tres inflatos ca-
prinos utres exanimasti, ut ego te prostratis hostibus si-
ne macula sanguinis, non homicidam nunc, sed utri-
cidam amplecterer. At ego sic lepido sermone Foti-
dis inuicem cauillatus, ergo igitur iam & ipse possum
inquam mihi primam istam uirtutis adoriam, ad exē
plum duodeni laboris herculei numerare, uel trige-
mino corpori Gerionis, uel triplia formæ Cerberi,
totidem preremptos utres cœquando. Sed ut ex ani-
mo tibi uolens omne delictum, quo me tantis angorī
bus implicasti remittam, præsta quod summis uotis
expostulo, & dominam tuam cum aliquid huius
diuinæ disciplinæ molitur ostende, cum deos inuo
cat, certe cum reformatu uideam. Sum nanq; corām
magiæ noscendæ ardentissimus cupitor, quanquam
mihi ne ipsa tu uideare taliū rerū rudis uel expers.
Sao istud, et planè sentio, cum semper alioquin spre-
torem matronalium amplexuum, sic tuis istis micantī
bus oculis, & rumpentibus bucculis, & renidenti-
bus crinibus, & hiantibus osculis, et flagrantibus pa
pillis, inseruilem modum addictum atq; manicipa-
tum teneas uolentem. Iam deniq; nec larem requiro,
nec domuitionem paro, et nocti isti nihil antepono.
Quam uellem inquit respondit illa præstare tibi o
Luci, quod cupis. Sed propter inuidos mores in solitu

dinem semper abstrusa, & omnium præsentia uidua ta, solet huiusmodi secreta perficere. Sed tuum postu latum præponam periculo meo, idq; obseruatis oppor tunis temporibus sedulo perficiá, modo ut initio præ fata sum, rei tantæ fidē silentiumq; tribue. Sic nobis garrientibus, libido mutua & animos simul et mem bra suscitat, omnibus abiectis amiculis. Hactenus de niq; intecti baccamur in Venerem. Cum quidē mihi iá fatigato, de propria liberalitate Fotis puerile obtu lit corollarium. Iamq; luminibus meis uigilia mar cidus infusus sopor, & iam in alium diem nos at tinuit. Ad hunc modum transactis, uoluptarie pau cis noctibus, quadam die percita Fotis, ac satis trepi da me occurrit. Indicatq; dominam suam, quod nihil etiam tunc in suos amores cæteris artibus promoue ret, nocte proxima in auem se se plumaturā, atq; ad suū capitū se deuolaturā, proin memet ad tantæ rei speculā cautē præparare. Iamq; circa primam noctis uigiliā, ad illud superius cubiculū, suspenso et insono uestigio me perducat. Ipsaq; p̄ primā hostiorū quāpiā iubet arbitrari, quæ sic gesta sunt. Iā primum oibus laciuijs se deuestit Pamphile, & arcula quadam re clusa, pyxides plusculas inde depromit, de quis unius operculo remoto, atq; indidē egesta unguedine, diuq; palmulis suis adfricta, ab imis unguibus se se totam, ad usq; summos capillos perlinit, multumq; cum lucerna secreto collocuta, membra tremulo suc cessu quatit. Quis leniter fluctuantibus promi cant molles plumulæ, crescunt & fortes pinnulæ, duratur nasus incuruus, coguntur ungues aduncī,

fit bubo Pãphile. Sic edito stridore querulo, iam suã periclitabunda, paulatim terra resultat. Mox in altum sublimata, forinsecus totis alis euolat. Et illa quidem magnis suis artibus uolens reformatur. At ego nullo decantatus carmine, præsentis tantum facti stupore defixus, quid uis aliud magis uidebar esse, quã Lucius. Sic exterminatus animi, attonitus in amentiam, uigilans somniabam. Defrictis adeo diu pupulis, an uigilarem scire quærebam. Tandem deniq; reuersus ad sensum præsentium, arrepta manu Fotidis, et admota meis luminibus, patere oro te inquam dum dictat occasio, magno & singularis me affectionis tuæ fructu perfrui, & impartire nobis unctulum indidem. per istas tuas papillas, mea mellitula, tuumq; mancipium irremunerabili beneficio, sic tibi perpetuo pignera, ac iam perfice, ut meæ Veneris Cupido pigneratus assistam tibi. Ain inquit uulpinaris amasio, méq; sponte asciam cruribus meis illidere compellis? Sicine meũ ipsa luciũ pullis conseruo Thessalis? hũc alitẽ factũ ubi quæram? Videbo quando? A me sælus istud depellant cœlites inquã, ut ego quamuis ipsius aquilæ sublimis uolatibus toto cœlo peruius, & supremi Iouis certus nuntius, uel lætus armiger, tamen non ad meum nidulum post illam pinnarum dignitatem subinde deuolem? Adiuro per dulcem istum capilli tui nodulum, quo meũ uinxisti spiritum, me nullam aliã meæ Fotidi malle. Tũc etiã istud meis cogitationibus occurrit, cum semel auẽ talẽ perũctus induero, domus ois procul me uitare debere. Quàm pulchro enim, q̃q;

festiuo matronæ perfruerẽtur amatore bubone? Quid quod istas nocturnas aues, cum penetrauerint larẽ quẽpiam sollicite prehensas foribus uidemus affigi, ut quod infaustis uolatibus familiæ minantur exitiũ, suis luant cruciatibus. Sed quod scisciatari penè præteriui, quo dicto facto'ue rursum exutis pinulis illis, ad meum redibo Lucium? Bono animo es, quod ad huius rei curam pertinet, ait. Nam mihi domina singula monstrauit, quo possint rursus in facies hominum tales figuras reformare. Nec istud factum putes ulla beniuolentia, sed ut ei redeunti medelam salubrẽ possem subsistere. Specta deniq; quàm paruis, quamq; futilibus tanta res procuretur. Herculeo anethi modicum cũ lauri foliis immissum, rore fontano datur lauacrum, & poculum. Hæc identidem adseuerans, summa cum trepidatione irrepit cubiculũ, et pyxidẽ depromit arcula. Quã ego amplexus ac deosculatus prius, utq; mihi prosperis faueret uolatibus deprecatus, abiectis propere laciniis totis, auide manus immersi, & haurito plusculo uncto, cœporis mei membris perfricui, iamq; alternis conatibus, libratis brachijs, in auem similẽ gestiebam. Nec ullæ plumulæ, nec usquam pinnulæ, sed planè pili mei crassantur in setas, et cutis tenella duratur i cœriũ, et in extimis palmulis perdito numero, toti digiti cogũtur in singulas ungulas, & despinæ meæ termino grã dis cauda procedit. Iã facies enormis, et os prolixũ, et nares hiantes, & labiæ pendulæ, sic & aures immodicis horripilant auctibus. Nec ullum miseræ formationis uideo solatium, nisi quod mihi iam neque=

unti tenere Fotidem natura cresœbat, ac dum salutis inopia cuncta corporis mei considerans non auem me, sed asinum uideo. Querens de facto Fotidis, sed iam humano gestu simul & uocę priuatus, quod solum poteram postrema deiecta labia, humidis cum oculis, obliquum respiciens, ad illam tacitus expostulabam. Quæ ubi me primum talem aspexit, percussit faciem suam manibus infestis, et occisa sum misera clamabat, me trepidatio simul & festinatio fefellit, & pyxidum similitudo decepit. Sed bene, quod facilior reformationis huius medela suppeditat. Nam rosis tantum demorsicatis exibis asinum, statimq; in meum Lucium postliminio redibis. Atq; utinam de more uesperi parassem nobis corollas aliquas, nec morā talē patereris uel noctis unius. Sed primo diluculo remediū festinabitur tibi. Sic illa mœrebat. Ego uero quāquā pfectus asinus, et pro Lucio iumentum, sensum tamen retinebam humanum. Diu deniq; ac multum mecum ipse deliberaui, an nequissimam, facinorosissimamq; fœminam illam spissis calcibus feriens, & mordicus adpetens necare debere. Sed ab incepto temerario melior me sententia reuocauit, ne morte mulctata Fotide, salutares mihi suppetias rursus extinguere. Deiecto itaq; & quassanti capite, ac demus sata temporali contumelia durissimo casui meo seruiēs, ad equū illum uectorē meū probissimū in stabulū concedo, ubi aliū etiā Milonis quendam hospitis mei asinū stabulantē inueni. Atq; ego rebar si quod inest mutis animalibus tacitū ac naturale sacramētū, agnitione ac miseratione quadā inductū equū illum

meum hospitium ac loca lauta mihi præbiturũ. Sed proh Iuppiter hospitalis et fidei secreta numina, præclarus ille uector meus cum asino capita conferunt, in meamq; perniciem ilico consentiunt, et uerẽtes scilicet cibarijs suis, uix me præsepio uidere proximantem, deiectis auribus iam furentes, infestis calcibus ĩsequũtur, & abigor quam procul ab ordeo, quod apposueram uesperi meis manibus illi gratissimo famulo. Sic affectus, atq; in solitudinem relegatus, angulo concesseram stabuli. Dumq; de insolentia collegarũ meorum mecum cogito, atq; in alterum diem auxilio rosario Lucius denuo futurus, equi perfidiæ uindictam meditor, respicio pilæ mediæ, quæ stabuli trabes sustinebat, in ipso uere meditullio Hipponæ deæ simulachrum residens ædiculæ, quod accurate corollis roseis equidem recentibus fuerat ornatum. Deniq; agnito salutari præsidio pronus spei, quantum extensis prioribus pedibus adnuti poteram, insurgo ualide, & ceruicæ prolixa, nimumq; porrectis labijs, quanto maxime nisu poteram corollas appetebam. Quod me pessima scilicet sorte conantem seruulus meus, cui semper equi cura fuerat mandata repente conspiciẽs, indignatus exurgit. & quousq; tandem inquit cantherium patiemur istum, pauloante cibarijs iumentorum, nunc etiam simulachris deorum infestum, quin iam ego istum sacrilegum, debilẽ, claudumq; reddam. Et statim telum aliquod quæritans eruere, fascem lignorum positum offendit, rimatusq; frõdosum fustem cunctis uastiorem, nõ prius miserũ metũdere desijt, q̃ sonitu uchemẽti, et largo strepitu pcussis ianuis,

cussis ianuis, trepido etiam rumore uiciniæ conclamãtis latrones, profugit territus. Nec mora cum nipate factis ædibus globus latronum inuadit omnia, et singula domus mẽbra cingit armata factio. Et auxilijs hincinde conuolãtibus, obsistit discursus hostilis, cunctis gladijs ac facibus instructi noctem illuminant. Coruscat in modum ortus solis ignis & mucro. Tũc horreum quoddam satis ualidis claustris obseptum obseratumq́; , quod medijs ædibus constitutum gazis Milonis fuerat refertum, securibus ualidis aggressi diffindunt. Quo passim recluso totas opes ueheunt, raptimq́; constrictis sarcinis singuli partiuntur. Sed gestaminum modus numerum gerulorum excedit. Tunc opulentiæ nimiæ, nimio ad extremas incitas deducti, nos duos asinos & equum meum productos è stabulo, quantum possunt grauioribus sarcinis onerant, & domo iam uacua minãtes baculis exigunt, unoq́; de socijs ad speculãdũ, qui de facinoris inquisitione nũciaret, relicto, nos crebro tundẽtes per auia montiũ ducunt cõcitos. Iamq́; rerũ tantarũ pondere, et mõtis ardui uertice, et prolixo satis itinere, nihil à mortuo differebã. Sed mihi sero quidẽ, serio tamẽ subuenit ad auxiliũ ciuile decurrere, et interposito uenerabilis prĩcipis nomine, tot erũnis me liberare. Cũq; deniq; iam luce clarissima uicum quempiam frequẽtem & nundinis celebrem præteriremus, inter ipsas turbulas græcorum, gemino sermone numen Augustum Cæsaris inuocare temptaui. Et o' quidem tantum disertum ac ualidum clamitaui, reliquum autẽ Cæsaris nomen enunciare non potui. Aspernati la=

trones clamorem absonum meum, cedentes hinc inde miserum corium, nec cribris iam idoneũ relinquũt. Sed tandem mihi inopinatam salutem Iuppiter ille tribuit. Nam cum multas uillulas & casas amplas præterimus, hortulum quendam prospexi satis amœnum. In quo præter cæteras gratas herbulas, rosæ uirgines matutino rore florebant. His inhians, & spe salutis alacer ac lætus, propius accessi. Dumq; iã labijs undantibus affecto, consilium me subit longe salubrius, ne si rursum asino remoto prodirem in Lucum, euidens exitium inter manus latronum offenderem, uel artis magicæ suspicione, uel iudicij futuri criminatione. Tunc igitur à rosis, & quidem necessario temperaui, et casum præsentem tolerans in asini faciem fœna rodebamus.

LIBER QVARTVS.

d Iem fermè circa medium, cum iam flagrantia solis caleret, ĩ pago quodam apud notos ac familiares latronibus senes diuertimus. Sic enim prĩmus aditus, & sermo prolixus, & oscula mutua quamuis asino sentire præstant. Nam & rebus eos quibusdam dorso meo depromptis munerabantur, & secretis gannitibus, quod essent latrocinio partæ, uidebantur indicare. Iamq; nos omni sarcina leuatos in pratum proximum passim libero pastui tradidere, nec me cum asino uel equo meo compascuus cœtus attinere potuit, adhuc insolitum alioquin prandere fœnum, sed planè ponè stabulum prospectum hortulum, iam famæ perditus, fidenter inuado, & quamuis crudis oleribus, affatim tñ uẽtrẽ sagino. Deosq; cõprecatus oĩs, cũcta prospectabã loca, sicubi forte cõterminis ĩ hortulis cãdẽs reperirẽ rosariũ. Nã et ipsa solitudo iã mihi bonã fiduciam tribuebat, si deuius et protectus absconditus sumpto remedio, de iumenti quadrupedis incuruo gradu rursum erectus in hominẽ, inspectante nullo resurgerẽ. Ergo igitur cum in isto cogitationis salo fluctuarẽ, aliquanto lõgius uideo frõdosi nemoris cõuallẽ umbrosam. Cuius ĩter uarias herbulas et latissima uireta fulgẽtiũ rosarũ minus color renidebat. Iamq; adpud mea nõ usq; quaq; ferina præcordia Veneris et

Gratiarũ lucum illũ arbitrabar, cuius inter opaca secreta floris genialis regius nitor relucebat. Tũc inuocato hylaro atq; prospero euentu, cursu me concito proripio, ut Hercule ipse sentirem, nõ asinum me, uerum etiam equum currulem nimia uelocitate refectum, sed agilis atq; præclarus ille conatus, fortunæ meæ sæuitatem anterire non potuit. Iam enim loco proximus, non illas rosas teneras & amœnas, madidas diuinis guttis roris & nectaris, quas rubi felices beatæ spinæ generant, at ne conuallẽ quidẽ usq; iam, nisi tantum ripæ fluuialis marginem densis arboribus septam uideo. Hæ arbores in lauri faciem prolixe foliatæ pariunt, in modum floris inodori, porrectos caliculos modicæ punicantis. Quos equidem fragrantis, minime rurestri uocabulo, uulgus indoctum rosas laureas appellant, quarumq; cuncto pecori cibus letalis est. Talibus fatis implicatus, & ipsam salutem recusans, sponte illud uenenum rosarium sumere gestiebam. Sed dũ contanter accedo decerpere, iuuenis quidam, ut mihi uidebatur hortulanus, cuius omnia prorsus olera nastaueram tanto damno cognito cum grandi baculo furens decurrit, abreptumq; me totum plagis obtundit adusq; uitæ ipsius periculũ, nisi tandem sapienter alioquin ipse mihi tulissem auxiliũ. Nam lumbis eleuatis in altum, pedum posterioribus calcibus iactatis in eum crebriter iam mulctato grauiter, atq; iacente contra procliue montis attigui fuga me liberaui. Sed illico mulier quæpiã, uxor eius scilicet, simul eũ prostratum et semianimum ex edito despexit, ululabili cũ plangore ad

cum ſtatim proſilit, ut ſui uidelicet miſeratione mihi præſens crearet exitium. Cuncti enim pagani fletibus eius exciti ſtatim conclamant canes, atq; ad me laniandum rabie percitu, ferrent impetum paſſim cohortantur, tunc igitur proculdubio iam morti proximus, cũ uiderẽ canes modo magnos et numero multos, et urſis ac leonibus ad pugnandũ idoneos, in me cõuocatos exaſperari, è re nata capto conſilio, fugã deſino, ac me retrorſus celeri gradu rurſum in ſtabulum, quo deuerteram recipio, at illis canibus iam egre cõhibitis, arreptum me loro quamualido ad anſulam quandam deſtinatum, rurſum cedendo confeciſſent profecto, niſi dolore plagarum aluus arctata, crudiſq; illis oleribus abundans et lubrico fluxu faucia fimo fiſtulatum excuſſo, quoſdam extremi liquoris aſpergine, alios putore nidoris fœtidi à meis iam quaſſis ſcapulis abegiſſem. Nec mora, cum iam in meridiem prono iubare, rurſum nos, et præcipue me longe grauius onuſtum producunt illi latrones ſtabulo. Iamq; confecta bona parte itineris, et uiæ ſpacio defectus, et ſarcinæ pondere depreſſus, ictibuſq; fuſtũ fatigatus, atq; etiam unguis extritis iam claudus & titubans, riuulum quendam ſerpentis leniter aquæ propè inſiſtens, ſubtilem occaſionem feliciter nactus, cogitabam totum memet flexis ſcite cruribus pronũ abijcere, certus atq; obſtinatus nullis uerberibus ad egrediendum exurgere, immo etiam paratus non fuſti tantum, ſed machera percuſſus occumbere, rebar enim iam me prorſus exanimatum, ac debilem mereri cæſariam miſſionem. Certe latrones partim impatientia moræ,

partim studio festinatæ fugæ dorsi mei sarcinâ duobus cæteris iumẽtis distributuros, méq; in altioris uĩdictæ uicem, lupis et uulturibus prædam relicturos. Sed tã bellũ consilium meum peruertit sors deterrima. Nanq; ille alius asinus diuinato et antecapto meo cogitatu, statim se mentita lassitudine cum rebus totis effundi- tur. Iacensq; in modum mortui, non fustibus nonstimulis, ac ne cauda quidem & auribus, cruribusq; undique uersum eleuatis, temptauit exurgere, quo ad tandem posthumæ spei fatigati, secumq; colloquuti ne tandiu mortuo, immo uero lapideo asino seruiẽtes fugá morarentur, sarcinis eius mihi equoq; distributis, districto gladio poplites eius totos amputant. Ac paululum à uia retractum per altissimum præceps in uallem proximam etiam nũc spirantem præcipitant. Tunc ego miseri commilitonis fortunam cogitans, statui iam dolis abiectis et fraudibus asinum me bonæ frugi domnis exhibere. Nam et secum eos animaduerteram colloquentes, quod in proximo nobis esset habenda mansio, & totius uitæ finis quieta, eorumq; esset sedes illa, & habitatio. Clementi deniq; transmisso cliuulo, peruenimus ad locum destinatum. Vbi rebus totis exolutis atq; intus conditis, iam pondere liberatus, lassitudinem, uicæ lauacri, pulueris uoluptatibus digerebam. Res ac tempus ipsum locorum et speluncæ illius, quam latrones inhabitant, descriptionem exponere flagitant. Nam et meum simul periclitabor ingenium, & faxo uos quoq; an mentæ etiam, sensuq; fuerim asinus sedulo sentiatis. Mons horridus, syluestribusq; frondibus imbrosus, & in-

primis altus fuit. Huius per obliqua deuexa, qua saxis asperrimis & ob id inaccessis cingitur, conualles lacunosæ cauæq; nimium, spinetis aggeratæ, & quaquauersus repositæ naturalem tutelam præbentes ambiebant. De summo uertice fons affluens bullis ingentibus scaturibat, qui per prona delapsus euomebat undas argenteas. Iamq; riuulis pluribus dispersus, ac ualles illas amnibus stagnantibus irrigans, in modum stipati maris, ueli gnaui fluminis cuncta cohibebat. Insurgit speluncæ, qua margines montanæ desint, turris ardua, caula firma solidis cratibus, ouili stabulatione commoda, porrectis undique lateribus. Ante fores exigui tramites, uicæ structi parietis attenduntur. Ea tu bono certe meo periculo latronum dixeris atria, nec iuxta quicquam quàm parua casula, cannulis temere contecta, quo speculatores è numero latronum, ut postea comperi, sorte ducti, noctibus excubabant. Ibi cum singuli direpsissent stipatis artubus, nobis ante ipsas fores loro ualido destinatis, anum quandam curuatam graui senio, cui soli salus atq; tutela, tot numero iuuenum commissa uidebatur, sic infesti compellant. Etiam ne tu busti cadauer extremum, & uitæ dedecus primum, & ora fastidium solum, sic nobis ociosa domi residens lusitabis, nec nostris tam magnis tamq; periculosis laboribus solatium de tam sera refectione tribuas, quæ diebus ac noctibus, nil quicquam rei quàm merum sæuienti uentri tuo soles auiditer ingurgitare. Tremens ad hæc & stridenti uocula pauida, sic anus. At uobis fortissimi fidelissimq; que

mei hospitatores iuuenes affatim cuncta suaui sapore percocta pulmenta præsto sunt. Panis numerosus, uinum probe calicibus effricatis affluenter immissum, et ex more calida tumultuario lauacro uestro præparata. In fine sermonis huius statim se se deuestiunt, nudatiq;, & flammæ largissimæ uapore recreati, calidaq; perfusi, & oleo peruncti, mensas dapibus largiter instructas accumbunt. Commodum cubuerant, & ecce quidem longe plures numero iuuenes aduenirunt. Alij quos incunctanter adæque latrones arbitrarere. Nam & ipsi prædas aureorum argenteorumq; nummorum, ac uasculorum, uestisq; sericæ et intextæ filis aureis inuchebant. Hi simuli lauacro refoti inter choros sociorum se se reponunt. Tunc sorte ducti ministeriū faciunt. Estur ac potatur incondite, pulmentis aceruatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingestis, clamore ludunt, strepitu cantilant, conuitijs iocantur, ac iam cætera semifæris lapithis thebanus centaurisq; similia. Tunc inter eos unus, quē robore cæteros antistabat, nos quidem inquit Milonis Hypatini domum fortiter expugnauimus, præter tantam fortunæ copiam, quam nostra uirtute nacti sumus, et incolumi numero castra nostra petiuimus, et siquid ad rem facit octo pedibus auctiores remeauimus. At uos qui Bœotias urbes appetistis, ipso duce uestro fortissimo Lamatho diminuti debilem numerum reduxistis, cuius salutem merito sarcinis istis quas aduexistis omnibus certe antetulerim. Sed illum quidē utcunque nimia uirtus sua peremit, inter inclytos reges ac duces præliorum tanti uiri memoria cælebra-

bitur. Enim uero uos bonæ frugi latrones inter furta parua atque seruilia timidicule per balneas & ani les cellulas reptantes scrutariam facitis. Suscipit unus ex illo posteriore numero. Tu ne solus ignoras lon ge faciliores ad expugnandum domus esse maiores, quippe quod licet numerosa familia latis diuersetur ædibus, tamen quisque magis suæ saluti quàm domi ni consulat opibus, frugi autem & solitarij homines fortunam paruam uel certe satis amplam dissimulan ter obtectam protegunt acrius, et sanguinis sui pericu lo muniunt. Res ipsa denique fidem sermoni meo da bit. Vix enim Thebas Heptapylos accessimus, quod est huic disciplinæ primarium studium. Sed dum se dulo fortunam inquirebamus popularem, nec nos deniq; latuit Chryseros quidam numularius, copiosæ pecuniæ dominus, qui metu officiorum ac munerum publicorum magnis artibus magnam dissimulabat opulentiam. Deniq; solus ac solitarius parua sed satis munita domũcula cõtentus, pannosus alioqn ac sordi dus, aureos folles incubabat. Ergo placuit, ad hunc primum ferremus aditum, ut concepta pugna manus unicæ, nullo negotio cunctis opibus ociose potiremur. Nec mora, cum noctis initio foribus eius præstola mur, quas neque subleuare, neque dimouere, ac nec perfringere quidem nobis uidebatur, ne ualuarum sonus cunctam uiciniam nostro suscitaret exitio. Tunc itaq; sublimis ille uexillarius noster Lamathus spe ctata uirtutis suæ fiducia, qua clauis immittendæ fo ramen patebat, sensim immissa manu claustrum euel lere gestiebat. Sed dudum scilicet omnium bipedum

nequissimus Chryseros uiglans, & singula rerum sentiens lenem gradum, & obnixum silentium tolerans paulatim adrepit, grandiq; clauo manum ducis nostri repente, nixu fortissimo ad hostij tabulam offigit, et exitiabili nexu patibulum relinquens, gurgustioli sui tectum ascendit, atq; inde contentissima uoce clamitans, roganscq; uicinos, & unumquenq; proprio nomine ciens, et salutis communis admonens, diffamat incendio repentino domum suam possideri. Sic unusquisq; proximi periculi confinio territus, suppetiatũ decurrẽre anxij. Tunc nos in ancipiti periculo constituti uel opprimendi nostri, uel deserendi socij remedium è renata ualidũ, eo uolente communiscimur. Antesignani nostri partem, qua manus humerum subit, ictu per articulum medium temperato, prorsus abscidimus, atq; ibi brachio relicto, multis laciniis oppulto uulnere, nestillæ sanguinis uestigium proderent, cæterum Lamiathum raptim reportamus, ac dũ trepidi regionis urgemur graui tumultu, & instantis periculi metu terremur ad fugam, nec uel sequi propere uel remanere tuto potest, uir sublimis animi uirtutiscq; præcipuus, multis nos affatibus, multiscq; precibus querens adhortatur, per dexteram Martis, per fidem sacramenti, bonum commilitonem cruciatu simul & captiuitate liberaremus. Cur enim manu, qua rapere et iugulare sola posset fortem latronem superuiuere? sat se beatum, qui manu socia uolens ocumberet. Cumq; nulli nostrum spontale parricidium suadens persuadere posset, manu reliqua sumptum gladium suum, diuq; deosculatus, per medium pectus, ictu fortissi-

mo transadigit. Tunc nos magnanimi ducis uigore ue
nerato, corpus reliquum ueste linea diligenter conuo-
lutum, mari cælandum commisimus, et nunc iacet no
ster Lamathus elemento toto sepultus. Et ille quidem
dignum uirtutibus suis uitæ terminum posuit. Enim
uero Alcimus solertibus cœptis, tamen sæuum fortunæ
nutum non potuit abducere; qui cum dormientis
anus perfracto tuguriolo conscendisset cubiculum su-
perius, iamq; protinus oblisis faucibus interstinguere
eam debuisset, prius maluit rerum singula per la-
tiorem fenestram forinsecus nobis stilis rapienda di-
spergere. Cumq; iam cuncta rerum gnauiter emoli-
tus, nec toro quidē aniculæ quiescentis parcere uellet,
eaq; lectulo suo deuoluta uestem stragulam subduc-
tam scilicet iactare similiter destinaret, genibus eius
prosusa, sic nequissima illa deprecatur. Quid oro filī
pauperinas panno saseq; reculas miserrimæ anus do-
nas uicinis diuitibus, quorum hæc fenestra domum pro
spicit? quo sermone callido deceptus astu, & uera,
quæ dicta sunt credens Alcimus, uerens scilicet, ne et
ea quæ prius miserat, quæq; postea missurus foret,
non socijs suis, sed in alienos lares iam certus erroris
abijceret. suspendit se fenestra, sagacater perspecturus
omnia persertim domus atticuæ, quam dixerat illa,
fortunas arbitraturus, quod eum strenue quidem et
satis improuide conantem senile illud facinus, quan-
quam inualido, repentino tamē et inopinato pulsu nu
tantem ac pēdulū, et in prospectu alioquin attonitum
præceps inegit, qui præter altitudinem nimiam su per
quendam etiam uastissimum lapidem propè iacentem

decidens, perfracta diffusaq; crate costarum riuos sanguinis uomẽs, primitus narratis nobis quæ gesta sunt, non diu cruciatus uitam euasit, quem prioris exemplo sepulturæ traditum bonum secutorem Lamatho dedimus. Tunc orbitatis duplici plaga petiti, iamq; thebanis conatibus abnuentes, Plateas proximam conscendimus ciuitatem, ubi fama celebrem quendam nomine Democharem munus editurum gladiatorium deprehendimus. Nam & genere primarius uir, et opibus pluribus, & liberalitate præcipuus, digno fortunæ suæ splendore publicas uoluptates instruebat. Quis tantus ingenij, quis facundiæ, qui singulas species apparatus multiugi, uerbis idoneis possit explicare? Gladiatores isti famosæ manus, uenatores illi probatæ pernicitatis, alibi noxij, perdita securitate, suis epulis bestiarum saginas instruentes confixilis machinæ sublicæ, turres tabularum nexibus, instar circunforaneæ domus, floridæ picturæ, decora futuræ uenationis receptacula. Qui præterea numerus, quæ facies ferarum? Nam præcipuo studio forensis etiam aduexerat generosa illa damnatorum capitum funera, sed præter cæterã speciosi muneris suppellectilem, totis utcunq; patrimonij uiribus immanis ursæ comparabat numerum copiosum. Nam præter domesticis uenationibus captas, præter largis emptionibus partas, amicorum etiam donationibus uarijs certatim oblatas, tutela sumptuosa sollicite nutriebat. Nec ille tam clarus, tamq; splendidus publicæ uoluptatis, apparatus, inuidiæ noxios effugit oculos. Nam diutina captiuitate fatigatæ, simul &

æstiua flagrantia macerat æ, pigra etiã sessione languidæ, repentina correptæ pestilentia, penè ad nullum redigere numerũ, passim per plateas plurimas cerneres iacere semiuiuorum corporum ferina naufragia. Tũc uulgus ignobile, quos in culta paupertas, sine delectu ciborum tenuato uentri cogit sordẽtia supplementa & dapes gratuitas conquirere, passim iacentes epulas accurrere. Tunc nacti subtile consilium, ego & iste Babulus tale communiscimur. Vrsam, quæ cæteris sarcina corporis prævalebat, quasi cibo parandam portamus ad nostrum receptaculũ, eiusq; probe nudatum carnibus coriũ, seruatis solerter unguibus, ipso etiam bestiæ capite, aduscq; cõfinium ceruicis, solido relicto, tergum omne rasura studiosa tenuamus, & minuto cinere perspersum, solĩ siccandũ tradimus. Ac dum cælestis uaporis flammis examurcatur, nos interdum pulpis eius ualẽter saginantes, sic instanti militiæ disponimus sacramentum, ut unus è numero nostro, nõ qui corporis adeo, sed animi robore cæteris antistaret, atq; is in primis uolũtarius, pelle illa contectus, ursæ subiret effigiẽ, domumq; Democharis illatus, per oportuna noctis silentia nobis ianua facales præstaret aditus. Nec paucos fortissimi collegij solers species ad munus obeundum arrexerat, quorum præ cæteris Thrasileon factionis optione dilectus, ancipitis machinæ subit aleam. Iamq; habili corio et mollicie tractabili, uultu sereno sese recondit. Tunc tenui acumine summas oras eius adæquauimus, et iũcturæ rimã licet gracilẽ, setæ arcũfluẽtis dẽsitate sepimus ad ipsum cõsi-

nium gulæ, qua ceruix fuerat exacta, Thrasileonis caput subire cogimus, paruisq; respiratui circa nares & oculos datis foraminibus, fortissimum socium nostrum, prorsus bestiam factum, immittimus caueæ, modico prædestinatæ precio, quam constanti uigore festinus irrepsit ipse. Ad hunc modum prioribus inchoatis, sic reliqua fallaciæ peregimus. Scisciti nomen cuiusdam Nicanoris, qui genere Thracio proditus, ius amicitiæ summum cum illo Democharе colebat, literas affigimus, ut uenationis suæ primitias, bonus amicus uideretur ornando muneri dedicasse. Iamq; prouecta uespera, abusi præsidio tenebrarum, Thrasileonis caueã Democharі cum literis illis adulterinis offerimus. Qui demiratus bestiæ magnitudinẽ, suiq; cortubernalis opportuna liberalitate lætatus, iubet nobis protinus gaudij sui gerulis, decẽ aureos, ut ipse habebat è suis loculis adnumerari. Tunc, ut nouitas consueuit ad repentinas uisiones animos hominum pellicere, multi numero mirabundi ad bestiam confluebant, quorum satis callenter curiosos aspectus Thrasileon noster impetu minaci frequenter inhibebat, consonaq; cuiũ uocẽ, satis felix ac beatus Democharеs ille sæpe celebratus, quod post tantam cladẽ ferarũ nouo prouẽtu quoquomodo fortunæ resisteret. Iubet noualibus suis confestim bestiã ire, iubet summa cum diligentia reportari. Sed suscipiens ego caueas inquam domine flagrantia solis & itineris spatio fatigatam cœtui multarum, & ut audio non rectæ valẽtium committere ferarum, quin potius domus tuæ patulũ ac perflatilem locum, immo et lacu aliquo con

terminum refrigerantemq; prospicis. An ignoras hoc genus bestiæ, lucos consitos, & specus roridos, et colles frigidos, & fontes amœnos superincubare? Talibus monitis Demochares perterritus, numerumq; perditorum secum recensens, non difficulter assensus, ut ex arbitrio nostro caueam locaremus facile permisit. Sed & nos inquam parati sumus hic ibidem pro cauea ista excubare noctes, ut æstus et uexationis incommodo bestiæ fatigatæ, & cibum tempestiuum, & potum solitum accuratius afferamus. Nihil indigemus labore isto uestro respondit ille. Iam penè tota familia per diutinam consuetudinem nutriendis ursis exercitata est. Posthæc uale facto, discessimus, et portam ciuitatis egressi monimentum quoddam conspicamur procul à uia remoto & abdito loco positum. Ibi capulos carie & uetustate semitectos, quis inhabitabãt puluerei & iam cinerosi mortui, passim ad futuræ prædæ receptacula reseramus, et ex disciplina sectæ seruato noctis illumino tempore, quo somnus obuius impetu primo corda mortaliũ ualidius ĩuadit ac premit, cohortẽ nostrã gladijs armatã ante ipsa fores Democharis, uelut expilationis uadimoniũ sistimus. Nec secius Thrasileon examussim capto noctis latrocinali momẽto prorepit caueam, statimq; custodes, q̃ prope sopiti q̃escebant, oẽs ad unũ mox, etiã ianitorẽ ipsum gladio cõficit, clauiq; subtracta, fores ianuæ repandit, nobisq; prompte cunuolãtibus, et domus alueo receptis demõstrat horreũ, ubi uespera sagaciter argẽtũ copiosum recõdi uiderat, quo protinus ꝑfacto, cõfertæ manus uiolẽtia iubeo singulos cõmilitonũ asporta-

re ꝗtū qſq; poterat auri uel argenti, et in illis ædibus fideliſſimorum mortuorum occultare propere, rurſum concato gradu recurrētes ſarcinas iterare. Quod enī ex uſu foret omnium me ſolū reſiſtentem pro domus limine cuncta rerum exploraturum ſollicite dum redirent. Nam & facies urſæ, mediis ædibus diſcurrentis ad proterrendos, ſi qui de familia forte uigilaſſent, uidebatur opportuna. Quis enim quamuis fortis et intrepidus immani forma tantæ beſtiæ noctu præſertim uiſitata, nō ſe ad fugam ſtatim concitaret? non obdito cellæ peſſulo pauens & trepidus ſe ſe cohiberet? His omnibus ſalubri conſilio recte diſpoſitis, occurrit ſæuus euentus. Nanq; dū reduces ſocios noſtros ſuſpenſus opperior, quidā ſerulus ſtrepitu ſcilicet diuinitus inquietus proſerpit leniter, uiſaq; beſtia, quæ libere diſcurrens totis ædibus cōmeabat premēs obnixum ſilientium, ueſtigium ſuum replicat, & utcunq; cunctis in domo uiſa pronutiat. Nec mora, cū numeroſæ familiæ frequentia domus tota completur tædis, lucernis, cereis ſepaceis nocturni luminis inſtrumentis. Clareſcunt tenebræ, nec inermis qisquā de tanta copia proceſſit, ſed ſinguli fuſtibus, lanceis, diſtrictis deniq; gladijs armati muniūt aditus, nec ſecus canes etiam uenaticos, auritos illos et horricomes, ad comprimendam beſtiam cohortantur. Tunc ego ſenſim gliſcente adhuc illo tumultu, retrogradi fugā, domo facēſſo. Sed planè Thraſileon mire canibus repugnantem latens ponè ianuam ipſe proſpicio. Quā quam enim uitæ metas ultimas obiret, non tamen ſui noſtriq; uel priſtinæ uirtutis oblitus, iam faucibus ipſis

hiantis

hiantis Cerberi reluctabat. Scænam deniq; quã spõte sumpserat cum anima retinens, nunc fugiens, nũc resistens, uarijs corporis sui scænis ac motibus tandem domo prolapsus ẽ. Nec tamen quãuis publica potitus libertate salutem fuga quærere potuit. Quippe cuncti canes de proximo angiportu satis feri, satisq; copiosi, uenaticis illis qui commodum domo similiter insequẽtes processerant se se commiscent agminatim. Miserũ funestumq; spectaculum aspexi Thrasileonẽ nostrũ cæteruis canum sæuientium cinctum, atq; obsessum, multisq; numero morsibus laniatum? Deniq; tanti doloris impatiens, populi circunfluentis turbulis immissæor, & in quo solo poteram cælatum auxilium bono ferre commilitoni, sic indaginis principes dehortabar. O' grande inquam & extremum flagitium, magnam & uere preciosam perdimus bestiam. Nec tamen nostri sermonis artes infelicissimo profuere iuueni. Quippe quidam procurrens è domo procerus & ualidus, incontanter lanceam medijs iniecit ursæ præcordijs. Nec secus alius. Et ecce plurimi iam timore discusso certatim gladios, & iam de proximo congerunt. Enimuero Thrasileon egregium decus nostræ factionis, tandem immortalitate digno illo spiritu expugnato, magis q̃ patientia, neq; clamore, ac nec ululatu quidem, fidem sacramenti prodidit. Sed iam morsibus lacératus, ferroq; laniatus, obnixo mugitu, & ferino fremitu, præsentem casum generoso uigore tolerans gloriam sibi reseruauit, uitam fato reddidit. Tanto tamen terrore, tantaq; formidine cætum illum turbauerat, ut usq; diluculum, immo &

in multũ diem nemo quisquam fuerit ausus, quãuis iacentem bestiã uel digito cõtingere, nisi tandẽ pigre ac timide quidã lanius paulo fidẽtior, utero bestiæ resecto ursæ, magnificũ despoliauit latronem. Sic etiã Thrasileon nobis perimitur, sed à gloria non periuit. Confestim itaq; constrictis sarcinis illis, quas nobis seruauerant fideles illi mortui, Plateæ terminos cito gradu deserentes, istud apud nostros animos idẽtidem reputabamus, merito nullam fidem inuita reperiri, quod ad manes iam & mortuos, odio perfidiæ nostræ dem grauit. Sic onere uecturæ, simul & asperæ, uiæ toti fatigati, tribus comitũ desideratis, istas quas uidetis prædas adueximus. Post istum sermonis terminum, poculis aureis memoriæ defunctorum cõmilitonum, uino mero libant. Dehinc canticas quibusdam Marti deo, blanditi paululum conquiescunt. Etenim nobis anus illa recens ordeum affatim, et sine ulla mensura largita est, ut equus quidem meus, tanta copia, & quidem solus potitus, saliares se cœnasse cœnas crederet. Ego uero quanquam aliâs ordeum tunsum minutatim, & diutina cogitatione uirulentum semper eserim, rimatus angulum, quo panis reliquiæ totius multitudinis cõgestæ fuerant, fauces diutina fame saucias, & araneantes uchementer exercẽo. Et ecce nocte promota latrones expergiti castra commouent. Instructiq; uarie, partim gladijs armati in lemures reformant, concito se gradu proripiunt. Nec me tamen instanter ac fortiter manducantem, uel somnus immunens impedire potuit. Et quãquam prius cum essem Lucius, unico uel secundo pane con-

tentus, mensa decæderem, tunc uentri tam profundo seruiens, iam fermè tertium qualum rumigabam. Huic me operi attonitum clara lux oppressit. Tandem deniq; asinali uerecundia ductus, ægerrime tamen digrediens riuulo proximo sitim lenio. Nec mora cum latrones ultro anxij atq; sollicitu remeant. nullam quidem prorsus saranam, uel omnino licet uilem laaniam ferentes, sed tantum gladijs, totis manibus, immo factionis suæ cunctis uiribus, unicam uirginem filo liberali, & ut matronatus eius indicabat, summatem regionis puellam, me hercules & asino tali concupiscendam, mœrentem, & crines cum ueste sua lacerantem, aduehebant, eam simul intra spelũcam, uerbisq; quæ dolebat munora faciẽtes, sic alloquuntur. Tu quidem salutis & pudicitiæ secura, breuem patientiam nostro compendio tribue. Nos ad istam sectam paupertatis necessitas adegit. Parẽtes autem tui de tanto suarum diuitiarum cumulo, quanquam satis cupidi, tamen sine mora parabunt, scilicet idoneam sui sanguinis redemptionem. His & his similibus blatteratis, nec quicq̃ dolor sedatur puellæ, quidnuquæ inter genua sua deposito capite sine modo flebat. At illi introuocatæ anuii præcipiũt, assidẽs eã blãdo, quãtũ posset, solaretur alloqo. Seq; ad sectæ suæ ta conferre. Nec tñ puella quit ullis aniculæ sermonibus, ab incœptis fletibus auocari. Sed altius eiulans se se, & assiduis singultibus ilia quatiens, mihi etiam lachrymas excussit. At sic. An ego inquit misera tali domo, tanta familia, tam charis uernulis, tam sanctis parentibus desolata,

et infelicis rapinæ præda, et mancipium effecta, inq; isto saxeo carcere seruiliter clausa, et omnibus delitijs, quis innata atq; innutrita sim, priuata sub incerta salutis & carnificinæ lanienа, inter tot ac tales latrones & horrendum gladiatorum populum, uel fletū desinere, uel omnino uiuere potero? Lamentata sic et animi dolore, & faucium tendore, & corporis lassitudine iam fatigata, marcentes oculos dimisit ad saporem. Iam commodum conquierat, nec diu cum repente lymphatico ritu, somno recussa, longeq; uehementius afflictare sese, & pectus etiā palmis infestis tundere, & faciē illā luculentam uerberare incepit, & anniculæ, quamquā instantissime causas noui et instaurati mœroris requirentis, sic adsuspirans altius infit. Hem nunc certe nunc maxime funditus perij, nunc spei salutiferæ renuntiaui. Laqueus, aut gladius, aut certe præcipitium proculdubio capessendum est. Ad hæc anus iratior, dicere eam sæuiore iā uultu iubebat, quid malum fleret, uel quid repente postliminio pressæ quietis lamētationes licentiosas refricaret. Nimirū inquit, tāto cōpendio tuæ redēptionis defraudare iuuenes meos destinas? quod si pergis ulterius, iam faxo lachrymis istis, quas paruipēdere latrones consueuêre, insuper habitis, uiua exurêre. Tali puella sermone deterrita, manuq; eius exosculata, parce inquit mi parens, & durissimo casui meo pietatis humanæ memor, subsiste paululum. Nec enim, ut reor, æuo lōgiore, mature tibi i ista sancta canicie miseratio prorsus exaruit. Specta deniq; scænam meæ calamutatis. Speciosus adolescens inter suos principales quē

filiũ publicum omnis sibi ciuitas cooptauit, meus alioquin consobrinus, tantulo triennio maior in ætate, qui mecum primis ab annis nutritus & adultus, indiuiduo contubernio domusculæ, immo uero cubiculi toriq; , sanctæ charitatis affectione mutuo mihi pignoratus, uotisq; nuptialibus pacto iugali pridem destinatus consensu parentum, tabulis etiam maritus nũcupatus ad nuptias, officio frequenti cognatorum, et affiniũ stipatus tẽplis et ædibus publicis uictimas immolabat. Domus tota lauris obsita, tædis lucida cõstrepebat hymeneum. Tunc me gremio suo mater infelix tolerans, mundo nuptiali decenter ornabat, mellitisq; suauijs crebriter ingestis, iam spe futura liberorum uotis anxijs propagabat, cum irruptionis subitæ gladiatorum impetus ad belli faciem sæuiẽs, nudis et incertis mucronibus coruscans, non cædi, nõ rapinæ manus afferunt, sed denso conglobatoq; cuneo cubiculum nostrum inuadunt protinus. Nec ullo de familiaribus nostris repugnante, ac ne tãtillũ quidẽ resistente, miserã exanimẽ, sæuo pauore, trepido de medio matris gremo rapuere. Sic instar Athracidis uel Pyrithoi, despectæ disturbataq; nuptiæ. Sed ecce sæuissimũ omniũ, nunc etiã redintegratur, immo uero cumulatur infortuniũ meũ. Nam uisa sum mihi de domo, de thalamo, de cubiculo, de thoro deniq; ipso uiolẽter extracta, p̃ solitudines auias ifortunatissimi mariti nomen inuocare, eumq; ut primũ meis amplexibus uiduatus est, adhuc unguẽtis madidũ, coronis floridũ, consequi uestigio me pedibus fugientem alienis, utq; clamore percito formosæ raptum uxoris

conquerens populi testatur auxilium, quidam de latronibus importunæ persecutionis indignatione permotus, saxo grandi propedibus abrepto, missellum iuuenem maritum meumpercussum interemit. Talis aspectus, atrocitate perterrita, somno funesto pauens, excussa sum. Tunc fletibus eius adsuspirans anus, sic incipit. Bono animo esto mea Herilis, nec uanis somniorum figmentis terreare. Nam præter quod diurnæ quietis imagines falsæ perhibentur, tum etiã nocturnæ uisiones contrarios euentus nõ nunquã pronuntiant. Deniq; flere, & uapulare, & nonnunquã iugulari, lucrosum, prosperumq; prouẽtum nunciant, contra, ridere, & mellitus dulcaoli, uẽtrem saginare, uel in uoluptatem ueneriam cõuenire, tristitiæ animi, languori corporis, damnisq; cæteris anxiatum iri prædicant. Sed ego te narrationibus lepidis, anilibusq; fabulis, protinus euocabo. Et incipit. Erat in quadam ciuitate rex & regina. Hi tres numero filias forma conspicuas habucre. Sed maiores quidem natu, quãuis gratissima specie idoneæ, tamen celebrari posse laudibus humanis credebãtur. At uero puellæ iunioris tam præcipua, tam præclara pulchritudo, nec exprimi, ac ne sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat. Multi deniq; ciuiũ et aduenæ copiosi, quos eximij spectaculi rumor studiosa celebritate cõgregabat, inaccessæ formositatis admiratione stupidi, et admouentes oribus suis dexteram, priore digito in erectum pollicẽ residente, ut ipsam prorsus deã Venerẽ religiosis adorationibus uenerabãtur. Iamq; proximas ciuitates, et attiguas regio-

nes fama peruaserat, deam, quam cerulũ profundũ pelagi peperit, et ros spumantium fluctuũ educauit, iam numinis sui passim tributa uenia, in medijs conuersari populi cœtibus, uel certe rursum nouo cælestium stellarum germine non maria, sed terras, Venerem aliã, uirginali flore præditam pullulasse. Sic immensum procedit indies opinio, sic insulas iam proximas et terræ plusculum, prouinciasq; plurimas fama porrecta peruagatur. Iam multi mortaliũ lõgis itineribus atq; altissimis maris meatibus, ad sæculi specimen glorioſum cõfluebant. Paphó nemo, Cnydó nemo. At ne ipsa sacra quidem cithera, ad conspectũ deæ Veneris nauigabant. Sacra deæ proferuntur, tẽpla deformãtur, puluinaria deserũtur, cærimoniæ negligũtur, incoronata simulachra, et aræ uiduæ frigido cinere fedatæ. Puellæ suplicatur, et ihumanis, multibus deæ tantæ numina placantur, et i matutino progressu uirginis, uictimis & epulis Veneris absentis nomen propitiatur. Iamq; per plateas commeãtem populi frequenter, floribus sertis, & solutis adprecãtur. Hæc honorum cælestium ad puellæ mortalis cultum immodicat translatio, ueræ Veneris uehementes incendit animos, & impatiens indignationis, cæpitæ quassanti fremens altius, sic secum disserit. En rerum natura prisca parens, en elementorum origo initialis, en orbis totius alma Venus, quæ cum mortali puella partiario maiestatis honore tractor, & nomen meum cælo conditum terrenis sordibus prophanatur. Nimirũ cõmuni numinis piamẽto, uicariæ ueneratiõis icertũ sustinebo, etimaginẽ meã

circunferet puella moritura. Frustra me pastor ille, cuius iustitiam fidemq; magnus comprobauit Iuppiter, ob eximiā speciem tantis prætulit deabus. Sed non adeo gaudēs ista quæcunq; est, meos honores usurpabit. Iam faxo huius etiam ipsius illicitæ formositatis pœniteat, et uocat cōfestim puerū suū, pinatū illū & satis temerarium, qui malis suis moribus, contempta disciplina publica, flammis & sagittis armatus per alienas domos nocte discurrens, & omnium matrimonia corrumpens, impune committit tanta flagitia, & nihil prorsus boni facit. Hunc quamquam genuina licentia procacem, uerbis quoq; insuper stimulat. Perducat ad illam ciuitatem, et Psychen (hoc enim nomine puella nuncupabatur) cōrā ostendit, et totā illa perlata de formositatis æmulatione fabula, gemens ac fremens indignatione, per ego te inqt, maternæ charitatis fœdera deprecor, per tuæ sagittæ dulcia uulnera, per flammæ istius mellitas uredines, uindictā tuæ parenti, sed plenam tribue, et in pulchritudinem contumacem reuerenter uindica, idq; unū et præ omnibus unicū, uolens effice, uirgo ista amore flagrantissimo teneatur hominis extremi, quē et dignitatis, et patrimonij simul et incolumitatis ipsius fortuna damnauit, tamq; infirmi, ut per totum orbem non inueniat miseriæ suæ comparem. Sic effata, et osculis hiantibus filiū diu ac pressule sauiata, proximas oras reflui litoris petit, plantisq; roseis uibrantiū fluctuū summū rorē calcauit. Ecce iā profundi maris udo resedit uerticē, et ipsum q̄ incipit uelle, statim quasi pridē præceperit, nō moratur marinū ob

sequiũ, adsunt Nerei filiæ, chorum canentes, et Portunus cæruleis barbis hispidus, et grauis, piscoso sinu Salacia, auriga paruulus delphini Palemon, iam passim maria persultatens, Tritonũ cateruæ, hic concha sonaci leniter buccinat, ille serico tegmine flagrantiæ solis obsistit inimici, alius sub oculis domnæ speculum prægerit, currus, biges alij subnatant. Talis ad oceanum pergentem Venerẽ comitatur exercitus. Interea Psyche, cum sua sibi perspicua pulchritudine nullum decoris sui fructum percipit, spectatur ab omnibus, laudatur ab omnibus, nec quisq̃, non rex, nõ regius, nec de plebe saltem, cupiẽs eius nuptiarũ petitor accedit. Mirãtur quidẽ diuinam speciem, sed ut simulachrum fabrepolitum mirantur omnes. Olim duæ maiores sorores, quarum temperatam formositatem nulli diffamarant populi, procis regibus desponsæ, iam beatas nuptias adeptæ. Sed Psyche uirgo uidua domi residens, deflet desertam suam solitudinẽ, ægra corporis, animi saucia, et quamuis gẽtibus totis cõplacitam, odit in sẽ suam formositatem. Sed in fortunatissimæ filiæ miserimus pater, suspectatis cælestibus odijs, & iræ superum metuens, dei Milesij uetustissimũ percontatur oraculum, et tanto numine precibus et uictimis ingratæ uirgini petit nuptias et maritum. Sed Apollo quãquã græcus et ionicus propter Milesiæ conditorem, sic latina sorte respondit.

Montis in excelsi scopulo, desiste puellam,
Ornatam mundo funerei thalami.
Nec speres generum mortali stirpe creatum,
Sed sæuum atq; ferum uipereumq; malum.

Qui pinnis uolitans ſuper æthera cuncta fatigat,
Flammáq; & ferro ſingula debilitat.
Quẽ tremit ipſe Iouis, quo numina terrificantur,
Flumináq; horreſcunt, et ſtygiæ tenebræ.

Rex olim beatus affatu ſanctæ uaticinationis acepto, piger triſtiſq; retro domum pergit, ſuæq; coniugi præcepta ſortis enodat infauſtæ, mœretur, fletur lamentatur diebus pluſculis. Sed diræ ſortis iam urgens tetri effectus, iam feralium nuptiarũ miſerrimæ uirgini coragium ſtruitur. Iam tædæ lumen atræ fuliginis anerem arceſſit, & ſonus tibiæ zygiæ mutatur in querulum lydij modũ, cantuſq; lætus hymenei, lugubri finitur ululatu, & puella nuptura deterget lachrymas ipſo ſuo flãmeo. Sic affectæ domus triſte fatum, cuncta etiam ciuitas congemebat, luctuq; publico, confeſtim congruens edicitur iuſticiũ. Sed monitis cœleſtibus parendi neceſſitas, muſſellam Pſychen ad deſtinatam pœnam effiagitabat. Perfectis igitur feralis thalami cum ſummo mœrore ſolemnibus, toto proſequente populo, uiuum producitur funus, & lachrymoſa Pſyche comitatur, non nuptias, ſed exequias ſuas. Ac dum mœſti parentes, & tanto malo perciti nefarium facinus perficere contãtur, ipſa illa filia talibus eos adhortatur uocibus. Quid infelicem ſenectam fletu diutino cruciatis? quid ſpiritũ ueſtrum, qui magis meus eſt, crebris eiulatibus fatigatis? quid lachrymis inefficacibus ora mihi ueneranda fœdatis? quid lacératis in ueſtris oculis mea lumina? quid caniciem ſcinditis? quid pectora? quid ubera ſancta tunditis? Hic erunt uobis egegiæ meæ

formositatis præclara præmia. Inuidiæ nefariæ letali plaga percussi, sero sentitis. Cum gens & populi celebrarent nos diuinis honoribus, cum nouam me Venerem ore consono nuncuparent, tunc dolere, tunc flere, tunc me iam quasi peremptam lugere debuistis. Iam sentio, iam uideo solo me nomine Veneris perisse. Ducite me, & cui sors addixit, scopulo sistite. Festino felices istas nuptias obire. Festino generosum illum maritum meum uidere. Quid differo? quid tredo uenientem? qui totius orbis exitio natus est. Sic profata uirgo cõticuit, i gressúq; iam ualido pópæ populi prosequentis sese miscuit. Itur ad constitutum scopulum montis ardui, cuius in sumo cacumine statutam puellam cuncti deserentes, tædasq; nuptiales, quibus præluxerant ibidem lachrymis suis extinctas relinquẽtes, deiectis capitibus, domuitionem parant. Et miseri quidem parentes eius tanta clade defessi clausæ domus abstrusi tenebris perpetuæ nocti sese dedidere. Psychen autem pauentem ac trepidam, & in ipso scopuli uerticæ deflentem, mitis aura molliter spirantis zephiri, uibratis hincinde lacinijs, & reflato sinu sensim leuatam suo tranquillo spiritu uehẽs, paulatim per deuexa excelsæ uallis subditæ florentis cespitis gremo leniter delapsam reclinat.

Psyche teneris, et herbosis locis in ipso thoro roscidi gramnis suaue recubãs, tãta mẽtis perturbatione sedata, dulcẽ conquieuit. Iamq; sufficienti recreata somno placido resurgit animo. Videt lucum, proceris et uastis arboribus consitum. Videt fontem, uitreo laticẽ perlucidũ, medio luci meditullio. Propè fontis adlapsum domus regia est ædificata, non humanis manibus, sed diuinis artibus. Iam scies ab introitu primo dei cuiuspiam luculentum, et amœnum uidere te diuersorium. Nam summa laquearia citro et ebore curiosè cauata subeũt aureæ columnæ, parietes omnes argenteo cælamne cõteguntur, bestijs et id genus pecudibus occurrẽtibus ob os introeuntium. Mirus prorsum magnæ artis homo, immo semideus, uel certe deus, qui magnæ artis subtilitate tantum effigiauit argentum. Enimuero pauimenta ipsa lapide precioso cæsim diminuto, in uaria picturæ genera discriminantur uehementer. Iterum ac sæpius beatos illos, qui super gemmas & monilia calcant. Iam cæteræ partes longe lateq; dispositæ domus sine precio precioſæ, totiq; parietes solidati massis aureis, splendore proprio coruscant, ut diem suũ sibi domus faciat licet sole nolẽte. Sic cubicula, sic porticus, sic ipsæ ualuæ fulgurant. Nec secus opes cæteræ maiestati domus respõdẽt, ut eqdẽ illud recte uideatur, ad conuersationẽ humanã, magno Ioui fabricatũ cæleste palatiũ. Inuitata Psyche taliũ locorũ oblectatione propius accessit, et paulo fidentior, intra

limẽ sese facit. Mox perlectante studio pulcherrimæ uisionis, muratur singula, et altrinsecus ædiũ horrea sublimi fabrica perfecta, magnisq; cõgesta gazis conspicit. Nec quicquã, ẽ quod ibi nõ est. Sed præter cæterã tantarũ diuitiarũ admiratione, hoc erat præcipue mirificum, quod nullo uinculo, nullo claustro, nullo custode totius orbis thesaurus ille muniebatur. Hæc ei summa cum uoluptate uisenti offert sese uox quædam corporis sui nuda. Et quid inquit dominã tãtis obstupescis opibus? tua sunt hic omnia, proi cubiculo te refer, et lectulo lassitudinem refoue, et ex arbitrio lauachrũ pete. Nos quarũ uoces accipis, tuæ famulæ, sedulo tibi præministrabimus, nec corporis curatæ tibi, regales epulæ morabuntur. Sensit Psyche diuinæ prouidentiæ beatitudinem, monitusq; uoces informes audiẽs, & prius somno, et mox lauacro fatigationem sui diluit. Visoq; statim proximo semirotũdo, suggestũ propter instrumẽtũ cœnatoriũ, rata refectui suo, commodum libẽs accumbit, ilico uini nectar rei, eduliumq; uariorum fercula copiosa, nullo seruiente, sed tantũ spiritu quodam impulsa subministrãtur. Nec quenquã tamen illa uidere poterat, sed uerba tantum audiebat excidentia, & solas uoces famulas habebat. Post opimas dapes, quidam introcessit, & cantauit inuisus. Et alius cithara pulsauit, quæ uidebatur nec ipsa. Tunc modulatæ multitudinis cõferta uox aures eius affertur, ut quamuis hominum nemo pareret, chorus tamen esse pateret. Finitis uoluptatibus, uespera suadente cõcedit Psyche cubitum. Iamq; prouecta nocte, & clemens quidam sonus aures eius

accedit. Tunc uirginitati suæ, pro tanta solitudine metuẽs, et pauet, et horrescit, et quouis malo, plus timet, quod ignorat. Iamq; aderat ignobilis maritus, & thorũ insœnderat, & uxorem sibi Psychen fecerat, & ante lucis exortum propere discesserat, statim uoces cubiculo præstolatæ nouam nuptã interfectæ uirginitatis curant. Hæc diutino tempore sic agebantur. Atq;, ut est natura redditum, nouitas per assiduam cõsuetudinẽ eius cõmendarat. Et sonus uocis incertæ solitudinis erat solatium. Interea parentes eius infesso luctu, atq; mœrore cõsenescẽbãt. Latiusq; porrecta fama, sorores illæ maiores cuncta cognorãt, properéq; mœstæ atq; lugubres deserto lare, certatim ad parentũ suorũ conspectum, affatumq; perrexerant. Ea nocte ad suã Psychen sic insit maritus (Nanq; præter oculos & manibus & auribus sentiebatur) Psyche dulcissima, et chara uxor, exitiabile tibi periculum minatur fortuna sæuior, quod obseruandum pressiore cautela cẽseo. Sorores iam tuæ mortis opinione turbatæ, tuumq; uestigium requirentes, scopulum istum protinus adiere, quarum siquas forte lamentationes acceperis, neq; respõdeas, immo nec prospicias, omnino. Cæterũ mihi quidem grauissimũ dolorẽ, tibi uero summũ creabis exitium. Annuit, et ex arbitrio mariti, se facturam spopondit. Sed eo simul cum nocte dilapso, diem totum lachrymis ac plangoribus miselle consumit, se nunc maxime prorsus perisse iterans, quæ beati carceris custodia septa, et humanæ cõuersationis colloquio uiduata, nec sororibus quidem suis de se merẽtibus opẽ salutarẽ ferre, at ne uidere

easq̃dẽ omnino posset. Nec lauacro, nec cibo, nec ullã deniq; refectione recreata, flẽs ubertim decessit ad somnũ. Nec mora cũ paulo maturius lectũ maritus accubãs, eaq; nũc ẽt lachrymãtẽ cõplexus sic expostulat. Hæccine mihi pollicebare Psyche mea, q̃d iã de te tuus maritus expecto? Quid spero? Et ꝑfida, et pernox, nec ĩter amplexus cõiugales desinis cruciatus? Age iã nũc ut uoles, et aĩo tuo dãnosa poscẽti pareto, tñ memineris meæ seriæ monitiõis cũ ceperis seropœnitere. Tũc illa precibus, et dũ se moriturã cõminatur, extorquet à marito cupitis annuat, ut sorores uideat, luctus mulceat, ora cõferat. Sic ille nouæ nuptæ precibus ueniã tribuit, et insuper quibuscunq; uellet, eas auri, uel moniliũ donare cõcessit. Sed idẽtidẽ monuit, ac sæpe terruit, nequãdo sororũ pernicioso cõsilio suasa de forma mariti quærat, ne'ue se sacrilegã curiositate, de tãto fortunarũ suggestu pessũ deijciat, nec suũ postea contingat amplexũ. Gratias egit marito. Iamq; lætior animo, sed prius, ĩquit, senties moriar, q̃ tuo isto dulcissimo cõnubio careã. Amo enim, et efflictim te, q̃cunq; es, diligo, atq; ut meũ spiritũ, nec ipsi Cupidini cõparo. Sed istud etiã precibus meis oro largire et illi tuo famulo, præcipe zephyro simili uectura sorores hic mihi sistat, et imprimẽs oscula suasoria, et ingerẽs uerba mulcẽtia, et iungẽs mẽbra cohibẽtia, hæc ẽt blãditijs astruit. Mi mellite, mi marite, tuæ Psyches dulcis anima, ui ac potestate Veneris usurus. Inuitus succũbit maritus, et cũcta se facturũ spopõdit. Atq; ẽt luce proximãte, de manibus uxoris euanuit. At illæ sorores percõtatæ scopulũ, locumq; illum, quo fuerat

Psyche deserta, festinantes adueniunt, ibiq; deflebant oculos, & plangebant ubera, & quo ad crebris eorũ eiulatibus saxa cautesq; parilem sonum resultarent. Iamq; nomine proprio sororẽ miserã ciebãt. Quoad sono penetrabili uocis ululabilis per prona delapsæ, amẽs et trepida Psyche procurrit è domo. Et qd, inqt, uos miseris lamentationibus neqcq̃ affligitis, quã luge tis adsum, lugubres uoces desinite, & diutinis lachry mis madentes genas siccate. Tandem quippe cum iam possitis, quam plangebatis, amplecti. Tunc uocatum Zephirum præcepti maritalis admonet. Nec mo ra, cum ille parens imperio, statim clementissimis fla tibus innoxia uectura deportat illas. Iam mutuis amplexibus & festinantibus sauijs sese perfruũtur, & illæ sedatæ lachrymæ postliminio redeunt, pro lectante gaudio. Sed & tectum, inquit, & larem no strum lætæ sucædite, & afflictas animas cum Psyche uestra recreate. Sic allocuta, summas opes domus au reæ, locumq; seruientiũ populosam familiã auribus earũ, lauacroq; pulcherrimo et inhumanæ mẽsæ lau ticijs eas opipare reficit, ut illarũ prorsus cœlestiũ di uitiarũ copijs affluẽtibus satiatæ, iã præcordijs penitus nutrirẽt inuidiã. Deniq; altera earum satis scrupu lose curioseq; percontari non desinit, quis illarum re rum cœlestium dominus, quis'ue, uel qualis ipsius sit maritus. Nec tamen Psyche conuugale illud præce ptũ ullo pacto temerat, uel pectoris arcanis exigit, sed è re nata confingit esse iuuenem quendã et speciosum, cõmodũ lanoso barbitio genas inũbrante, plerunq; rurestribus et mõtanis uenatibus occupatũ, et nequa

sermonis

sermonis præcedentis labe consilium tacitum prodere tur, auro facto gemmosisq; monilibus onustas eas statim uocato Zephiro tradit reportandas. Quo protinus perpetrato, sorores egregiæ domum redeuntes, iamq; glisœntis inuidiæ felle flagrãtes multa secum sermonibus mutuis ꝑstrepebant. Sic deniq; infit altera. En orba et sœna et iniqua fortuna. Hicine tibi cõplacuit, ut utroq; parente prognatæ diuersam sortem sustineremus? Et nos quidem quæ natu maiores sumus, maritis aduenis ancillæ deditæ, extorres et lare et ipsa patria, degamus longe parentũ uelut exulãtes. Hæc autẽ nouissima quam fœtu satiante postremus partus effudit, tantis opibus et deo marito potita, quæ nec uti recte tãta bonorũ copia nouit. Vidisti soror q̃ta in domo iacent, et qualia monilia, quæ prænitẽt uestes, quæ splẽditent gemmæ, q̃tum præterea passim calcatur aurũ. Quod si maritum etiam tam formosum tenet, ut affirmat, nulla nunc in orbe toto felicior uiuit. Fortassis tamen procedẽte consuetudine, et affectione roborata, deã quoq; illã deus maritus efficiet. Sic est hercules, sic se gerebat, ferebatq;. Iã iam sursum respiciat, et deã spirat mulier, quæ uoces ancillas habet, et uentis ipsis imperat. At ego misera primũ patre meo seniorem maritum sortita sum, dein cucurbita caluiorem & quouis puero pusilliorem, cunctam domum seris et catenis obditam custodientem. Suscipit alia. Ego uero maritum articulari etiam morbo complicatum, curuatũq;, ac per hoc rarissime Venerem meã recolentẽ sustineo, plerunq; detortos et duratos in lapidẽ digitos eius perfricans fomẽtis olidis, et pannis sordidis, et fetidis cata

plasmatis manus tam delicatas istas adurens, nec uxo
ris officiosam faciem, sed medica laboriosam per sonam
sustinens. Et tu quidem soror uides, quàm patienti uel
potius seruili, (dicam enim libere quod sentio) hæc
perferas animo, enimuero ego neque sustinere ulte-
rius tam beatam fortunam collapsam indigne. Re-
cordare enim q̃ superbe, q̃ arroganter nobiscum ege-
rit, et ipsa iactatione immodicæ ostentationis tumentẽ
suũ prodiderit animum, deq; tãtis diuitijs exigua no
bis inuita proiecerit, cõfestimq; præsentia nostra gra
uata propelli, & effiari, exibilariq; nos iusserit. Nec
sum mulier, nec omnino spiro, nisi eam pessum de tan-
tis opibus deiecero. Ac si tibi etiam, ut par est, ina cuit
nostra contumelia, consilium ualidum ambæ requi-
ramus. Iamq; ista quæ ferimus, non parentibus
nostris, ac nec ulli demonstremus alij, imo nec omni-
no quicq̃ de eius salute norimus, sat est, quod ipsæ uidi
mus quæ uidisse pœnituit, ne dũ ut genitoribus et omni
bus populis tam beatũ eius differamus præconiũ. Nec
sunt enim beati, quorũ diuitias nemo nouit, sciet se nõ
ancillas, sed sorores habere maiores. Et nũc quidẽ con-
cedamus ad maritos et lares pauperes nostros, sed pla
nè sobrios reuisamus. Deniq; cogitationibus præssiori
bus instructæ ad superbiam puniendam firmiores re
deamus. Placet pro bono duabus malis malum consi-
lium, totisq; illis tam preciosis muneribus absconditis
comam trahentes, et perinde ut merebantur ora la
cerantes, simulatos redintegrant fletus. Ac si paren-
tes quoq; redulcerato prorsus dolore raptim deterentes,
uesania turgidæ domus suas contendunt, dolum scele

ſtum, immo uero parricidum ſtruẽtes contra ſororem inſontem. Interea Pſychẽ maritus ille, quẽ neſcit, rurſum ſuis illis nocturnis ſermonibus ſic commonet. Vides ne quantum tibi periculum uelitatur fortuna enuus. Ac niſi longe firmiter præcaues, mox communus congredietur. Perfidæ lupulæ magnis conatibus nefarias inſidias tibi comparant, quarum ſumma eſt, ut te ſuadeant meos explorare uultus, quos ut tibi ſæpe prædixi, non uidebis, ſi uideris. Ergo igitur ſi poſt hac peſſimæ illæ lamiæ noxijs animis armatæ uenerint (ueniẽt autẽ ſcio) neq; oĩno ſermonẽ conferas, et ſi id tolerare pro genuina ſimplicitate, proq; animi tui teneritudine nõ potueris, certe de marito nil quicq̃ uel audias, uel reſpondeas. Nã et familiã noſtram iã propagauimus, et hic adhuc infantulus uterus geſtat nobis infantẽ aliũ. Si texeris noſtra ſecreta ſilentio diuinũ, ſi prophanaueris, mortalẽ nuntio. Pſyche læta florebat, et diuinæ ſobolis ſolatio plaudebat, et futuri pignoris gloria geſtiebat, et materni nomunis dignitate gaudebat, creſcentes dies, et menſes exeũtes anxia numerat, et ſarcinæ neſcia rudimenta miratur, de breui punctulo tantum incrementulũ locupletis uteri. Sed iam peſtes illæ teterrimæq; furiæ, anhelantes uipereũ uirus, et feſtinãtes impia celeritate nauigabãt. Tũc ſic iterũ momentarius maritus ſuã Pſychen admonet. Dies ultimus, & caſus extremus, et ſexus infeſtus, et ſanguis inimicus iam ſumpſit arma, & caſtra commouit, & aciem direxit, et claſſicum perſonauit, iam mucrone diſtricto iugulum tuũ nefariæ tuæ ſorores petunt. Heu q̃tis urgemur cladibus Pſyche dulciſſima, tui, no

ſtriq; miſerere, religioſáq; continentia domũ, maritũ, teq; et iſtum paruulum noſtrum immunentis ruinæ in fortunio libera, nec illas ſceleſtas fœminas, quas tibi prius inter neciuũ odiũ et calcata ſanguinis fœdera ſorores appellare nó licet, uel uideas, uel audias, cũ in more ſirenũ ſcopulo promnentes funeſtis uocibus ſaxa perſonabunt. Suſcipit Pſyche ſingultu lachrymoſo ſermonẽ inſertans. Iamdudũ, quod ſciam, fidei atq; paciloquio meo perpendiſti documenta, nec eò ſecius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Tu modo Zephyro noſtro rurſum præcipe fungatur obſequio, et in uicem denegatæ ſacroſanctæ imaginis tuæ redde ſaltem conſpectum ſororum, per iſtos cinameos & undiq; pendulos crines tuos, per teneras & teretis et mei ſimules genas, per pectus neſcio quo calore feruidum, ſic in hoc ſaltem paruulo cognoſcam faciẽ tuam, ſupplicis anxiæ pijs precibus erogatus germani complexus indulge fructum, et tibi deuotæ dicatæq; Pſyches animam gaudio recrea, nec quicquam amplius in tuo uultu requiro. Iam nil officiunt mihi, nec ipſæ nocturnæ tenebræ. Teneo te meum lumen. His uerbis et amplexibus mollibus decantatus maritus, lachrymasq; eius ſuis crinibus detergens, facturũ ſpopondit, et præuertit ſtatim lumen naſcentis diei. Iugum ſororium cõſponſæ factionis ne parentibus quidé uiſis recta de nauibus ſcopulum petunt illũ præcipiti cum uelocitate. Nec uẽti ferentis opertæ præſentiã licentioſa cũ temeritate proſiliunt in altum, nec immemor Zephyrus regalis edicti, q̃us inuitus ſuſceptas eas gremio ſpirantis auræ ſolo reddidit. At illæ incontatæ ſtatim conferto ue

stigio domũ penetrant, complexæq; suam prædam, sorores nomine mentientes, thesaurumq; penitus abditæ fraudis uultu læto tegentes, sic adulant. Psyche, nõ ita ut pridẽ parυula, et ipsa iam mater es, quantũ putas boni nobis geris in ista perula, q̃tis gaudijs totam domum nostram hylarabis. O nos beatas, quas infantis aurei nutrimenta lætabunt, quisi parẽtum, ut oportet pulchritudini responderit, prorsus cupido nascetur. Sic affectione simulata paulatim sororis inuadunt animũ, statimq; eas lassitudine uiæ sedulibus refotas, & balnearum uaporosis fontibus curatas, pulcherrime triclinio mirisq; illis & beatis edulibus atq; tucetis oblectat. Iubet citharam loqui, psallitur. Tibias agere, sonatur, choros canere, cantatur, quæ nullo præsente cuncta dulcissimis modulis animos audientium remulcebant. Nec tamen scelestarũ fœminarum nequitia uel ipsa mellita cantus dulcedine mollita cõquieuit. Sed ad destinatam fraudiũ pedicam sermones conferentes dissimulanter occipiunt scisciтari, qualis ei maritus et unde natalium spectacula proueniret. Tunc illa simplicitate numa, pristini sermonis oblita nouũ commentum instruit. Aitq; maritum suum de prouincia proxima magnus pecunijs negociantem iam mediυm cursum ætatis agere, interspersum rara canicie. Nec in sermone isto tantillum morata, rursum opiparis muneribus eas onustas uentoso uehiculo reddidit. Sed dum Zephyri tranquillo spiritu sublimatæ domũ redeũt, sic secũ altercantes, quid soror dicimus de tam monstroso fatuæ illius mendacio, tunc adolescens, modo florenti lanugine barbam instruẽs, nunc ætate me

dia candenti canicie lucidus. Quis ille, quem temporis modia spacium repentina senecta reformauit, nil aliud reperies mi soror, quàm uel mendaciũ istã pessimam fœminã confingere, uel formã mariti sui nescire. Quorũ uirum uerũ est opibus istis quãprimũ exterminanda est. Quod si uiri sui faciem ignorat, deo profecto denupsit, & deum nobis prægnatione ista gerit. Certe si diuini puelli, quod absit, hæc mater erit, statim me laqueo nexili suspendam. Ergo interim ad parentes nostros redeamus, et exordio sermonis huius concolores fallacias adtexamus. Sic inflãmatæ, parentibus fastidiẽter appellatis, et nocte turbatis uigilijs perditæ, matutino scopulũ ꝓuolãt, et inde soliti uẽti præsidio uehemẽter deuolant, lachrymisq; præssura palpebrarum coactis, hoc astu puellam appellant. Tu quidem felix & ipsa tanti mali ignorãtia beata sedes incuriosa periculi tui. Nos autẽ quæ peruigili cura rebus tuis excubamus cladibus tuis misere cruciamur. Pro uero nãq; comperimus (nec te sociæ scilicet doloris casusq; tui cælare possumus) immanem colubram multinodis uoluminibus serpẽtem, ueneno noxio colla sanguinantẽ, hiantem inguuie profunda, tecũ noctibus latenter acquiescere. Nũc recordare sortis pythicæ, quæ te trucis bestiæ nuptijs destinatam esse clamauit, et multi coloni, quiq; circunsecus uenãtur, et accolæ plurimi uidere eum uespera redeũtem è pastu, proximiq; flumnis uadis innatantem. Nec diu blandis alimoniarũ obsequiis te sagnari oẽs affirmant, sed cum primum prægnationem tuã pleuius maturauerit uterus, opimiore fructu præditam

deuoraturũ. At hic iam tua est existimatio, utrũ sororibus pro tua chara salute solicitis adsentiri uelis, & declinata morte nobiscũ secura periculi uiuere, an sæuissimæ bestiæ sepeliri uiscæribus. Quod si te ruris huius uocalis solitudo uel clandestinæ Veneris fœtidi periculosíq; concubitus et uenenati serpentis amplexus delectant, certe pie sorores nostrum fecerimus. Tunc Psyche musella ut'pote simplex, et animi tenella, rapitur uerborum tam tristiũ formidine, et extra terminũ mentis suæ posita prorsus omniũ mariti monitionum suarumq; promussionũ memoriã effudit, et in profundum calamitatis sese præcipitauit, tremẽsq; et exangui colore lurida tertiata uerba, semianima, uocæ substrepens sic ad illas ait. Vos quidẽ charissimæ sorores, ut par erat, in officio uestræ pietatis permanetis. Verũ & illi qui talia uobis affirmant, nõ uidentur mihi mendacium fingere. Nec enim unquã uiri mei uidi faciem, uel omnio cuiatis sit noui, sed tantum nocturnis subaudiens uocibus maritum incerti status & prorsus lucifugam tolero, bestiamq; aliquã recte dicentibus uobis marito consentio, méq; magnopere semper à suis terret aspectibus, malumq; grande de uultus curiositate præminatur. Nunc si quam salutarem opem periclitanti sorori uestræ potestis afferre, iam nunc subsistite, cæterum incuria sequens, prioris prouidentiæ beneficia corrumpit. Hunc nactæ iam portis patentibus nudatum sororis animum facinorosæ mulieres, omissis tectæ machinæ latibulis, destrictis gladijs fraudantium simplicis puellæ pauẽtes cogitationes inuadunt. Sic deniq;

altera. Quoniam nos originis nexus pro tua incolumitate periculum quidem nullum ante oculos habere compellit, uiam, quæ sola deducat iter ad salutem diu diuq; cogitatam monstrabimus tibi. Nouaculam præacutam ad pulsum etiam palmulæ lenientis exasperatã thori, qua parte cubare consueſti latẽter absconde, lucernamq; concannem, completam oleo claro lumine præmicantem subde aliquo claudentis auleæ tegmine, omniq; isto apparatu tenacissime dissimulato, postquam sulcatos intrahẽs gressus cubile solitum conscenderit, iamq; porrectus et exordio somni prementis implicitus altum soporem flare cœperit, thoro delapsa, nudoq; uestigio pensilem gradum paulatim minuẽs cæcæ tenebræ custodia liberata lucerna, præclari tui facinoris oportunitatem de luminis consilio mutuare, & ancipiti telo illo audaciter prius dextera sursum elata, nixu q̃ ualido noxij serpẽtis nodũ ceruicis et capitis abscinde. Nec nostrum tibi deerit subsidiũ, sed cum primũ illius morte salutem tibi feceris, anxiæ præstolabimur, cunctisq; istis, sociis tecum relatis, uotiuis nuptijs hominem te iungemus homini. Tali uerborũ incendio flãmata uiiscera sororis iã prorsus ardentis deserentes, ipsæ protinus tanti mali confiniũ sibi etiam eximie metuẽtes, flatus halitis impulsu solito porrectæ super scopulũ, ilico pernici se fuga proripiunt, statimq; conscensis nauibus abeunt. At Psyche relicta sola, nisi quod infestis furijs agitata sola non est, æstu pelagi simile, mœrẽdo fluctuat, & quãuis statuto consilio & obstinato animo iam tũ facinorosas manus admouens, adhuc incerta consiliꝫ

titubabat, multisq; calamitatis suæ distrahitur affectibus, festinat, differt, audet, trepidat, diffidit, irascitur, et quod est ultimum in eodem corpore odit bestiam, diligit maritum. Vespera tamen iam noctem trahente, præcipiti festinatione nefarij scelerις instruit apparatum. Nox aderat, & maritus aderat, primusq; Veneris prælijs uelitatus, altum soporē descenderat. Tunc Psyche et corporis et animi alioquin infirma, fati tamen sæuitia subministrante, uiribus roboratur, et prolata lucerna, et arrepta nouacula sexū audacia mutauit. Sed cum primū luminis oblatione thori secretæ claruerunt, uidet omniū ferarū mitissimam dulcissimamq; bestiā, ipsum illū cupidinē formosum deū formose cubantem, cuius aspectu lucernæ quoq; lumen hylaratum increbruit, & acuminis sacrilegi nouacula prænitebat. At uero Psyche tanto aspectu deterrita, et impos animi, marcido pallore defecta, tremensq; decedit in imos poplites, et ferrum quærit absondere, sed in suo pectore, quod profecto fecisset, nisi ferrum timore tanti flagitij manibus temerariæ delapsum euolasset. Iamq; lassa salute defecta, dū sæpius diuini uultus intuetur pulchritudinē, recreatur animi, uidet capitis aurei genialem cæsariem ambrosia temulentam, ceruices lacteas genasq; purpureas, pererrātes crinium globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos, quorum splendore nimio fulgurante & ipsum lumen lucernæ uacillabat. Per humeros uolatilis dei pinnæ roscidæ micanti flore candicant. Et quāuis alijs quiescentibus extimæ plumulæ tenellæ ac delicatæ tremule resultantes

quiete lasciuiunt. Cæterum corpus glabellum atq; luculentum et quale peperisse Venerē nō pœnitet. Ante lectuli pedes iacebat arcus & pharetra, & sagittæ magni dei propitia tela, quæ dū insatiabili animo Psyche satis curiosa rimatur, atq; pertractat. & mariti sui miratur arma, depromit unam de pharetra sagittam, & puncto pollicis extremam aciem periclitabunda, trementis etiam nunc articuli nixu fortiore pupugit altius, ut per summam cutem roraverint paruulæ sanguinis roseī guttæ. Sic ignara Psyche sponte in amoris incidit amorem. Tunc magis magisq; cupidine flagrans Cupidinis, prona in eum efflictim inhians patulis ac petulantibus sauijs festinãter ingestis, de somni mensura metuebat. Sed dū bono tanto perata, saucia mente fluctuat, lucerna illa, siue perfidia pessima, siue inuidia noxia, siue quod tale corpus contingere & quasi basiare, & ipsa gestiebat, euomuit de summa luminis sui stillam feruentis olei super humerū dei dextrū. Hem audax & temeraria lucerna, & amoris uile ministerium, ipsum ignis totius deum aduris, cum te scilicet amator aliquis ut diutius cupitis etiam nocte potiretur, primus inuenerit. Sic inustus exiluit deus, uisáq; deiectæ fidei colluuie prorsus ex oculis & manibus infeliciſſimæ conugis tacitus auolauit. At Psyche statim resurgentis eius crure dextro manibus ambabus arrepto, sublimis euectionis appendix, miseranda, & per nubilas plagas penduli comitatus extrema consequia tandem fessa delabitur solo. Nec deus amator humi iacentem deserens inuolauit pro-

ximam cupressum, déq; eius alto cacumine sic eam grauiter commotus affatur. Ego quidem simplicissima Psyche parentis meæ Veneris præceptorum immemor, quæ te miseri extremíq; hominis deuinctã cupidine, infimo matrimonio addici iusserat, ipse potius amator aduolaui tibi. Sed hic feci leuiter scio, et præclarus ille sagittarius ipse me telo meo percussi, téq; coniugem meam feci ut bestia scilicet tibi uiderer, et ferro caput excaderes, meũ quod istos amatores tuos oculos gerit. Hæc tibi identidem semper cauenda cen sebã. Hoc beniuole remonebam. Sed illæ qdem consiliatrices egregiæ tuæ tam pernicioſi magisterij dabũt actutum mihi pœnas, te uero tantum fuga mea puniuero, & cum termino sermonis, pinnis in altum se proripuit. Psyche uero humi prostrata, et q̃tum uisu poterat uolatus mariti prospiciens, extremis affligebat lamentationibus animum. Sed ubi remigio plumæ, captu maritum proceritas spatij fecerat alienum, per proximi fluminis marginẽ præcipitem sese dedit. Sed mitis fluuius in honorẽ dei scilicet qui & ipsas aquas urere consueuit, metuens sibi, confestim eam innoxio uolumine sup ripã florẽtem herbis exposuit. Tũc forte Pan deus rusticus iuxta super superaliũ amnis sedebat. Complexus hic humo Cãnam deam, eamq; uocalas omnimodas edocens retinere. Proxime ripam uago pastu lasciuiunt comam fluuij tondentes capellæ, hirtuosus deus saucia Psychen atq; defectam, utcũq; casus eius nõ inscius, clementer ad se uocatam, sic permulcet uerbis leniẽtibus. Puella scitula, sum quidem rusticanus, et opilio, sed senectutis prolyxæ benefi-

cio multis experimentis instructus. Verũ, si recte coniecto, quod profecto prudentes uiri diuinationem autumant, ab isto titubante et sæpius uacillante uestigio, déq; nimio pallore corporis et assiduo suspiratu, immo et ipsis mentibus oculis tuis amore nimio laboras. Ergo mihi ausculta, nec te rursus præcipitio, uel ulo mortis acersito te genere perimas, luctum desine, & pone mœrorẽ, precibusq; potius Cupidinẽ deorum maximũ percole, et ut' pote adolescentem delicatum, luxuriosumq;, blãdis obsequijs promerere. Sic loquuto deo pastore, nullo sermone reddito, sed adorato tantum numine salutari, Psyche pergit ire. Sed antequàm multum uiæ laboranti uestigio pererrasset, inscio quodam tramite iam delabente accedit quandam ciuitatem, in qua regnum maritus unius sororis eius obtinebat. Qua re cognita Psyche, nuntiari præsentiam suã sorori desiderat, mox inducta alternis amplexibus, mutuæ salutationis expletis, percontanti causas aduentus sui sic incipit. Memnisti consiliũ uestrũ scilicet quo mihi suasistis, ut bestiã, quæ mariti mentito nomine mecum quiescebat prius quàm ingluuie uoraci me misellam hauriret, ancipiti nouacula perimerem. Sed cum primũ, ut æque placuerat, conscio lumine uultus eius aspexi, uideo mirum diuinumq; prorsus spectaculũ, ipsum illum deæ Veneris filium, ipsum inquã Cupidinẽ leni quiete sopitum. Ac dum tanti boni spectaculo percita et numa uoluptatis copia turbata fruendi laborarem inopia, casu scilicet pessimo, lucerna feruens oleũ rebulliuit in eius humerũ, quo dolore statim somno recussus, ubi me ferro & igni

conſpexit armatam, tu qdem, inquit, ubi iſtud tam dū rū facinus, confeſtim thoro meo diuorte, tibíq; res tuas habeto, ego uero ſororē tuā et nomen quo tu cēſeris aiebat. Iā mihi confeſtim arra, atq; his nuptijs coniugabo, et ſtatim Zephyro præcipit, ultra terminos me domus eius effiaret. Nec dū ſermonē Pſyche finierat, illa ueſanæ libidinis et inuidiæ noxiæ ſtimulis agitata præconcannato mendacio fallens maritum, quaſi de morte parentū aliquid comperiſſet, ſtatim nauem aſcendit, et ad illū ſcopulū protinus pergit, et quāuis alio uento flante, cæca ſpe tamen inhians, accipe me dicens Cupido dignā te coniugem, et tu Zephyre ſuſcipe dominam, ſaltu ſe maximo præcipitē dedit, nec tamen ad illū locū uel ſaltem mortua peruenire potuit. Nā per ſaxa cautiū membris iactatis, atq; diſſipatis, et perinde, ut merebatur, lacēratis uiſceribus ſuis, alitibus beſtijſq; obuiū ferens pabulū, interijt. Nec uindictæ ſequentis pœna tardauit. Nam Pſyche errabūdo rurſus gradu peruenit ad ciuitatem aliam, in qua pari modo ſoror morabatur alia. Nec ſecus et ipſa fallaciæ germanitatis inducta, et in ſororis ſceleratas nuptias æmula feſtinauit ad ſcopulū. Inq; ſimile mortis exitium cecidit. Interim dū Pſyche quæſtioni Cupidinis intenta, populos circuibat. At ille uulnere lucernæ dolens, in ipſo thalamo matris iacens ingemebat. Tunc auis per alba illa Gauia, quæ ſuper fluctus marinos pinnis natat, demergit ſeſe propere ad oceani profundū gremū. Ibi commodum Venerē lauātem, natantēq; propter aſſiſtens, idicat aduſtū filiū eius graui uulnere, dolore mœrentē, dubiū ſalutis ia

cere, iamq; per cunctorũ ora populorũ rumoribus conuitijsq; uarijs oẽm Veneris familiã male audire, quod ille qdem montano scortatu, tu uero marino natatu se cesseritis. Ac per hoc non uoluptas illa, nõ gratia, nõ lepos, sed incõpta et agrestia et horrida cuncta sint. Non nuptiæ coniugales, non amicitiæ sociales, non liberũ charitates, sed enormis eluuies, et squalentium fœderũ insuaue fastidiũ. Hic illa uerbosa et satis curiosa auis, in auribus Veneris filiũ lacerãs existimationẽ ganniebat. At Venus irata solidũ exclamat repente. Ergo iã ille bonus filius meus habet amicã aliquã, pro me, age tu quæ sola mihi seruis amãter, nomen eius, quæ puerũ ingenuũ et inuestem solicitauit, siue illa de nympharũ populo, seu de dearum numero, seu de musarũ choro, uel de mearũ gratiarũ ministerio. Nec loquax illa conticuit auis. Sed nescio inquit domina, puto puellã, si probe nemini, Psyches nomine dicitur, efficte cupere. Tunc indignata Venus exclamauit, uel maxime Psychen illã meæ formæ succubã, mei nominis æmulã, uere diligit nimirũ illud incrementum, lenã me putauit, cuius monstratu puellã illã cognoscæret? Hic quæritans properiter emergit à mari, suũq; protinus aureũ thalamũ petijt, et reperto sicut audierat, ægroto puero, iã inde à foribus quammaxime boans.

Oneſta inqt hæc et natalibus noſtris bonæq;
h tuæ frugi congruẽtia? Vt primũ qdẽ tuæ parentis, immo dominæ præcepta calcares, nec ſordidis amoribus inimicam meã cruciares. Verũ ẽt hoc ætatis puer tuis licentioſis et immaturis iungeres

amplexibus, ut ego nurũ scilicet tolerarẽ inimicam. Sed utiq; præsumis nugo et corruptor, et inamabilis te solũ generosum? Nec meiã per ætatem posse concipere? uelim ergo scias multo te meliorẽ filiũ alium genitura, immo ut contumeliã magis sentias, aliquẽ de meis adoptaturã uernulis, eiq; donaturã istas pinnas, et flammas, et arcum, et ipsas sagittas, et oẽm meam supellectilẽ, quã tibi nõ ad hos usus dederã. Nec enĩ de patris tui bonis ad instructionẽ istam quicquã concessum est, sed male prima puericia inductus es, & acutas manus habes, et maiores tuos irreuerenter pulsasti totiens, et ipsam matrẽ tuã, me inquã ipsa parricida denudas quotidie, et pcussisti sepius, et quasi uiduã utiq; contemnis, nec Victricũ tuũ fortissimũ illum maximumq; bellatorẽ metuis. Quid'ni, cui sæpius in angorẽ mei pellicatus, puellas propinare consueſti. Sed faxo te lusus huius pœniteat, et sentias acidas et amaras nuptias istas. Sed nũc in risu habita qd agam? Quo me conferã? Quibus modis stellionẽ istum cohibeã? Petam'ne auxiliũ ab inimica mea sobrietate? Quã propter huius ipsius luxuriã offendi sæpius? Aut rusticæ squalentisq; fœminæ colloquiũ prorsus adhibendũ est? Horresco, nec tamen uindictæ solatiũ tantum spernendũ est, illa mihi prorsus adhibẽda est, nec ulla alia, quæ castiget asperrime nugonẽ istũ, pharetram explicet, et sagittas dearmet, arcũ denodet, tædã deflãmet, immo et ipsum corpus eius acrioribus remedijs coerceat. Tũc iniuriæ meæ litatũ credideri, cum eius comas, quas istis manibus meis suinde aureo nitore perstrinxi, deraserim, pinnas, quas meo gre-

mio nectarei fontis infeci, prætotonderim. Sic effata, foras sese proripit infesta, et stomachata biles uenerias. Sed eam protinus Ceres et Iuno comitantur, uisamq; uultu tumido quæsiuere, cur truci supcilio tantã uenustatem micantium oculorum coerceret. At illa oportune inquit, ardenti prorsus isto meo pectori, uiolentiã scilicet ꝑpetraturæ uenitis. Sed totis oro uestris uiribus Psychen illam fugitiuam, uolaticam mihi requirite. Nec enim uos utiq; domus meæ famosa fabula, et non dicendi filij mei facta latuerunt. Tũc illæ gnaræ quæ gesta sunt, palpare Veneris iram sæuientem sic adortæ. Quid tale domina deliquit tuus filius? Vt animo peruicaci uoluptates illius impugnes, et quam ille diligit, tu quoq; perdere gestias? Quod autem oramus isti crimen, si puellæ lepidæ libenter arrisit? An ignoras eum masculum & iuuenem esse? Vel certe iam quot sit annorum oblita es? An quod ætatem portat bellule, puer tibi semper uidetur? Mater autem tu et præterea cordata mulier, filij tui lusus semper explorabis curiose? Et in eo luxuriem culpabis, et amores reuinces, et tuas artes, tuasq; delicias in formoso filio reprehendes? Quis autem te deum, quis hominum patietur passim cupidines populis disseminantem, cum tuæ domus amores amare coerceas, & uitiorũ muliebrium publicam præcludas officinam, sic illæ metu sagittarũ, patronicio glorioso, Cupidini quamuis absenti blandiebantur. Sed Venus indignata ridicule tractari suas iniurias, præuersis illis, alte rursus concito gradu pelago uiam capessit.

Interea

Interea Psyche uarijs iactabatur discursibus, dies noctesq; mariti uestigatiõibus inquieta, animo tanto cupidior, & ira tum licet, si non uxoris blanditijs leniri, certe seruilibus precibus propiciare. Et prospecto templo quodam in ardui montis uertice, unde autem inquit scio, an istic meus degat dominus? Et illico dirigit citatum gradum, quem defectum prorsus assiduis laboribus spes incitabat & uotum. Iamq; grauiter emensis celsioribus iugis, puluinaribus sese proximam intulit, uidet spicas frumentarias in aceruo, & alias flexibiles in corona, & spicas ordei uidet. Erant & falces, et operæ messoriæ modus omnis. Sed cuncta passim iacentia, et incuria confusa, & (ut solet) æstu laborantium manibus proiecta. Hic singula Psyche curiose diuidit, & discretim remota, rite cõponut, rata. s. nullius dei fana cærimoniis negligere se debere, sed omniũ beniuolã misericordiã corrogare. Hic eã sollicite sedulóq; curantem Ceres alma deprehendit, et longum exclamat protinus. Ah Psyche miseranda, totum per orbem Venus, anxia disquisitione, tuum uestigium, furens animi requirit, teq; ad extremum supplicium expetit, & totis numinis sui uiribus ultionem flagitat. Tu uero rerum mearum tutelam nunc geris, & aliud quicq̃ cogitas, nisi de tua salute. Tunc Psyche pedes eius adoluta, & uberi fletu rigans deæ uestigia, humumq; uerrens crinibus suis, multis iugis precibus editis

ueniam postulabat. Perego te frugiferam tuam dex teram istam deprecor, per lætificas messium cæri- monias, per tacita secreta cistarum, & per famulorũ tuorum draconum pinnata curricula, & glebæ sicu læ sulcamina, & currum rapacem, & terram tena cem, & illuminarum Proserpinæ nuptiarum demea cula, & luminosarum filiæ inuentionum remeacu la, & cætera, quæ silentio tegit Eleusis atticæ sacrari- um, miserandæ Psyches animæ supplicis tuæ subsiste, inter istam spicarum congeriem patere, uel pauculos dies delitescam, quoad deæ tantæ sæuiens inspiratio temporis mitigetur, uel certe meæ uires diutino labo- re fessæ, quietis interuallo leniantur. Suscipit Ceres, tuis quidem lachrymosis precibus & commoueor, et opitulari cupio. Sed cognatæ meæ, cum qua etiam an tiquum fœdus amicitiæ colo, bonæ præterea fœminæ malam gratiam subire nequeo. Decede itaq; istis ædi bus protinus, & quod à me retenta custoditaq; non fueris, optimi consule. Contra spem suam repulsa Psy che, & afflicta duplici mœsticia, iter retrorsum por- rigens, inter subsitæ conuallis sublucidum lucum pro- spicit fanum, solerti fabricæ structum, nec ullam, uel dubiam spei melioris uiam uolens omittere, sed adire cuiuscunq; dei ueniam, sacratis foribus proximat. Videt dona speciosa, & lacinias auro literatas, ramis arborum postibusq; suffixas, quæ cum gra- tia facti, nomen deæ, cui fuerant dicata, testa- bantur. Tunc genu nixa, & manibus aram tepẽ tem amplexa, detersis ante lachrymis, sic apprecatur. Magni Iouis germana, & coniugi, siue tu sami, quæ

querulo partu uagituq; , & alimonia tua gloriatur, tenes uetusta delubra, siue celsæ Carthaginis, quæ te uirginem, uectura leonis, cœlo commeantem percolit, beatas sedes frequentas, siue propè ripas Inachi, qui te iam nuptam tonantis & regiam dearum memorat, inclytis argiuorum præsides mœnibus, quam cunctus oriens zigiam ueneratur, & omnis occidẽs lucinam appellat, sis meis extremis casibus Iuno sospita, méq; in tantis exanclatis laboribus defessam imminẽtis periculi metu libera. Quod sciã soles prægnãtibus periclitantibus ultro subuenire. Ad istum modũ supplicanti statim sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate præsentat. Et protinus, quam uellem inquit per fidem nutum meum precibus tuis accommodare. Sed contra uolũtatem Veneris, nurus meæ, quã filiæ semper dilexi loco, præstare me pudor non sinit. Tunc etiam legibus, quæ seruos alienos profugos ĩuitis dominis uetãt suscipi, prohibeor. Isto quoq; fortunæ naufragio Psyche perterrita, nec indipisci iam maritum uolatilem quiens, tota spe salutis deposita, sic ipsa suas cogitationes consuluit. Iam quæ possunt alia meis erumnis temptari uel adhiberi subsidia? Cui nec dearum quidem, quanquam uolentium potuerunt prodesse suffragia? Quo rursum itaq; tantis laqueis inclusa uestigium porrigam, quibusq; tectis, uel etiam tenebris abscondita, magnæ Veneris ineuitabiles oculos effugiam? Quin igitur masculũ tandem sumis animum, et cassæ speculæ renũtias fortiter, & ultroneã te dominæ tuæ reddis? Et uel sera modestia sæuiẽtes ĩpetus eius mitigas?

Qui scias, an etiam, quem diu quæritas, illic i domo matris reperias? Sic ad dubium obsequium, immo ad certum exitium præparata, principium futuræ se cum meditabatur obsecrationis. At Venus terrenis remedijs inquisitionibus abnuens, cœlum petit. Iubet construi currum, quem ei Vulcanus subtili fabrica studiose poliuerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat, lunæ tenuatis detrimento conspicuum, & ipsius auri damno pretiosum. De multis, quæ circa cubiculum dominæ stabulant, procedunt quatuor candidæ columbæ, & hylaris incessibus picta colla torquentes, iugum gemmeum subeunt. Susceptaq; domina lætæ subuolant currum deæ prosequentes, gannitu constrepenti lasciuiunt passeres, & cæteræ, quæ dulce cantitant aues, melleis modulis suaue resonantes aduentum deæ pronuntiant. Cedunt nubes, & cœlum filiæ panditur, & summus æther cum gaudio suscipit deam. Nec obuias aquilas, uel accipitres rapaces pertimescit magnæ Veneris canora familia. Tunc se protinus ad regias Iouis arces dirigit, & petitu superbo Mercurij dei uocalis operæ necessariam usuram postulat. Nec renuit Iouis cæruleum supercilium. Tunc ouans iliico, comitante etiam Mercurio, Venus cœlo demeat, eiq; solicite ferit uerba. Frater Arcadi scis nempe sororem tuam Venerem sine Mercurij præsentia nil unquam feasse. Nec te præterit utiq;, quanto iam tempore delitescentem anallam nequiuerim reperire. Nil ergo superest, q̃ tuo præconio præmiũ i uestigatiõis publicitus edicere. Fac ergo mandatũ matures meũ, et inditia, q̃bus possit co-

gnoſci, manifeſte deſignes, ne ſiquis occultationis illicitæ crimen ſubierit, ignorantiæ ſe poſſit excuſatione defendere, & ſimul dicens libellum ei porrigit, ubi Pſyches nomen continebatur, & cætera. Quo facto, protinus domum ſeceſſit. Nec Mercurius omiſit obſequium. Nam per omnium ora populorũ paſſim diſcurrens, ſic mandatæ prædicationis munus exequebatur. Siquis à fuga retrahere, uel occultam demonſtrare poterit fugitiuã regis filiam Veneris ancillam, nomine Pſychen, conueniat retro metas Murtias Mercurium prædicatorem, accepturus indicij nomine ab ipſa Venere ſeptem ſauia ſuauia, et unum blandiẽtis adpulſum linguæ lõgæ mellitũ. Adhunc modũ pronunciante Mercurio, tanti præmij cupido cœrtatim omnium mortaliũ ſtudium arrexerat. Quæ res nũc uel maxime ſuſtulit Pſyches omnem contationem. Iamq; fores eius domnæ proximanti, occurrit una de famulatione Veneris, nomine Cõſuetudo, ſtatimq; quantum maxime potuit exclamat. Tandẽ ancilla nequiſſima dominã habere te ſcire cœpiſti? An pro cætera morũ tuorũ temeritate, iſtud quoq; neſcire te fingis, q̃tos labores circa tuas inquiſitiones ſuſtinerimus? Sed bene, q̃ meas potiſſimũ manus incidiſti, & inter orci cancros iã ipſos adhæſiſti, datura ſ. actutũ cõtumaciæ tãtæ pœnas, et audaciter i capillos eius immiſſa manu, trahebat eã, nequaq̃ renitẽtẽ. Quã ubi primũ iducta oblataq; ſibi cõſpexit Venus, lætiſſimũ cachinnũ extollit, et qualẽ ſolẽt furẽter irati, caputq; quatiẽs, et adſcalpẽs aurẽ dexterã, tandẽ, inquit, dignata es ſocrũ tuã ſalutare. An potius maritũ, quã

uulnere tuo periclitatur, interuisere ueneſti. Sed eſto ſecura. Iam enim excipiam te, ut bonam nurum con-decęs, & ubi, inquit, Sollicitudo atq; triſtities ancillæ meæ. Quibus introuocatis torquẽdam tradidit eam. At illæ ſequentes herile præceptum, Pſychen miſellam flagellis affictam, & cæteris tormentis excruciatam, iterum dominæ conſpectui reddunt. Tunc rurſus ſublato riſu Venus, & ecce inquit nobis turgidi uentris ſui lenocinio commouet miſerationem, unde me præclara ſobole auiam beatam ſcilicet faciat. Felix uero ego, quæ in ipſo ætatis meæ flore, uocabor auia, & uilis ancillæ filius, nepos Veneris audietur. Quanquam inepta ego fruſtra filium dicam. Impares enim nuptiæ, & præterea in uilla ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt uideri. Ac per hoc ſpurius iſte naſcetur, ſi tamen patum omnino proferre te patiemur. His editis inuolat eam, ueſtemq; plurfariam diloricat, capilloq; diſcaſſo, & capite conquaſſato, grauiter affligit. Et accepto frumento, & ordeo, & milio, et papauere, et cicere, et lente, & faba, commixtisq; aceruatim confuſisq; in unum glomulũ, ſic ad illam. Videris enim mihi tam deformis ancilla, nullo alio, ſed tantum ſedulo miniſterio amatores tuos promereri. Iam ergo et ipſa frugem tuam periclitabor, diſcerne ſeminũ iſtorũ paſſiuam cogeriem, ſingulisq; granis rite diſpoſitis, atq; ſeiugatis, ante iſtã ueſperam opus expeditum approbato, mihi ſic aſſignato tantorũ ſeminũ cumulo. Ipſa cœnæ nuptiali conceſſit. Nec Pſyche manus admolitur inconditæ lli et in-

extricabili moli. Sed immanitate præcepti consternata, silens obstupescit. Tunc formicula illa parvula, atque ruricola, certatim difficultatis tantæ laborisq; miserta, contubernalis magni dei socrusq; sævitiã execrata, discurrens gnauiter, conuocat, corrogatq; cunctam formicarum accolarũ classem. Miseremini terræ omniparentis agiles alumnæ, miseremini, & amoris uxori puellæ lepidæ periclitanti prompta uelocitate succurrite. Ruũt aliæ, superq; aliæ, Sepedũ populorũ undæ, summoq; studio singulæ granatim totũ digerũt acervum, separatimq; distributis dissitisq; generibus, è conspectu perniciter abeũt. Sed initio noctis, è conuiuio nuptiali uino madens, & flagrans balsama Venus remeat, totumq; reuincta corpus rosis micantibus, uisaq; diligentia miri laboris, non tuum inquit nequissima, nec tuarũ manuum istud opus, sed illius, cui tuo, immo et ipsius malo placuisti. Et frusto cibarij panis ei proiecto, cubitum facessit. Interim Cupido solus interioris domus unici cubiculi custodia clausus, coercebatur acriter. Partim, ne petulanti luxurie uulnus grauaret, partim, ne cũ sua capita conueniret. Sic ergo distinctis, et sub uno tecto separatis amatoribus, tetra nox exanclata. Sed aurora commodũ inequitanti, uocatæ Psychæ Venus infit talia. Vides ne illud nemus, quod fluuio præterluẽti, ripisq; lõgis attenditur, cuius imi gurgites uicinũ fontem despiciunt? Oues ibi nitentes, auriq; colore florẽtes, incustodito pastu uagãtur. Inde de coma preciosi uelleris, flocum mihi confestim quoquomodo quæsitum afferas cenſeo. Perrexit Psyche uolenter, nõ obsequiũ quidem illa, functura,

ſed requiem malorũ præcipitio fluuialis rupis habitura. Sed ide defluuio muſicæ ſuauis nutricula, leni crepitu dulcis auræ diuinitus iſpirata, ſic uaticinatur arũdo uiridis. Pſyche tantis erumnis exercita, neque tua miſerrima morte meas ſanctas aquas polluas, nec uero contra formidabiles oues iſtius oræ feras aditum, quoad de ſolis flagrantia mutuato calore, truci rabie ſolent efferri, cornúq; acuto, et fronte ſaxea, & non nunquam uenenatis morſibus in exitium ſæuire mortalium. Sed dum meridies ſolis ſedauerit uaporẽ, et pecua ſpiritus fluuialis ſerenitate conquieuerint, poteris ſub illa procerisſima platano, quæ mecũ ſimul unũ fluentum bibit, latenter te abſcondere, et cum primum mitigata furia laxauerint oues animum, percuſſis frõdibus attigui nemoris lanoſum aurũ reperies, quod paſſim ſtipibus cõnexũ obhæreſcit. Sic arũdo ſimplex et humana Pſychen ægerrimã ſalutem ſuã docebat. nec auſcultatu pœnitendo diligenter inſtructa, illa cẽſ ſauit, ſed obſeruatis omnibus furatrina facili, flauentis auri mollicie, congeſtum gremium Veneri reportat, nec tamen apud dominam ſaltem ſecundi laboris periculum ſecundũ teſtimonium meruit, ſed contortis ſupercilijs ſubridens amarũ, ſic inquit. Nec me præterit huius quoq; facti author adulterinus. Sed iam nunc ego ſedulo periclitabor, an oppido forti animo ſingulariq; prudentia ſis prædita. Vides'ne inſiſtentem cælaſſimæ illi rupi montis ardui uerticẽ, de quo fontis atri fuſcæ defluunt undæ, proximéq; concepta culo uallis inclusæ ſtygias irrigant paludes, et pauca cocyti fluenta nutriũt? Indidẽ mihi de ſummi fontis penita ſcaturigine,

rorem rigentem hauritū, ista cōfestim perferto urnu
la. Sic aiens, crystallo dedolatum uasculum insuper
ei grauiora cōminata tradidit. At illa studiose gra
dum celerans, montis extremum petit cumulum certe
uel illic inuentura uitæ pessimæ finem. Sed cum pri-
mum prædicti iugi conterminos locos appulit, uidet
rei uastæ letalem difficultatem. Nanq; saxū immani
magnitudine procerū, et inaccessa salubritate lubricū,
medijs è faucibus lapidis fontes horridos euomebat, q̄
statim proni foraminis lacunijs editi, perq; procliue de
lapsi, et angusti canalis exerto contecti tramite proxi-
mā conuallem latenter incadebant. Dextera leuaq; ca
tibus cauatis proserpunt, & longa colla porrecti sæuī
dracones inconuiuiæ uigiliæ luminibus addictis, et in
perpetuā lucem pupillis excubantibus. Iamq; et ipsæ
semet muniebant uocales aquæ. Nam et discede, et qd
facis, uide, et quid agis, caue, et fuge, et peribis subinde
clamant. Sic impossibilitate ipsa nutata in lapidē Psy
che, q̄uis præsenti corpore, sensibus tamen aberat, &
inextricabilis periculi mole prorsus obruta, lachry-
marū etiā extremo solatio carebat. Nec Prouidentiæ
bonæ graues, oculos innocētis animæ latuit erumna.
Nam primi Iouis regalis auis illa repente propansis
utrinq; pinnis affuit rapax aquila, memorq; ueteris
obsequij, quo ductu Cupidinis Ioui pocillatorē Phry-
giū sustulerat, opportunā ferens opem, deiq; numen in
uxoris laboribus percolens, alti culminis diales uias
deserit, et ob os puellæ præuolās, īcipit. At tu simplex
alioquin et expers rerū taliū, sperasq; te sanctissimæ
nec minus truculēti fontis, uel unā sullā posse furari,

uel omnino contingere? Dijs etiã ipſíq; Ioui formidabiles aquas iſtas ſtygias, uel fando comperiſti? Quod'q; uos deieratis per numina deorum, deos per ſtygis maieſtatem ſolere? Sed cedo iſtam urnulam, et protinus arreptam completam'q; feſtinãter, libratis'q; pinnarũ nutantiũ molibus, inter genas ſæuientium dentium, et triſulca uibramina draconum, remigum dextera leua'q; porrigens, nolentes aquas, et ut abiret innoxius præmonentes, excipit, commenta, ob iuſſum Veneris petere, ei'q; ſe præminiſtrare. Quare paulo facilior adeundi fuit copia. Sic acceptam cum gaudio plenã urnam Pſyche Veneri citata retulit. Nec tamen nutum deæ ſæuientis, uel tunc expiare potuit. Nam ſic eam maiora, atq; peiora flagitia comminans, appellat, renidens exitiabile. Iam tu quidem uideris magi quædam mihi, alta prorſus maleficia, quæ talibus præceptis meis obtemperaſti gnauiter. Sed adhuc iſtud mea pupula miniſtrare debebis. Sume iſtã pyxidẽ, et dedit protinus, uſq; ad'feros, et ipſius orciferales penates te dirige. Tũc conferes pyxidẽ Proſerpinæ, petit de te Venus dicito, modicũ de tua mittas ei formoſitate, uel ad unam ſaltem dieculã ſufficiens. Nam quod habuit, dum filium curat ægrotum conſumpſit, atque contriuit omne. Sed haud immaturius redito, quia me neceſſe eſt indidem delinitam theatrum deorum frequentare. Tunc Pſyche, uel maxime ſenſit ultimas fortunas ſuas, & uelamento reiecto, ad promptum exitium ſeſe compelli manifeſte comperit. Quid ni, quæ ſuis pedibus uliro ad tartarum manes'q; demeare cogeretur. Nec cunctata diutius, pergit quam-

piam turrim prælatam, indidem se datura præcipitē. Sic enim rebatur, ad inferos recte, atq; pulcherrime se posse descendere. Sed turris prorūpit in uocem subitā. Et quid te, inquit, præcipitio misella quæris extinguere? Quidq; iam nouissimo periculo laboriq; isti temere succumbis? Nam si spiritus corpore tuo semel fuerit seiugatus, ibis quidem profecto ad imum tartarum, sed inde nullo pacto redire poteris. Mihi ausculta. Lacedæmon Achaiæ nobilis ciuitas, non longe sita est. Huius conterminam, deuijs abditam locis, quære tenarū. In ubi spiraculum ditis, & per portas hiantes monstratur iter inuiū, cuius te limine transmeatam simul cum miseris, iam cānale directo pergis ad ipsam orci regiam. Sed non hactenus uacua debebis per illas tenebras incedere, sed offas polentæ mulsa concretas ambabus gestare manibus, ac in ipso ore duas ferre stipes. Iamq; confecta bona parte mortiferæ uiæ, continuaris claudum asinum lignorum gerulum cum agasone simili. Qui te rogabit decidenti sarcinæ fusticulos aliquos porrigas ei. Sed tu nulla uoce deprōpta tacita præterito. Nec mora cum ad flumen mortuum uenies, cui præfectus Charon, protinus expetens portoriū. Sic ad ripā ulteriorem futili cymba deducat cōmeantes. Ergo et inter mortuos auaritia uiuit, nec ille ditis pater tantus deus quicq̄ gratuito facit, et pauper moriēs uiaticum debet quærere, et æs si forte præ manu non fuerit, nemo eum expirare patietur. Huic squalido seni dabis nauli nomine de stipibus, quas feres, alterā, sic tamen, ut ipse sua manu de tuo sumat ore. Nec secus tibi pigrum fluentum transneanti, quidā supernatās

ſenex mortuus, putris attollens manus, orabit, ut eum intra nauigium trahas. Nec tu tamen illicita affectare pietate. Trāſito fluuio, modicum te progreſſam textrices orabunt anus telam ſtruentes, manus pauliſper accōmodes, nec id tamen tibi contingere fas eſt. Nā hic omnia tibi, et multa alia de Veneris inſidijs orientur, ut uel unam de manibus committas offulam. Nec putes futile iſtud pollentariū damnum leue. Altera enim perdita, lux hæc tibi prorſus denegabitur. Canis nāq; prægrandis, triugo et ſatis amplo capite præditus, immanis et formidabilis, conatibus oblatrans faucibus mortuos quibus iam nil mali poteſt facere fruſtra territando, ante ipſum limen et atra atria Proſerpinæ ſemper excubans, ſeruat nactam ditis domum. Hunc offrenatum unius offulæ præda, facile prætēbis, ad ipſam protinus proſerpinam introibis, quæ te comiter excipiet, ac benigne, ut et molliter aſſidere, et prandium opipare ſuadeat ſumere. Sed tu et humi reſide, et panem ſordidum petito, eſto. Deinde nuntiato quid aduenerīs, ſuſceptóq; quod efferetur, rurſus remeās, canis ſæuitiē offula reliqua redime, ac deinde auaro nautæ data, quam reſeruaueras ſtipē, trāſitóq; eius fluuio, recalcans priora ueſtigia, ad iſtum cœleſtiū ſiderum redies chorum. Sed inter omnia, hic obſeruandum præcipue tibi cēnſeo, ne uelis aperiere uel inſpicere illā, quam feres pyxidem, uel omnino formoſitatis diuinæ abditum cures theſaurū. Sic turris illa uel propitia natiuitatis munus explicuit. Nec morata Pſyche pergit tenarum. Sumptiſq; rite ſtipibus illis, et offulis, infernū decurrit meatū, tranſitóq; per ſilentiū

asinario debili, et amnicæ stipe uectori data, neglecto supernatantis mortui desiderio, & spretis textricum subdolis precibus, & offulæ cibo sopitæ canis horrendi rabie, domum Proserpinæ penetrat. Nec offerētis hospitæ sedilæ dedicatum, uel cibū beatam amplexa, sed ante pedes eius residens humilis, et cibario pane contenta, ueneriam pertulit legationem. Statimq; secreto repletam, concluſamq; pyxidem suscipit, et offulæ sequentis fraude caninis latratibus obseratis, residuaq; nauitæ reddita stipe, longe uegetior, ab inferis recurrit, & repetita atq; adorata candida ista luce, quanquam festinans obsequium terminare, mēte capitur temeraria curiositate. Et ecce inquit inepta ego diuinæ formositatis gerula, quæ nec tantillum quidem indidem mihi delibo, uel sic illi amatori meo formoso placitura. Et cum dicto reserat pyxidē, nec quicquam ibi rerū nec formositas ulla, sed infernus somnus, ac uere stygius, qui statim operculo reuelatus inuadit eam, crassi soporis nebula cunctis eius membris perfunditur, & in ipso uestigio, ipsaq; semita collapsam possidet, et iacebat imobilis, et nihil aliud q̄ dormēs cadauer. Sed Cupido iam cicatrice solida reualescens, nec diutinam suæ Psyches absentiā tolerans, per arctissimam cubiculi, quo cohibebatur, elapsus fenestram, refectisq; pinnis aliquanta quiete longe uolocius prouolans, Psychen accurrit suam. Detersoq; somno curiose, & rursum in pristinam pyxidis sedem recondito, Psychen innoxio punctulo suæ sagittæ suscitat. Et ecce inquit rursum perieras misella simili curiositate, sed interim quidē

tu prouinciam quæ tibi matris meæ præcepto mandata est, exequere gnauiter, cætera egomet uidero. His dictis amator leuis in pinnas se dedit. Psyche uero confestim Veneri munus reportat Proserpinæ. Interea Cupido amore nimio peresus, & ægra facie matris suæ repentinam sobrietatem pertimescens, ad armile redit, alisq; perniciabus cœli penetrato uertice magno Ioui supplicat, suamq; causam probat. Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manuq; ad os suum relata consauiat, atq; sic ad illum. Licet tu, inquit, domine fili nunquam mihi concessu deûm decretum seruaris honorem, sed istud pectus meum, quo leges elementorum, & uices siderum disponuntur, conuulneraris assiduis ictibus, crebrisq; terrenæ libidinis fœdaueris casibus, contraq; leges, & ipsam iuliam, disciplinamq; publicam turpibus adulteriis existimationem famamq; meã leseris, in serpentes, in ignes, in feras, in aues, & gregalia pecua serenos uultus meos sordide reformando, attamen modestiæ meæ memor, quodq; inter istas meas manus creueris, cuncta perficiam, dum tamen scias æmulos tuos cauere. Ac si qua nunc in terris puella præpollet pulchritudine, præsentis beneficij uicem per eam mihi repensare te debere. Sic fatus, iubet Mercurium deos omnes ad concionem conuocare protinus. Ac siqui cœtu cœlestiũ defuisset, in penam decem milliũ nummorũ conuentum iri pronunciare. Quo metu statim completo cœlesti theatro, pro sede sublimi sedens procerus Iupiter sic enunciat. Dei conscripti musarum albo, adolescentem istum quem manibus meis alumnatus

ſum, profecto ſcitis oēs cuius primæ iuuentutis calora tos impetus freno quodā cœrcendos exiſtimaui, ſat eſt quotidianis eū fabulis, ob adulteria cūctasq; corrupte las infamatū, tollēda eſt omnis occaſio, et luxuria pue rilis nuptialibus pedicis colligāda. Puellā elegit, & uirginitate priuauit, teneat, poſſideat, amplexus Pſy= chen, ſemper ſuis amoribus perfruatur, et ad Venerē collocata facie, nec tu, inquit, filia quicquā contriſtare, nec proſapiæ, tantæ tuæ, ſtatuiq; de matrimonio mor tali metuas. Iam faxo nuptias nō impares, ſed legiti mas et iure ciuili congruas. Et ilico per Mercuriū ar ripi Pſychen, et in cœlū perduci iubet porrecto ambro ſiæ poculo. Sume inqt Pſyche, et immortalis eſto, nec unquā digredietur à tuo nexu Cupido, ſed iſtæ uobis erunt ꝑpetuæ nuptiæ. Nec mora cum cœna nuptialis affluens exhibetur. Accumbebat ſummū thorū mari= tus, Pſychen gremio ſuo complexus, ſic et cum ſua Iu none Iuppiter, ac deinde per ordinē toti dei. Tunc po culū nectaris (quod uinū deorū eſt) Ioui quidem ſuus pocillator ille ruſticus puer, cæteris uero Liber mini= ſtrabat, Vulcanus cœnā coquebat, Horæ roſis et cæte= ris floribus purpurabant, omnia Gratiæ ſpargebant balſama. Muſæ quoq; canora ꝑſonabant, Apollo can= tauit ad citharā, Venus ſuaui muſicæ ſupingreſſa for moſa ſaltauit, ſcæna ſibi ſic concinnata, ut Muſæ qdē chorum canerent, tibias inflaret Satyrus, et Paniſcus ad fiſtulā diceret. Sic ecce Pſyche conuenit in manum Cupidinis, & naſcitur illis maturo partu filia, quam Voluptatem nominamus. Sic captiuæ puellæ delira et temulenta illa narrabat anicula. Sed aſtans ego non

procul dolebá mehercules, quod pugillares et ſtilū nō habebā, qui tam bellā fabellā prænotarem. Eæ confecto neſcio quo graui prælio, latrones eueniunt onuſti, nonnulli tamen, immo promptiores uulneratis domi relictis et plagas recurantibus, ipſi ad reliquas occultatas in quadam ſpelunca ſarcinas, ut aiebant, proficiſci geſtiunt, prandioq; raptim tuburcinato, me et equum uectores rerum illarum futuros fuſtibus exinde tundentes producunt in uiā, multisq; cliuis et anfractibus fatigatos propè ipſam ueſperam producunt ad quampiam ſpeluncam, unde multis onuſtos rebus rurſum ne breuiculo quidem tempore refectos obiter reducūt, tātaq; trepidatione feſtinabát, ut me plagis multis obtundentes propellentesq; ſuper lapidem propè uiā poſitū deiœrent, unde crebris æque ingeſtis ictibus dextero crure et ungula ſiniſtra me debilitatū ægre ad exurgendū compellunt, et unus quouſq; inquit ruptū iſtum aſellum, nūc etiam claudū fruſtra paſcemus, et alius, quid? q et peſſimo pede domū noſtrā accęſſit, nec quicq̄ idonei lucri exinde cœpimus, ſed uulnera, et fortiſſimorū occiſiones. Alius iterū, certe ego cū primū ſarcinas iſtas, q̄q̄ inuitus pertulerit, protinus eū uulturijs gratiſſimū pabulū futurū præcipitabo. Dū ſecū mutiſſimi homines altercant de mea nece iā domū peruenieramus. Nā timor unguias mihi alas fecerat, tū quæ ferebamus amoliti properiter nulla ſalutis noſtræ cura ac nemeæ quidē necis habita, comitibus adſcitis, qui uulnerati remāſerāt, dudū recurrūt laturi tædia, ut aiebāt, noſtræ tarditatis. Nec me tamē mediocris carpebat ſcrupulus cō

templatione

tẽplatione cõminatæ mihi mortis, et ipse mecũ. Quid ſtas Luci? uel qd iã nouiſſimũ expectas? Mors, et hæc acerbiſſima, decreto latronum tibi comparata eſt, nec magno conatu res indiget. Vides iſtas ruinas proximas et præacutas, i his præminẽtes ſilices, quæ te pene trãtes qua deciderís membratim diſſipabũt. Nã et illa ipſa præclara magia tua nõ multũ laboresq; tibi tãtũ aſini, uerũ coriũ nõ aſini craſſum, ſed hirundinis tenue membranulum circundedit. Quin igitur maſculum tandem ſumus animum, tuæq; ſaluti dum licet conſulis? habes ſummam oportunitatem fugæ, dũ latrones abſunt. An cuſtodiam anus ſemimortuæ formidabis? quam licet claudi pedis tui calce unica finire poteris. Sed quo gentium cõpeſſetur fugã? uel hoſpitiũ quis dabit? Hæc quidem inepta, & prorſus aſinina cogitatio (Quis enim uiantium uectorem ſuum non libenter auferat ſecum?) & alacri ſtatim nixu lorum, quo fueram deſtinatus, abrumpo, méq; quadrupedi curſu propipio. Nec tamen aſtutulæ anus muluinos oculos effugere potui. Nam ubi me conſpexit abſolutum, cãpta ſuper ſexum & ætatem audacia, lorũ prehendit, ac me deducere & reuocare contendit. Nec tamen ego memor exitiabilis propoſiti latronum pietate ulla commouebor, ſed incuſſis in eam poſteriorũ pedum calcibus protinus applaudo terræ. At illa q̃uis humi proſtrata, tamen tenaciter loro inhærebat, ut me procurrente aliquantiſper tractu ſui ſequeretur, & occipit ſtatim clamoſis ululatibus auxiliũ ualidioris manus implorare. Sed fruſtra fletibus caſſum tumultum commouebat. Quippe cum nullus

adforet, qui suppetias ei ferre posset, nisi sola illa uirgo captiua, quæ uocis exitu procurrens, uidet Hercules memorandi spectaculi scænam, non tauro, sed asino dependentem directe aniculã, sumptáq; constantia uirili, facinus audet pulcherrimum, extorto etenim loro manibus eius nie placitis gannitibus ab impetu re uocatum gnauiter insœndit, et sic ad cursum rursum ĩnatat. Ego simul uoluntariæ fugæ uoto, & liberandæ uirginis studio, sed & plagarum suasu, quæ me sæpicule commonebant, equestri celeritate, quadrupedi cursu solũ replaudens, uirginis delicatas uoculas adhinnire temptabam. Sed & scalpendi dorsi meĩ simulatione nonnunquam obliquatu ceruicæ pedes decoros puellæ basiabam. Tunc illa spirans altius, cœlumq; solicito nutu petens, uos inquit superi tandem meis supremis periculis opem facite, & tu fortuna durior iam sæuire desine, sat tibi miseris istis cruciatibus meis litatum est, tuq; præsidium meæ libertatis, meæq; salutis, si me domum peruexeris incolumen, parentibusq; & formoso proco reddideris, quas tibĩ gratias phibebo, quos honores habebo, quos cibos exĩbebo? iã primũ iubã istam tuã probe pectinatam meis uirginalibus monilibus adornabo, frontem uero crispatam prius decoriter discriminabo, caudæq; setas incuria congestas, & horridas compta diligentia perpolibo, bullisq; te multis aureis inoculatũ ueluti stellis sidereis relucentem, & gaudijs populariũ pomparum ouantem, sinu serico progestans nucleos, edulia mutiora, te meũ sospitatorẽ quotidie saginabo. Sed nec iter cibos delicatos, et ociũ profundũ, uitæq; te

tius beatitudinem deerit tibi dignitas glorioſa. Nam memoriam præſentis fortunæ meæ diuinæq; prouidentiæ perpetua teſtatione ſignabo, & depictam in tabula fugæ præſentis imaginem meæ domus atrio dedicabo. Viſetur, et in fabulis audietur, doctorumq; ſtilis rudis perpetuabitur hiſtoria. Aſino uectore uirgo regia fugiẽs captiuitatẽ. Accedes antiquis et ipſe miraculis. Credemus etiam exemplo tuæ ueritatis, & Phryxum arieti ſupernataſſe, & Arionem delphino gubernaſſe, & Europam tauro ſupercubaſſe. Quod ſi uere Iupiter muguit in bouem, poteſt in aſino meo latere aliquid, uel uultus hominis, uel facies deorum. Dum hic identidem puella replicat, uotisq; crebros intermiſcet ſuſpiratus, ad quoddam peruenimus triuium, unde me arrepto capiſtro dirigere dextrorſum magnopere geſtiebat, quod ad parentes eius ea ſcilicet iretur uia. Sed ego gnarus, latrones illa ad reliquas commeaſſe prædas, renitebar fortiter, atq; ſic in animo meo tacitus expoſtulabam. Quid facis infelix puella, quid agis? cur feſtinas ad orcũ? quid meis pedibus facere contendis? Non enim te tantum, uerũ etiã me perditũ ibis. Sic nos diuerſa tendẽtes, & in cauſa finali de proprietate ſoli, immo uiæ heraſcundæ contendentes, rapinis ſuis onuſti coràm deprehendunt ipſi latrones, et ad lunæ ſplẽdorẽ iã inde lõgius cognitos, riſu magno ſalutãt, et unus è numero ſic appellat. Quorſum iſtã feſtinãti ueſtigio lucubratis uiã? Nec noctis intẽpeſte manes laruasq; formidatis? An tu probiſſima puella parẽtes tuos iter uiſere properas? Sed nos, et ſolitudini tuæ præſidiũ

præbebimus, & compendiosum ad tuos iter monstrabimus, & uerbum manu secutus, prehenso loro, retrorsum me circunorquet, nec baculi nodosi, quem gerebat fuctis ictibus temperat. Tunc ingratis ad promptum recurrens exitium, reminiscor doloris ungulæ, & occipio nutanti capite claudicare. Sed ecce inquit ille qui me retraxerat rursum titubas & uacillas, et putres isti tui pedes fugere possunt, ambulare nesciunt? At pauloante pinnatam pegasi uincebas celeritatem. Dum sic mecum, fustem quatiens, benignus iocatur comes, iam domus eorum extremam loricam peruenerauus. Et ecce de quodam ramo proceræ cupressus, induta laqueum anus illa pendebat. Quã quidem detractam protinus cum suo sibi funiculo deuinctam dedere præcipitem, puellaq; statim distenta uinculis, cœnam, quam postrema diligentia præparauerat infelix aniçula, ferinis inuadunt animis, ac dum auida ferocitate cuncta contruncant, iam incipiunt de nostra pœna, suaq; uindicta secum considerare, et ut pote ĩ cœtu turbulẽto, uariæ fuere sentẽtiæ. Vt primus uiuã cremari cẽseret puellã, secũdus bestijs obijci suaderet, tertius patibulo suffigi iuberet, quartus tormẽtis excarnificari præciperet. Certe calculo cũctorũ, utcũq; mors ei fuerat destinata. Tũc unus oium sedato tumultu, placido sermone sic orsus ẽ. Nec sectæ collegij, nec mãsuetudini singulorũ ac ne meæ qdẽ modestiæ cõgruit, patiuos ultra modũ, delictiq; sæuire terminum, nec feras, nec cruces, nec ignes, nec tormẽta, ac ne mortis quidẽ maturatæ festinas tenebras acersere. Meis itaq; cõsilijs auscultãtes,

uitam puellæ, sed quam meretur, largimini. Nec uos memoria deseruit utiq; quid iamdudum decreueritis de isto asino semper pigro quidem, sed manducone summo, nunc etiã mendaci, fictæ debilitatis, et uirginalis fugæ sequestro ministróq;. Hũc igitur iugulare crastino placeat, totisq; uacuefacto præcordijs, per' mediã aluũ nudã uirginẽ, quã prætulit nobis, insuere, ut sola facie prominẽte, cæterũ corpus puellæ nexu ferino cœrceat. Tunc super aliquod saxum scruposum insititium & fartilem asinum exponere, et solis ardentis uaporibus tradere. Sic enim cuncta, quæ recte statuistis, ambo sustinebunt, & mortem asinus, quam pridem mœruit, & illa morsus ferarum, cum uermibus membra laniabuntur, & ignis flagrantiam, cũ sol nimijs cæloribus inflammarit, uterum et patibuli cruciatum, cum canes et uultures intima protrahent uiscera. Sed & cæteras eius erumnas, & tormẽta numerate, mortuæ bestiæ ipsa uiuens uentrem habitauit. Tunc fetore nimio nares æstuabunt, inediæ diutinæ letali fame tabesçet. Nec suis saltem liberis manibus mortem sibi fabricare poterit. Talibus dictis, non pedibus, sed totis animus latrones in eius uadunt sententiam, quam meis tam magnis auribus accipiens quid, aliud quam meum crastinum deflebam cadauer?

T primum tenebris abiectis dies inal
bebat,& candidum solis curricu-
u lum cuncta colluſtrabat,quidam de
numero latronum peruenit,ſic enim
mutuæ ſalutationis officium indica=
bat.Is in primo ſpelũcæ aditu reſidens,et ex anhelĩ
tu recepto ſpiritu talẽ collegio ſuo nuntiũ fecit.Quod
ad domum Milonis hypatini, quam proxime diripui
mus,pertinet,diſcuſſa ſollicitudine iam poſſumus eſſe
ſecuri.Poſtquam uos enim fortiſſimus uiribus,cunctis
ablatis,caſtra noſtra remeaſtis,immixtus ego turbu
lis popularium,dolentíq; atq; indignanti ſimilis arbi
trabar,ſuper inueſtigatione facti cuiuſmodi conſilium
caperetur,et an et quatenus placeret inquiri, renun-
tiaturus uobis,ut mandaueratis omnia,nec argumen
tis dubijs,ſed rationibus probabilibus,congruo cun-
ctæ multitudinis conſenſu,neſcio qui Lucius author
manifeſtus facinoris poſtulabatur,qui proximis die-
bus fictis commendaticijs literis,Miloni ſeſe,uirum cõ
mentitus bonum arctius conciliauerat,ut etiam hoſpi
tio ſuſceptus inter familiares intimos haberetur. Plu=
ſculisq; ibidem diebus demoratus,falſis amoribus an=
cillæ Milonis animum irrepens,ianuæ clauſtra ſedu
lo explorauerat,et ipſa mẽbra,í queis omne patrimo
nium condi ſolebat,curioſe perſpexerat.Nec exiguũ
ſceleratı monſtrabatur indicium,quippe cum eadem
nocte ſub ipſo flagitij momento idem profugiſſet,nec
exinde uſquam compareret.Ná et præſidiũ fugæ,quo

uelocius frustratis insecutoribus procul ac procul abderet sese, eidē facile suppeditasse. Equū nāq; illum suū cādidū uectorē futurum duxisse secum, planè seruū eius ibidem in hospitio repertum, scelerum cōsiliorumq; herilium futurum indicem per magistratus in publicam custodiam receptum, et altero die tormentis uexatum, pluribus ac penè ad ultimā mortem excarnificatum, nil quicquam rerum talium esse confessum, missos tamen in patriam Lucij illius multos numero, qui reum pœnas daturum sceleris inquirerent. Hic eo narrante, ueteris fortunæ et illius beati Lucij, præsentisq; ærumnæ et infelicis asini facta comparatione medullitus ingemebā, subibatq; me, nō de nihilo ueteris priscæq; doctrinæ uiros finxisse, ac pronūtiasse cæcā et prorsus exoculatā esse fortunam, quæ semper suas opes ad malos et idignos conferat, nec umq; iudicio quēquam mortaliū eligat, immo uero cum his potissimum diuersetur, quos procul si uideret, fugere deberet, quodq; cunctis est extremus, uarias opiniones, immo contrarias nobis attribuat, ut et malus boni uiri fama glorietur, et innocentissimus contra noxiorū ore plectatur. Ego deniq; quē sæuissimus eius impetus in bestiā extremæ sortis quadrupedē deduxerat cuiusq; cāsus, etiā cuiuis iniquissimo dolendus, atq; miserandus merito uideretur, crimine latrocinij in hospitem mihi cārissimū postulabar, quod crimen, non modo latrocinīū, uerū etiā parricidiū quisq; rectius nominaret. Nec mihi tamen licebat cāusam meā defendere, uel unico uerbo saltē denegare. Deniq; ne mala cōsciētia tam scelesto crimini præsens uiderer silentio cō-

sentire, hac tantum ipatiẽtia productus, uolui dicere non feci. Et uerbum quidem præcedens semel ac sæpius immodicæ clamitaui, sequens uero nullo pacto differere potui, sed in prima remansi uoce, et identidem boaui, non, nõ, quaquã nima rotunditate pendula uibrassem labia. Sed ego pluribus de fortunæ sæuitate conqueror, quanquam nec istud puduit me cum meo famulo, meóq; uectore illo equo factum conseruũ atq; coniugem. Talibus cogitationibus fluctuantem subijt me illa cura potior, qua statuto consilio, latronum manibus uirginis decretam me uictimam recordabar, uentrem crebro suspiciens meam iam musellam puellã parturiebam. Sed ille, qui commodũ falsam de me notoriam pertulerat, ex promptis mille aureis, quos in sinu laciniæ contexerat, quosq; uarijs uiatoribus detractos, ut aiebat, pro sua frugalitate communi cõferebat arcæ, infit etiam de salute commilitonum solicite scisciatari, cognitóq; quosdam, immo uero fortissimum quenq; uarijs quidem, sed impigris casibus adoppetisse, suadet tantisper pacatis itineribus, omniumq; præliorum seruatis inducijs, inquisitionibus commilitonũ potius insisteretur, & tyrocinio nouæ iuuentutis ad pristinæ manus numerum, Martiæ cohortis facies integraretur. Nam et inuitos terrore compelli, & uolentes præmio prouocari posse. Nec paucos humili, seruiliq; uitæ renunciantes instar tyrannicæ potestatis sectam suã conferre malle. Se quoq; iamdudũ pro suæ parte quendã conuenisse homnẽ, et statu procerũ, & ætate iuuenẽ, et corpore uastũ, et manu strenuũ, eiq; suasisse, ac deniq; persuasisse, ut manus habetatas diu-

tina pigritia tandem referret ad frugem meliorem, bonoq; ſecundæ, dum poſſet frueretur ualitudinis, nec manū ualidā erogandæ ſtipi porrigeret, ſed hauriēdo potius exercēret auro. Talibus dictis uniuerſi omnes aſſenſere, et illū qui iam cōprobatus uideretur aſciſci, et alios ad ſupplendū numerum ueſtigare ſtatuunt. Tunc profectus et paululum commoratus ille perdu cit immanē quendā iuuenē, uti fuerat pollicitus, nſcio anullı præſentiū comparandū. Nā præter cæterā cor poris molē, toto uerticē cūctos antepollebat, et ei cōmo dū lanugo malis inſerpebat, ſed planè centunculis di- ſparibus & male conſarcinatis ſemiamictum, inter quos pectus et uenter cruſtata craſſitie reluctabāt. Sic introgreſſus, auete inqt fortiſſimo deo Marti clien tes, mihiq; iā fidi commilitones, & uirū magnanimæ uiuacitatis uolentem uolentes accipite, libentius uulne ra corpore excipientē, q̄ aurū manu ſuſcipientē, ipſāq; morte, q̄ formidant alij, meliorem. Nec me putetis ego nū uel abiectum, neue de pannulis iſtis uirtutes meas æſtimetis. Nā præfui ualidiſſimæ manui, totamq; prorſus deuaſtaui Macedoniā. Ego ſum prædo famoſus He mus ille thracius, cuius totæ prouinciæ nomē horre- ſcunt, patre Therone atq; latrone inclito prognatus, humano ſanguine nutritus, interq; ipſos manipulos fā ctionis educatus, hæres & æmulus uirtutis paternæ. Sed omnem priſtinam ſociorū fortiū multitudinē, ma gnasq; illas opes exiguo tēporis amiſi ſpatio. Nā pro- curatorē principis, ducenaria perfunctū, dehinc fortu na triſtiore decuſſum, prætereunte me cōram fuerā ag greſſus. Sed rei noſcendæ cārpo ordinem. Fuit quidā

multis officijs in aula Cæsaris clarus atq; conspicuus. Ipsi etiam probe spectatus. Hunc insimulatum quorundam astu proiecit extorrem sæuiens inuidia. Sed uxor eius Plotina quædam, raræ fidei, atq; singularis pudicitiæ fœmina, quæ decimo partus stipendio uiri familiam fundauerat, sumptis atq; contemptis urbicæ luxuriæ delicijs, fugientis comes et infortunij socia, tonso capillo, in masculinam faciem reformato habitu, preciosissimis monilium et auro monetali zonis refertis incincta, inter ipsas custodiētium militum manus & gladios nudos intrepida, cunctorum periculorum particeps, et pro mariti salute peruigilem curam sustinens, erumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. Iamq; plurimis itineris difficultatibus, marisq; terroribus exanclatis, Zacynthum petebat, quam sors ei fatalis decreuerat temporariā sedem. Sed cum primum litus actiacum, quo tunc Macedonia delapsi grassabamus, appulisset, nocte promota tabernulam quandam litori, nauiq; proximam, uitatis maris fluctibus incubabat. Inuadimus & diripimus omnia, nec tamen periculo leui temptati discessimus. Simul nanq; primum sonum ianuæ matrona percepit, procurrens in cubiculum clamoribus inquietis cuncta muscuit, milites suosq; famulos nominatim, sed omnem uicinam suppetiatum conuocans, nisi quod pauore cunctorum, quem sibi quisq; metuentes delitescebat, effectum est, ut impune discederemus. Sed protinus sanctissima, (uera enim dicenda sunt) et unicæ fidei fœmina, bonis artibus gratiosa, precibus ad Cæsaris numē porrectis, et marito reditum celerē,

& aggressuræ plenam uindictam impetrauit. Deniq; noluit esse Cæsar Hemi latronis collegium, & confestim interijt, tantum potest nutus etiam magni principis, tota deniq; factione militarium uexillationum indagatu confecta atq; concisa, ipse mesuratus ægre solus medijs orci faucibus ad hunc euasi modum. Sumpta ueste muliebri florida, sinus flocidos alium dante, mitellaq; textili contecto capite, calceis fœmininis albis illis & tenuibus indutus, & in sequiorem sexum incertus atq; absconditus, asello spicas ordeaceas gerenti residens, per medias acies infesti militis trãsabij, unam mulierem putantes asinariam concedebant liberos aditus, quippe cum mihi etiam tunc depiles genæ leui puericia splendicarẽt, nec ab illa tamen paterna gloria uel mea uirtute desciui, quanquam semitrepidus iuxta mucrones Martios constitutus, sed habitus alieni fallacia, tectus, uillas, seu castella solus aggrediens, uiaticulum mihi corrasi. Et diloricatis statim pannulis, in medium profudit duo millia aureorũ, & en inquit istam sportulam, immo uero dotem, uestro collegio libẽs, méq; uobis ducem fidelissimũ, (si tamen non recusatis) offero breuis temporis spacio, lapideam istam domum uestram facturus aureá. Nec mora, nec cunctatio, sed calculis omnibus ducatum latrones unanimes ei deferũt, uestemq; lautiusculã proferunt, sumeret abiecto centuculo diuite. Sic reformatus, singulos exosculatus, & in summo puluinari locatus, cœna et poculis magnis inauguratur. Tũc sermonibus mutuis de uirginis fuga, déq; mea uectura et utriq; destinata mõstrosa morte cognoscit, et ubi locorũ esset illa

percontatus, deductusq; uisa ea, ut erat uinculis onusta, contorta et uituperăti uare discessit, et nõ sum qdẽ tã brutus, uel certe temerarius, inqt, ut scitũ uestrũ inhibeã, sed malæ conscientiæ reatum intra me sustinebo, siquod bonũ mihi uidetur dissimulauero, sed prius fiduciã uestri causa solicito mihi tribuite, cũ præsertim uobis, si sentẽtia hæc mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. Nã ego arbitror latrones, quiq; eorũ recte sapiunt, nihil anteferre lucro debere suo, ac ne ipsam quidẽ sæpe et alijs dãnosam ultionẽ. Ergo igitur si perdideritis in asino uirginem, nihil amplius quàm sine ullo compendio indignationem uestram exercueritis, quin ego censeo deducendã eam ad quã piam ciuitatem, ibiq; uenundandam. Nec enim leui precio distrahi poterit talis ætatula. Nã et ipse quosdã lenones pridẽ cognitos habeo, quorũ poterit unus, magnis equidem talẽtis, ut arbitror, puellã istam præstinare, cõdigne natalibus suis in fornicẽ processurã, nec in similem fugam discursuram, non nihil etiam, cum lupanari seruierit, uindictæ uobis dependsuram. Hanc ex animo quidem meo sententiam conducibilẽ protuli. Sed uos nostrorum estis consiliorũ, rerumq; domini. Sic ille latronũ fisci aduocatus nostrã causam tulerat, uirginis et asini sospitator egregius. Sed in diutina deliberatiõe cæteri cruciãtes mora cõsilij mea præcordia, immo miserum spiritum, libentes tandem nouitij latrones acœdunt sententiæ, & protinus a uinculis exoluunt uirginem. Quæ quidem simul uiderat illum iuuenem, fornicisq; et lenonis audierat mentionem, cœpit risu lætissimo gestire, ut mihi merito

subire uituperatio totius sexus, cum uiderem puellã proci iuuenis amore nuptiarũq; cæstarum desiderio simulato, lupanaris spurci sordidiq; subito delectari nomine, et tunc quidem totarum mulierũ secta, mores q; de asini pendebant iudicio. Sed ille iuuenis sermone repetito, quin igitur, inqt, supplicatum Marti comuti pergimus, et puellam simul uenditури, et socios indagaturi. Sed, ut uideo, nullum uspiam pecus sacrificatui, ac ne uinum quidem potatui affatim uel sufficiens habemus. Decem itaq; mihi legate comites, quis contentus, proximum cæstellum petã, inde uobis epulas & alias res cõparaturus. Sic eo profecto, cæteri copiosum instruunt ignem, aram cæspite uirenti Marti deo faciunt. Nec multo post adueniũt illi, uinarios utres ferentes, et gregatim pecua communantes, unum prælectum grandem hircum annosum, et horriconem Marti secutori comitiq; uictimant, & ilico prandium fabricatur oppipare. Tunc hospes ille non modo inquit expeditionum prædarumq;, uerum etiam uoluptatum uestrarum ducem me strenuum sentire debetis, et aggressus insignifacunditate, gnauiter cũcta præministrat, uerrit, sternit, coquit, tucetat, cõcinnat, apponit satule, sed præcipue poculis crebris, grandibusq; singulos ingurgitat. Interdum tamen, insimulatione promendi quæ poscebat, usus, ad puellam commeabat assidue, partesq; subreptas clanculo, et prægustatas à se potiones, offerebat hylaris. At illa sumebat appetenter, et nonnunquã basiare uolẽti, promptis sauiolis adlubescebat, quæ res oppido mihi displicebat. Hem obliti es nuptiarum, tuiq; mutui cupitoris puella uirgo?

& illi nescio cui recenti marito, quem tibi parentes uinxerant, hunc aduenam cruentumq; percussorem præponis? Nec te conscientia stimulat? Sed affectione calcata, inter lanceas & gladios istos scortari tibi libet? Quid si quomodo cæteri latrones persenserint, non rursum recurres ad asinum? Et rursum exitiũ mihi parabis? Re uera ludis de alieno corio. Dum ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione disputo, de uerbis eorum quibusdam dubijs, sed non obscuris prudenti asino, cognosco, non Hemũ illum prædonem famosum, sed Lepolemum spõsum puellæ ipsius. Nam procedente sermone, paulo iam clarius, contempta mea præsentia, es bono animo inquit, Charite dulcissima. Nam totos istos tuos hostes statim captuos habebis, & instantia ualidiore uinum iam immixtum, sed modico tepefactum uapore, saucijs illis, et crapula, uinolentiaq; madidis, ipse abstemius non cessat impingere, & Hercules suspicionem mihi fecit, quasi soporiferum quoddam uenenum cantaris immiscæret illis. Cum deniq;, sed prorsus omnes uino sepulti iacebant omnes, partim parati morti. Tunc nullo negocio arctissimis uinculis impeditis, ac pro arbitrio suo constrictis illis, imposita dorso meo puella dirigit gressum ad suam patriam. Quam simul accessimus, tota ciuitas ad uotiuum conspectum effunditur. Procurrunt parentes, affines, clientes, alũmi, famuli læti faciem gaudio delibuti. Põpam cerneres omnis sexus et omnis ætatis, nouumq; et Hercules memorãdũ spectamẽ, uirginẽ asino triũphantẽ. Deniq; ipse etiã hylarior pro uirili parte, ne

præsenti negocio, ut alienus discreparẽ, porrectis auribus, proflatisq; naribus rudiui fortiter, immo tonanti clamore personui. Et illam thalamo receptam, commode parentes sui fouebant, me uero cum ingenti iumentorum, ciuumq; multitudine, confestim retro Lepolemus agebat, non inuitum. Nam et alias curiosus & tunc latronum captiuitatis spectator optabã fieri. Quos quidem colligatos adhuc uino magis quàm uinculis deprehendimus. Totis ergo prolatis, erutisq; rebus, & nobis auro & argento cæterisq; onustis, ipsos partim constrictos uti fuerant, prouolutosq; in proximas ripas præcipites dedere. Alios uero suis sibi gladijs obtruncatos reliquere. Tali uindicta læti & gaudentes ciuitatem reuenimus, & illas quidem diuitias publica custodela commisere, Lepolemo puellam repetitam lege tradidere. Exin me suum sospitatorem nũcupatũ matrona prolixe quæritabat, ipsoq; nuptiarũ die, præsepiũ meũ ordeo passim repleri iubet, fenumq; camelo bactriano sufficiens apponi. Sed quas ego cõdignas Fotidi diras deuotiones iprecor, quæ me formauit nõ canẽ, sed asinũ. Quippe cum uiderẽ largissimæ cœnæ reliquijs, rapinisq; canes oẽs inescatos, atq; distẽtos. Post unicã noctẽ et rudimẽta Veneris, recẽs nupta gratias súmas apud suos parẽtes, ac maritũ mihi meminisse nõ destitit. quo ad summos illi promtterẽt honores habituri mihi. Cõuocatis deniq; grauioribus amicis, cõsiliũ datur, quo potissimũ facto digne remuneraret. Placuerat uni, domi me cõlcusum, & ociosum, ordeo, lecto, fabáq;, et uitia saginari. Sed obtinuit alius, q meæ libertati prospexerat, suadẽs ut ru

restribus potius campis in greges equinos lasciuiens discurrerem, daturus domnis equarum inscensu generoso multas mulas alumnas. Ergò igitur euocato statim armentario equisione, magna cum præfatione deducendus assignor, & sanè gaudens lætusq; præcurrebam, sarcinis & cæteris iam nunc renuntiaturus, nactáq; libertate ueris initio, pratis herbantibus, rosas utiq; reperturus aliquas. Subibat me tamen illa etiam sequens cogitatio, quod tantis actis gratijs honoribusq; plurimis asino meo tributis, humana facie recepta, multo tanta pluribus beneficijs honestarer. Sed ubi me procul à ciuitate gregarius ille perduxerat, nullæ delitiæ, ac ne ulla quidem libertas excipit. Nã protinus uxor eius, auara quidem nequissimáq; illa mulier, molæ machinariæ subiugum me dedit, frondosóq; baculo subinde castigans, panem sibi, suisq; de meo parabat corio. Nec tantũ sui cibi gratia me fatigare cõtenta, uicinorũ etiã frumenta mercẽnarijs discursibus meis cõterebat. Nec mihi misero statuta saltẽ cibaria, pro tãtis præstabãtur laboribus. Nãq; ordeũ meũ fictum, & sub eadem mola meis quassatum ambagibus, colonis proximis uẽditabat, mihi uero per diẽ laborioſæ machinæ attento, sub ipsa uespera furfures apponebat iertes, ac sordidos, multóq; lapide salebrosos. Talibus erumnis edomtũ, nouis furtuna sæua cruciatibus tradidit, silicet ut quod aiũt, domi, foriſq; fortibus factis adoriæ plenæ gloriarer. Equinis armentis, nanq; me congregem pastor egregius, mãdati domnici serus auscultator, aliquãdo pmsit. At ego tandẽ liber asinus, lætus, et tripudiãs, graduq;

molli

molli gestiens, equas opportunissimas iam mihi, concubinas mihi futuras deligebam. Sed hic etiam spes hylarior in capitale processit exitium. Mares enim, ob admissuram ueterem pasti satianter, ac diu saginati, terribiles alioquin, & utiq; quouis asino fortiores, de me metuentes sibi, & adulterio degeneri præcauẽtes, nec hospitalis Iouis seruato fœdere, riualem summo furentes persequuntur odio. Hic elatis in altum uastis pectoribus, arduus capite, & sublimis uerticæ, primoribus in me pugillatur ungulis. Ille terga pulposis torulis obesa conuertens, postremis uelitatur calcibus. Alius hinnitu maligno comminatus, remulsis auribus, dentiumq; candentium renudatis hastis, totum me cõmorsicat. Sic apud historiã de rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos deuorandosq; porrigebat, adeo præpotens ille tyrannus, sic parcus ordei fuit, ut edacium iumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret. Ad eundẽ modũ distractus, et ipse uarijs equorum incursibus, rursus molares illos circuitus requirebã. Verum fortuna meis cruciatibus insatiabilis, aliam denuo mihi pestem instruxit. Delegor enim ligno monte deuehundo, puerq; mihi præfectus imponitur, omnium ille quidẽ puer deterrimus. Nec me mõtis excelsi tantũ arduũ fatigabat iugũ, nec saxeas tantũ sudes ĩcursando cõterebã ungulas, uerũ fustiũ quoq; crebris ictibus persæpe dedolabar, ut usq; plagarũ mihi medullaris insideret dolor, coxæq; dexteræ semper ictus incutiẽs, et unũ feriẽdo locũ, dissipato corio et ulceris latissimi facto foramine, immo fouea,

uel etiam feneſtra, nullus tamen deſinebat identidem uulnus ſanguinem delibutũ obtundere, lignorum uero tanto me premebat pondere, ut ſarcinæ molem elephanto non aſino paratam putares. Ille uero, quotiens in alterum latus præponderans declinarat ſarcina, cũ deberet potius grauantis ruinæ fuſtes demere, & leuata pauliſper preſſura ſanare me, uel cœrte in alterum latus trãslatis peræquare, contra, lapidibus additis inſuper, ſic iniquitati ponderis medebatur. Nec tamen poſt tantas meas clades immodico ſarcinæ pondere contentus, cum fluuium tranſcenderemus, qui forte præter uiam defluebat, pedibus ſuis ab aquæ madore conſulens, ipſe quoq; inſuper lumbos meos inſiliens reſidebat, exiguũ ſcilicet et illud tantæ molis ſuperpondium. At ſi quo caſu, limo cœnoſo, ripæ ſu per alio lubricante, oneris imprudentia prolapſus deruiſſem, cum deberet egregius agaſo manum porrigere, capiſtro ſuſpendere, cauda ſubleuare, cœrtam partẽ tanti ponderis, quoad reſurgerem ſaltem, detrahere, nullum quidem defeſſo mihi ferebat auxilium, ſed occipiẽs à capite, immo uero et ipſis auribus, totũ me cõpilabat, cædit fuſte grauiſſimo, donec fomẽti uice, me plagæ ſuſcitarẽt. Idem mihi talẽ excogitauit pernicicm ſpinas acerrimas & punctu uenenato uiroſas, tortili nodo in falcem conſtrictas, caudæ meæ pẽſilẽ deligauit cruciatum, ut inceſſu modo commotæ incitatæq; funeſtis aculeis infeſtæ, me conuulnerarent. Ergò igitur ancipiti malo laborabam. Nam cum me curſu proripueram fugiens acerbiſſimos incurſus, uehementiore nixu ſpinarum feriebar, ſi dolori parcẽs

paululum reſtitiſſem, plagis compellebar ad curſum, nec quicquam uidebatur aliud excogitare puer ille nequiſſimus, quàm ut me quoquomodo perditum iret, idq; iurans, et nonnũquã cõminabatur, et planè fuit, quod eius deteſtabilem malitiam ad peiores conatus ſtimularet. Nam quadam die nimia eius inſolentia expugnata patientia mea, calces ualidos extuleram. Deniq; tale facinus in me comminiſcitur, ſtuppæ ſarcina me ſatis onuſtum, properéq; funiculis cõſtrictum, producit in uiam, déq; proxima uillula ſpirantem carbũculũ furatus, oneris in ipſo meditullio reponit. Iamq; fomento tenus caleſcens, & enutritus ignis ſurgebat in flammas, & totum me funeſtus ardor inuaſerat, nec ullum peſtis extremæ ſuffugium, nec ſalutis aliquod apparet ſolatium, & uſtrina talis moram non ſuſtinet, ſed meliora conſilia præuertitur. Sed in rebus ſæuis adfulſit fortunæ nutus hylarior, neſcio an futuris periculis me reſeruãs, certe præſente ſtatutáq; morte liberãs. Nã forte pluuiæ pridianæ recens cõceptaculũ aquæ lutulẽtæ proximũ conſpicatus, ibi memet improuido ſaltu totum abijcio, flammáq; prorſus extincta tandem, & pondere leuatus, & exitio liberatus euado. Sed ille deterrimus ac temerarius puer, hic quoq; ſuum nequiſſimum factum in me retorſit, gregarijſq; omnibus affirmauit, me ſponte uicinorum foculos tranſeuntem titubanti gradu prolapſum, ignem ultroneum accęſſiſſe, mihi etiam arridens addidit, quouſq; ergo fruſtra paſcemus igni genum iſtum? Nec multis interiectis diebus, longe prioribus me dolis petiuit. Ligno enim quod ge

rebã, in proximam cõsulam uendito, uacuum me ducens, iam se nequitiæ meæ proclamans imparem, miserrimumq; istud magisterium renuens, querelas huiusmodi concinnat. Videtis istum pigrum tardissimumq; & nimis asinum, me præ cæteris flagitijs nunc nouis periculis etiam angit. Vt quenq; enim uiatorem prospexerit, siue illa sit uetula mulier, siue uiro nubilis, seu tener puellus, se se illico disturbato gestamine, nonnunquã etiam ipsis stramentis abiectis, furens incurrit, & homines amator talis appetit, & humi prostratis illis inhians illicitas, atq; incognitas temptat libidines, & ferinas uoluptates, auersam Venerẽ, inuitat ad nuptias. Nã imaginẽ etiã sauij mẽtiendo, ore improbo cõpulsat ac morsicat. Quæ res nobis nõ mediocris lites atq; iurgia, immo forsitã & crimina pariet. Nũc etiã uisa quadã honesta iuuene, ligno, qđ deuehebat, abiecto, dispersoq;, in eã furiosos direxit ipetus, et festiuus hic amasio humo sordida prostratã mulierẽ, ibidẽ in corona oium gestiebat inscẽdere, quod nisi ploratu, gestuq; fœmineo cõclamatũ uiatorũ præsidiũ accurrisset, ac de medijs unguis ipsius eẽt erepta, liberataq;, misera illa cõpauida atq; dirupta ipsa quidẽ cruciabilem cladem sustinuisset, nouis uero penale reliquisset exitium. Talibus mendacijs admiscendo sermones alios, qui meum uerecũdum silentium uehementius premerent, animos pastorum in meam perniciem atrociter suscitauit. Deniq; unus ex illis, quin igitur publicum istum maritum inquit, immo cõmunem omniũ adulterũ, illis suis monstrosis nuptijs condignam uictimamus hostiã, et heus

tu puer ait obtruncato protinus eo intestina quidē ca-
nibus nostris iacta, cæterā uero carnē oēm operariorū
cœnæ reserua. Nā corium insperſu cineris offernatum
dominis referemus, eiusq; mortem de lupo facile men
tiemur. Sublata cunctatione accurſator ille meus no-
xius, ipſe etiā paſtoralis executor ſententiæ lætus, et
meis inſultans malis, calcisq; illius admonitus, quàm
ineffiacem me fuiſſe hercules doleo, protinus gladiū
cotis attritu parabat. Sed quidā de cœtu illo ruſticorū
nefas ait, tam bellū aſinū ſic enecare, et propter luxu
riam laſciuiamq; amatoriā criminatū, opera ſerui-
tioq; tā necæſſario carere, cū alioquin exectis genita
libus poſſit neq; in Venerē nullo modo ſurgere, nosq;
omni metu periculi liberare, inſuper etiā longe craſ=
ſior, atq; corpulentior effici. Multos ego ſcio non modo
aſinos inertes, uerum etiam ferociſſimos equos nimio
libidinis calore laborantes, atq; ob id truces ue ſa-
nosq;, adhibita tali deteſtatione, manſuetos ac man
ſues exinde factos, & oneri ferendo non inhabi-
les, & cæteri miniſterij patientes. Deniq; niſi uo
bis ſuadeo nolentibus. Poſſum ſpacio modico interie
cto, quo mercatum proximum obiſſe ſtatui, petitis è
domo ferramentis huic curæ præparatis, ad uos actu
tum redire, trucemq; amatorem iſtum atq; inſua-
uem diſſitis fœmoribus emaſculare, & quouis uer-
uecæ mutiorem efficere. Tali ſententia medijs orci ma
nibus retractus, ſed extunc pœnæ reſeruatus mœre-
bam, & in nouiſſima parte corporis totum me peri
turū deflebā. Inedia deniq; cōtinua, uel præcipiti ruī
na, memetipſe quærebā extinguere, morituras quidē

nihilominus, sed moriturus integer. Dumq; in ista necis meæ decunctor electione, matutino me rursum puer ille peremptor meus circa montis suetum ducit uestigiũ. Iãq; me de cuiusdã uastissimæ illicis ramo pẽdulo destinato, paululũ uiã supgressus, ipse securi lignum, quod deueheret, recidebat. Et ecce de proximo specu uastũ attollens caput funesta proserpit ursa, quam simul conspexi, pauidus et repentina facie conterritus, totum corporis pondus in postremos poplites recello, arduáq; ceruice sublimiter eleuata, lorũ, quo tenebar, rumpo, méq; protinus pnici fugæ committo, perq; prona non tantum pedibus, uerum etiam toto proiecto corpore, propere deuolutus immitto me campis subpatentibus, & summo studio fugiens immanem ursam, ursáq; peiorem illum puerum. Tunc quidem uiator solitariũ uagumq; me respiciens, inuadit, et properiter inscensum baculo, quem gerebat obuerberans, per obliquã ignaramq; me ducebat uiam, nec inuitus ego cursui me acommodabam, relinquẽs atrocissimam uirilitatis lanienã. Cæterũ plagis nõ magnopere commouebar, quippe consuetus ex forma concidi fustibus. Sed illa fortuna meis casibus peruicax, tam oportunum latibulum, misera celeritate peruersa nouas instruxit insidias. Pastores enim mei, pditam sibi requirẽtes uacillam, uariasq; regiones peragrantes, occurruunt nobis fortuito, statimq; me cognitum, capistro prehensum attrahere gestiunt. Sed audacia ualida resistens ille, fidem hominum, dominiq; testabatur, quid me raptatis, quid inuaditis? An te nos tractamus inciuiliter? Qui nostrũ asinum furatus abducis? Quin potius

effaris, ubi puerum eiusdem agasonem necatum scilicet occultaris, et ilico detractus ad terram, pugnisq; pulsatus, et calcibus cótusus, infit deierans, nullum sese=met uidisse ductorem, sed planè concinnatum solutum et solitarium, ob indicinæ præmiũ occupasse, domino tamen suo restituturũ. Atq; utinam ipse asinus, inquit, quẽ nunq̃ profecto uidissem, uocẽ quiret humaná dare, meaeq; testimoniũ innocentiæ perhibere posset, profecto uos huius iniuriæ pigeret. Sic adseuerans nihil quicq̃ promouebat. Nam collo constrictum reducunt eũ pastores molesti ariæ montis illius siluosa nemora, unde lignũ puer solebat egerere. Nec uspiam ruris reperitur ille, sed planè corpus eius membratim laceratum, multisq; dispersum locis conspicitur. Quam rem proculdubio sentiebã ego illius ursæ dentibus esse perfectam, & hercules dicerem, quod sciebam, si loquendi copia suppeditaret. Sed quod solum poteram, tacitus licet, seræ uindictæ gratulabar. Et cadauer quidẽ disiectis partibus tandem totum repertum, ægreq; concinnatum, ibidem terræ dedere, meum uero Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentumq; percussorem criminãtes, ad cæsas interim suas uinctum perducunt, quo ad renascenti die sequenti, deductus ad magistratus, ut aiebant, pœnæ redderetur. Interim dum puerum illum parentes sui plangoribus fletibusq; quærebantur, & aduenies ecce rusticus, nequaquam promissum suum frustratus, destinatam sectionem meam flagitat. Non est inquit in his unus, indidem præsens iactura nostra, sed planè crastino libet, non tantum naturam, uerũ & caput

quoq; ipſum peſſimo iſto aſino demere. Nec tibi miniſterium deerit iſtorum. Sic effectum eſt, ut in alterũ diem clades differretur mea. At ego gratias agebam bono puero, quod ſaltem mortuus unam cærnificinæ meæ diculam donaſſet. Nec tamen tantillum ſaltem gratulationi meæ quietíq; ſpacium datum. Nam mater pueri mortem deplorans acerbã filij, fleta et lachrymoſa, fuſcáq; ueſte contecta, ambabus manibus trahens caneroſam caniciem, eiulans et exinde proclamans ſtabulum irrumpit meum, tunſisq; ac diuerberatis uehementer uberibus, incipit, & tunc ipſe ſecurus incumbens præſepio, uoracitati ſuæ deſeruit, et inſatiabilem profundumq; uentrem ſemper eſitando diſtendit, nec erumnæ meæ miſeret, uel deteſtabilem caſum defuncti magiſtri recordatur, ſed ſcilicet ſenectam infirmitatemq; meam contemnit, ac deſpicit, & impune ſe laturum tantum ſcelus credit? At utcunq; ſe præſumit innocentem. Eſt enim congruens peſſimis conatibus circa noxiam conſcientiam, ſperare ſecuritatem. Nam proh deũm fidem, quadrupes nequiſſime, licet præcariam uocis uſuram ſumens, cui tandem uel ineptiſſimo perſuadere poſſis, atrocitatem iſtã culpa uacare, cum propugnare pedibus, et arcere morſibus miſello puero potueris? An ipſum quidem ſæpius incurſare calcibus potuiſti, moriturum uero defendere alacritate ſimili nequiſti? Certe dorſo receptũ auferres protinus, et infeſti latronis cruentis manibus eriperes. Poſtremum deſerto derelictoq; illo conſeruo magiſtro, comite, paſtore, nõ ſolus auſugeres. An ignoras, eos etiam qui morituris auxilium ſalutare de-

negauerint, quod contra bonos mores idipsum fecerint, solere puniri? Sed non diutius meis cladibus lætaberis homicida, senties efficiam misero dolori naturales uires adesse, et cum dicto assertis manibus exoluit suam sibi fasciam, pedesq; meos sigillatim illigãs, indidem constringit arctissime scilicet nequid uindictæ meæ superesset præsidium, et pertica qua stabuli fores offirmari solebant arrepta, non prius me desiit obtundere, q̃ uictis fessisq; uiribus, suopte pondere degrauatus manibus eius fustis esset elapsus. Tunc de brachiorum suorũ cita fatigatione conqueſta, procurrit ad focum, ardentemq; ticionem gerens, medijs inguinibus obtrudit, donec solo quod restabat innixus præsidio, liquida fimo stricti egesta, faciẽ atq; oculos eius confedassem. Qua cæcitate atq; fetore tandem fugata est à me pernicies. Cæterum ticione delirantis Altheæ Meleager asinus interisset.

Octis gallicinio, uenit quidam iuuenis proxima ciuitate, ut quidem mihi
n uidebatur, unus de famulis Charites puellæ illius, quæ mecum apud latrones pares erumnas exanclauerat. Is de eius exilio et domus totius infortunio, mira ac nefanda ignem propter assidens inter conseruorum frequẽtiam, sic annuntiabat. Equisiones Opilionesq; etiam Bubsequæ fuit Charite nobis quam misella, & quidem casu grauissimo, nec uero incomitata manes adiuit. Sed ut cuncta noritis, referam uobis à capite quæ gesta sunt, quæq; possint merito doctiores, quibus stilum fortuna submunistrat in historiæ speciem chartis inuoluere. Erat in proxima ciuitate iuuenis, natalibus prænobilis, equo clarus, et pecuniæ fuit satis locuples, sed luxuriæ popinalis, scortisq; et diurnis potationibus exercitatus, atq; ob id factionibus latronũ male sociatus, nec non etiam manus infectus humano cruore, Thrasillus nomine, idq; sic erat, & fama dicebat. Hic cum primũ Charite nubendo maturuisset, inter præcipuos procos, summo studio petitionis eius munus obierat, et quanquã cæteris omnibus, id genus uiris antistaret, eximijsq; muneribus parentum inuitaret iudicium, morum tamen improbatus, repulsæ contumelia fuerat aspersus. At dum herilis puella in boni Lepolemi manum uenerat, firmiter deorsus delapsum nutriens amorẽ, et denegati thalami permiscens indignationem, cruento facinori quærebat accessum. Na-

ctus deniq; præsentiæ suæ tempestiuam occasionem, scæleri quod diu cogitarat, accingitur. Ac die, quo prædonum infestis mucronibus puella fuerat astu, uirtutibusq; sponsi sui liberata, turbæ gratulantium exultans, insigniter permiscuit se sé, salutiq; præsentia futuræ soboli nouorum maritorum gaudibundus, ad honorem splendidæ prosapiæ, inter præcipuos hospites domum nostram receptus, occulato consilio scæleris, amici fidelissimam personam mentiebatur. Iamq; sermonibus assiduis, et conuersatione frequenti, nonnunquam etiam cœna, poculoq; communi charior, chariorq; factus, in profundã foueam Cupidinis sese paulatim nescius præcipitauerat quid ni? Cum Flamma sæui amoris, parua quidem primo uapore delectet, sed fomento consuetudinis exæstuans ímodici ardoris, totos cõburat homines. Diu deniq; deliberauerat secum Thrasillus, cum nec clãdestinis coloquijs opportunum reperiret locum, et adulterinæ Veneris magis magisq; præclusos aditus, copia custodientium cerneret, nouæq; atq; gliscentis affectionis firmissimũ uinculũ nõ posse dissociari ꝑspicæret, et puellæ si uellet, q̃q̃ uelle nõ posset, furatrinæ cõiugalis incommodaret rudimentũ, et tamẽ ad hoc ipsum, quod nõ potest, cõtentiosa pnicie, quasi posset, ípellitur, quod nũc arduũ factu putatur, amore per dies roborato, facile uidetur effectu, spe, ætate deniq;. Sed oro solicitis animis intendite, quorsum fierioſæ libidinis proruperint impetus. Die quadam uenatum Lepolemus assumpto Trasillo petebat, indagaturus feras, quod tamen in Capreis feritatis est. Nec enim Charite maritum suum quærere patiebatur be

ſtias armatas dente uel cornu. Iamq; apud frondoſum tumulum ramoſumq; denſis tegminibus umbroſo proſpectu ueſtigatorũ, obſeptis cãpis canes uenationis indagini generoſæ, madato cubili reſidentes inuaderent beſtias, immittuntur. Statimq; ſolertis diſciplinæ memores, partiti totos præcingunt aditus, tacitaq; prius ſeruata muſſitatione, ſigno ſibi repentino reddito, latratibus feruidis diſſonisq; miſcent omnia. Nec ulla capra, nec pauens dammula, nec præ cæteris feris mitior cerua, ſed aper immanis atq; inuſitatus exurgit, toris calloſæ cutis obeſus, pilis inhorrentibus corio ſqualidus, ſetis inſurgentibus, ſpinæ hiſpidus, dẽtibus attritu ſonaci ſpumeus, oculis flammeus, aſpectu minaci, impetu ſæuo frementis oris totus fulmineus. Et primum quidem canum procaciores, qui commus contulerant ueſtigium, genis hac illac iactatis, conſectas interficit. Deinde calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, tranſabijt. Et nos quidem cuncti pauore deterriti, et alioquin innoxijs uenationibus conſueti, tunc etiam inermes atq; immuniti, tegumentis frondis uel arboribus latenter abſcondimus. Traſillus uero nactus fraudium oportunum decipulum, ſic Lepolemũ captioſe compellat. Quid ſtupore confuſi uel etiam caſſa formidine ſimules humilitati ſeruorũ iſtorũ, uel in modum pauoris fœminei deiecti, tam opimã prædam medijs manibus amittimus? Quin equos inſcendimus? quin ocius indipiſcimur? et capeuenabulũ, et ego ſummo lanceam. Nec tantillum morati, protinus inſiliunt equos, ex ſummo ſtudio beſtiam inſequẽtes. Nec tamen illa genuini uigoris oblita, retorquet im

pctum, et incendio feritatis ardescens, dentium compul su, quem primū insiliat contabunda rimatur. Sed prī or Lepolemus iaculum, quod gerebat, insuper dor- sum bestiæ contorsit. At Trasillus feræ quidem peper- cit, sed equi, quo uehebatur Lepolemus, postremos po plites lanceæ feriens amputat. Quadrupes recidens, qua sanguis effluxerat, toto tergo supinatus, inuitus do minum suū deuoluit ad terram. Nec diu, sed eū aper furens inuadit iacentem, ac primo lacinias eius, mox ipsum resurgentem multo dēte laniauit. Nec cœpti ne- farij bonum piguit amicū, uel suæ sæuitiæ litatum sal tem tanto periculo cernens, potuit expleri. Sed percito, atq; plagosa crura uulnera contegenti, suumq; auxi- lium miseriter roganti perfœmur dextrum dimsit lanceam, tanto illo quidem fidentius, quanto crederet ferri uulnera simulia futura profectu dētium, nec nō tamen ipsam quoq; bestiam facili manu transadyt. Ad hunc modū defuncto iuuene excitī latibulo suo quisq; famulia mœsta concurrimus. At ille quanquam perfe fecto uoto, prostrato inimico lætus ageret, uultu tamen gaudium tegit, et frontem adseuerat, et dolorem si- mulat, et cadauer, quod ipse fecerat auide circumple xus, omnia quidem lugentium officia solerter affin- git, sed solæ lachrymæ procedere noluerunt, sic ad no stri similitudinem, qui uere lamentabamur conforma tus, manus suæ culpam bestiæ dabat, nec dum satis scæ lere transacto, fama dilabitur, et cursus primos ad do mū Lepolemi detorquet, et aures infelicis nuptæ per cutit. Quæ quidē simul percepit talem nunciū, qualē non audiet alium, amens, et uecordia percita, cursq;

baccata furibundo, per plateas populosas, & arua ru restria fertur insana uoce, casum mariti queritans. Confluunt ciuium mœstæ cateruæ, sequuntur obuij dolore sociato, ciuitas cuncta uacuatur studio uisionis. Et ecce mariti cadauer accurrit, labentiq; spiritu totã se super corpus effudit, ac plenissime ibidem, quam deuouerat ei, reddidisset animã. Sed ægre manibus erepta suorum remansit in uita. Funus uero toto feralem pompam prosequente populo, deducitur ad sepulturam. Sed et Thrasillus nimium clamare, plangere, & quas in primo mœrore lachrymas non habebat, iam scilicet crescente gaudio, reddere, et multis charitatis nominibus ueritatem ipsam fallere, illum amicum, coetaneum, contubernalem, fratrem deniq; addito nomine lugubri ciere, necnon interdũ manus Charites à pulsandis uerberibus amouere, luctum sedare, eiulatum coercere, uerbis palpantibus stimulum doloris obtundere, uarijs exemplis multiuagi casus solatia nectere, cunctis tamen mentitæ pietatis officijs studium contrectandæ mulieris adhibere, odiosumq; amorem suum perperam delectando nutrire. Sed officijs inferalibus statim ereptis, puella protinus festinat ad maritum suum demeare, cunctasq; prorsus pertẽtat uias, certe illam lenem, ociosamq;, nec telis ullis indigentem, sed placidæ quieti consimilẽ, inedia, deniq; misera, et incuria squalida, tenebris imis abscõdita cum luce iam transegerat. Sed Thrasillus instãtia peruicaci, partim per semetipsum, partim per cæteros familiares ac necessarios, ipsos deniq; pullæ parẽtes, extorquet tandẽ iã lurore & illuuie penè collapsa mẽ-

bra, lauacro, cibo deniq; cõfoueret. At illa parẽtum suorum alioquin reuerens, multa quidem, uerum religiose necessitati succumbens, multu non quidem hylari, uerum paulo sereniore, obiens, ut iubebatur, uiuentium munia, prorsus in pectore, immo uero penitus in medullis, luctu ac mœrore cõrpebat animum, diesq; totos totasq; noctes insumebat luctuoso desiderio, & imagines defuncti, quas ad habitum dei. Liberi formauerat, affixo seruitio, diuinis percolens honoribus, ipso se solatio cruciabat. Sed Thrasillus præceps alioquin, & de ipso nomine temerarius, priusquam dolorẽ lachrymæ satiarent, et peractæ mentis resideret furor, et in sese nimietatis senio lacesseret luctus, adhuc flẽtẽ maritũ, adhuc uestes lacerantẽ, adhuc cãpillos distrahentẽ, non dubitauit de nuptijs conuenire, et impudentiæ labe tacita pectoris sui secreta fraudesq; ineffabiles detegere. Sed Charite uocem nefandam et horruit & detestata est, & uelut graui tonitru procellaq; sideris, uel etiam ipso diali fulmine percussa, corruit corpus, & obnubilauit animã. Sed ẽteruallo reualescẽte, paulatim spiritu ferinos rugitus iterãs, ẽt scænã pessimi Thrasilli perspiciens ad limã consilij, desideriũ petitoris distulit. Tũc inter moras, umbra illa misere trucidati Lepolemi, sanè cruẽtã et pallore deformẽ attolens faciẽ, quietẽ pudicã interpellat uxoris. Mi coniũx, q. tibi prorsus ab alio dici nõ licebit, et si pectori tuo iã permanet nostri memoria, uel acerbæ mortis meæ casus fœdus charitatis iterdicit, quous alio felicius maritare, modo nẽ Thrasilli manũ sacrilegã cõuenias, nẽue sermonẽ cõferas, ne

mensam accumbas, nec toro acquiescas. Fuge mei percussoris cruentam dexteram, noli parricidio nuptias auspicari, uulnera illa quorum sanguinem tuæ lachrymæ proluêre, non sunt tota dentium, uulnera lanceæ mali Thrasilli me tibi fecit alienum, & addidit cætera, omnemq; scænã sceleris illuminat. At illa ut primum mœsta quieuerat toro faciem impressa, etiã nunc dormiens, lachrymis emanantibus genas cohumidat, et uelut quodã tormẽto inqeta quiete excussa, luctu redintegrato prolixũ eiulat, discissáq; interula, decora brachia sæuientibus palmulis conuerberat. Nec tamen cum quoquam participatis nocturnis imaginibus, sed indicio facinoris prorsus dissimulato, & nequissimum percussorem punire, & erumnabili uitæ sese subtrahere tacita decernit. Ecce rursus improuidæ uoluptatis detestabilis petitor, aures obseratas de nuptijs obtundens aderat. Sed illa clementer aspernata sermonẽ Thrasilli, astuq; miro personata instanter garrienti, summisséq; deprecanti, adhuc inquit tui fratris meiq; charissimi mariti facies pulchra illa i meis diuersatur oculis. Adhuc odor ambrosii corporis per nares meas pcurrit. Adhuc formosus Lepolemus in meo uiuit pectore. Boni ergo et optimi cõsules, si luctu legitimo miserrimæ fœminæ necessariũ cõcesseris tẽpus, quoad residuis mẽsibus spaciũ reliquũ cõpleatur anni. Quæres cũ meũ pudorẽ, tũ ẽt tuũ salutare cõmodũ respicit, ne forte imaturitate nuptiarũ indignatione iusta manes acerbos mariti ad exitum salutis tuæ suscitemus. Nec isto sermone Thrasillus sobrie factus, uel

saltem

ſaltẽ tẽpeſtiua pellicitatione recreatus identidẽ pergit linguæ ſauciãtis ſuſurros iprobos igerere, quo ad ſimulanter reuicta Charite ſuſcipit, iſtud equidem certe magnopere deprecanti concedas neceſſe eſt mihi Thraſille, ut interdũ tacati clandeſtinos coitus obeamus, nec quiſquam præſentiſcat familiarium, quoad dies reliquos metiatur annus. Promiſſioni fallacioſæ mulieris oppreſſus ſuccubuit Thraſillus, & prolixe conſentit de futuro concubitu, noctemq; & opertas exoptat ultro tenebras, uno potiundi ſtudio poſtponẽs omnia. Sed heus tu inquit Charite, quàm probe ueſte contectus, omniq; comite uiduatus prima uigilia fores meas tacitus accedas, unoq; ſibilo cõtentus, nutricẽ iſtam meam operiare, quæ clauſtris adherens excubabit ad uentui tuo. Nec ſecus patefactis ædibus acceptum te, nullo lumine conſcio, ad meum perducet cubiculum. Placuit Thraſillo ſcæna feralium nuptiarum, nec ſe quius aliquid ſuſpicatus, ſed ex pactione turbidus, de diei tantum ſpatio & ueſpere mora querebatur. Sed ubi ſol nocti tandẽ deceſſit, & imperio Charites ad ornatus, et nutricis captioſa uigilia deceptus irrepit cubiculum pronus ſpei. Tunc anus de iuſſu domnæ blãdiens ei, furtim depromptis calcibus, et œnoforo, quod immixtum uino ſoporiferum gerebat uenenum, crebris potionibus auide ac ſecure hauricntem, mentita dominæ tarditatẽ, quaſi parentem adſideret ægrotũ, facile ſepeliuit ad ſomnũ. Iamq; eo ad oẽs iniurias expoſito ac ſupinato, introuocata Charite, maſculis animis ipetuq; diro fremẽs inuadit, ac ſuperſtitit ſicariũ, et inqt. Fidus coniugis mei comes, en uenator egregius,

en charius maritus, hæc est illa dextera quæ meum sanguinem fudit, hoc pectus, quod fraudelentas ambages in meum concinnauit exitium, oculi isti, quibus male placui, qui quodammo tamen iam futuras tenebras auspicantes uenientes pœnas antecœdunt, quiescæ securus, beate somniare, non ego gladio, non ferro petam. Abſit, *ut simuli mortis genere cum marito meo coequeris, uiuo tibi morientur oculi, nec quicquam uidebis nisi dormiens, faxo feliciorem necem inimici tui, quàm uitam tuã sentias, lumen certe nõ uidebis, manu comitis indigebis,* Charitem *nõ tenebis, nuptijs non frueris, nec mortis quiete recreaberis, nec uitæ uoluptate lætaberis, sed incertum simulachrum errabis inter orcum et solem, et diu quæres dexterã, quæ tuas expugnauit pupulas, quodq; ẽ in erũna miserrimum nescies de quo queraris.* At *ego sepulchrum mei* Lepolemi *tuo luminum cruore libabo, & sanctis manibus eius istis oculis parẽtabo.* Sed *quid mora? tempori dignum cruciatum lucraris, & meos forsitan tibi pestiferos imaginaris amplexus? relictis somnolẽtis tenebris ad aliam pœnalem euigila caligmem, attolle uacuã faciẽ, uindictã recognosce, infortuniũ intellige, erũnas cõputa, sic pudicæ mulieri tui placuere oculi, sic faces nuptiales tuos illuminarũt thalamos, ultrices habebis pronubas, et orbitatem comitem, et perpetuæ conscientiæ stimulũ.* Ad *hũc modũ uaticinata mulier, acu crinali capite deprõpta* Thrasilli *cõuulnerat tota lumina, eumq; prorsus exoculatũ relinquens, dum dolore nescio crapulam cum somno discutit, arrepto nudo gladio, quo se* Lepolemus *solebat incingere, per*

mediam ciuitatem cursu furioso proripit se, proculdu bio nescio quod scelus gestiens circa monumentum ma riti contendit. At nos et omnis populus nudatis totis ædibus, studiose consequimur, hortati mutuo, ferrum uesanus extorquere manibus. Sed Charite cæpulum capit Lepolemi, propter assistens, gladioq; fulgenti sin gulos abigens, ubi fletus uberes & lamentationes na rias cunctorum intuetur. Abijcite inquit importunas lachrymas, abijcite luctum meis uirtutibus alienũ, uindicaui in mei mariti cruentum perẽptorẽ. Punita sum funestum mearum nuptiarum prædonem, iam tempus est, ut isto gladio deorsus ad meum Lepole mum uiam quæram, & enarratis ordine singulis, quæ sibi per somniũ nuntiauerat maritus, quoq; astu Thrasillum inductum petisset, ferro sub papillam dexteram transacto concorruit, & in suo sibi peruo luta sanguine, postremo balbutiens incerto sermone perflauit animam uirilem. Tunc propere familiares miseræ Charites, accuratissime corpus ablutum, mu nita sepultura ibidem marito perpetuam coniugẽ red didere. Thrassillus uero cognitis omnibus, nequiens idoneũ exitium præsenti clade reddere, certusq; tãto facinori nec gladiũ sufficere, sponte delatus ibidẽ ad sepulchrũ. Vltronea uobis infesti manes en adest uĩ ctima, sæpe clamitãs, ualuis super sese diligẽter obse ratis, iedia statuit elidere sua sentẽtia dãnatũ spiritũ. Hic ille lõgo trahẽs spiritu, et nõnunq; illachrymãs, grauiter affectis rusticis annũtiabat. Tũc illi mutati do mini nouitatẽ metuẽtes, et ĩfortuniũ domus herilis al tius miserãtes, fugæ cõparãt. Sed equorũ magister q

me curãdũ magna ille qdẽ cõmẽdatióe ſuſcæperat, qc qd in cæſula preciоſum cõditũ ſeruabat, meo atq; alio rũ iumẽtorũ dorſo repoſitũ aſportãs, ſedes priſtinas deſerit. Gerebamus infãtulos, et mulieres gerebamus, pullos, paſſeres, hædos, cætellos, et quicqd infirmo gradu fugã morabatur, noſtris quoq; pedibus ambulabat. Nec me põdus ſarcinæ quanq; enormis urgebat. Quippe gaudiali fuga deteſtabilẽ illũ exectorẽ uirilitatis meæ reliquẽtẽ. Syluoſi montis aſperũ permenſi iugum, rurſuſq; repoſita camporum ad ſpatia peruecti iam ueſpera ſemitam tenebrante, peruenimus ad quoddam cæſtellum frequens & opulens, unde nos incolæ nocturna, immo uero matutina etiam prohibebant egreſſione. Lupos enim numeroſos, grandes, et uaſtis cõporibus ſarcinoſos, ac nima ferocitate ſæuiẽtes paſſim rapinis adſuetos infeſtare cunctam illam regionem. Iamq; ipſas uias obſidere, et in modum latronum prætereuntes aggredi, immo etiam ueſana fame rabidos, finitimas expugnare uillas, exitumq; inertiſſimorum pecudum ipſis iã humanis cæpitibus immunere. Deniq; ob iter illud, qua nobis erat commeandum, iacere ſemeſa hominum cõpora, ſuisq; uiſceribus nudatis oſſibus cuncta candere, ac per hoc nos quoq; cautione ſumma uiæ reddi debere, idq; uel in primis ob ſerenitatem, ut lucæ clara, & die iam prouecto, et ſole florido uitantes undiq; latentes iſidias, cum & ipſo lumine dirarum beſtiarum repigratur impetus, non laciniatim diſperſo, ſed cuneatim ſtipato commeatu difficultates illas tranſabirenus. Sed nequiſſimi fugitiui ductores illi noſtri cæcæ feſtina-

tionis temeritate ac metu incertæ insequutionis spreta salubri monitione, nec expectata lucæ proxima, circa fermè tertiã uigiliã noctis onustos nos ad uiam propellunt. Tunc ego metu prædicti periculi, q̃tum potueram, turbæ medius & inter conferta iumenta latenter absconditus clunibus meis ab aggressionibus ferinis consulebam, iamq; me cursu celeri cæteros equos antecellentem mirabantur omnes, sed illa pernicitas non erat alacritatis meæ, sed formidinis indicium. Deniq; mecum ipse reputabam, pegasum inclytum illum metu magis uolaticũ fuisse, ac per hoc merito pinnatũ proditũ, dum in altum et aduscq; cœlum subsilit ac resultat formidẽs scilicet igniferæ morsum chimeræ. Nã et illi pastores, qui nos agebant, in speciẽ prælij manus obarmauerant. Hic lanceã, ille uenabulũ, alius gerebat spicula, fustem alius, sed et saxa, quæ salebrosa semita largiter subministrabat. Erant qui sudes præacutas attollerent, pleriq; tamen ardentibus facibus proterrebant feras. Nec quicquam præter unicam tubam deerat, quin acies esset prœliaris. Sed nequicquam frustra timorem illum satis inanem persentẽti longe peiores inhæsimus laqueos. Nã lupi forsitan confertæ iuuentutis strepitu, uel certe nimia lucæ flammarum deterriti, uel etiam aliorsum grassantes, nulli circa nos aditum tulere, ac ne procul saltem ulli comparauerant. Villæ uero quam forte tunc præteribamus coloni multitudinem nostram latrones rati, satis agẽtes rerũ suarũ, eximieq; trepidi, canes rabidos & ĩmanes, et quibusuis lupis et ursis sæuiores, quos ad tutelæ præsidia curiose fuerãt a'umnati, iubilationibus

ſolitis, et huiuſmodi uocibus nobis inhortantur. Quì præter genuinam ferocitatem tumultu ſuorũ exaſperati arcà nos ruunt, et undiq; laterum circunfuſi paſſim inſiliunt, et ſine ullo delectu iumenta ſimul et homines lacerant, diuq; graſſati pleroſq; proſternunt, cerneres non tam Hercules memorandum, quàm miſerandum etiam ſpectaculum, canes copioſos ardentibus animis, alios fugientes arripere, alios ſtantibus inhærere, quoſdam iacẽtes inſcindere, et per omnem naſtrum commeatum morſibus ambulare. Eæ tanto periculo malum maius inſequitur. De ſummis enim tectis ac de proximo colle ruſticani illi ſaxa ſupernè raptim deuoluunt, ut diſcernere prorſus nequiremus, q̃ potiſſimum caueremus cladẽ, comunus canum, an emi nus lapidũ, quorũ quidẽ unus mulierẽ, quæ meũ dorſum reſidebat repente percuſſit. Quo dolore commota ſtatim fletu cum clamore ſublato, maritum ſuum paſtorem illum ſuppetiatum ciet. At ille domini fidẽ clamitans, et cruorẽ uxoris abſtergens altius quiritabat. Quid miſeros homines et laborioſos uiatores tam crudelibus animis inuaditis, ac perterritis, atq; obruitis? Quas prædas munitis? Quæ damna uindicatis? At non ſpeluncas ferarum uel cauteis incolitis barbarorũ, ut humano ſanguine perfuſo gaudeatis. Vix hæc dicta, et ſtatim lapidũ congeſtus ceſſauit imber, et infeſtorũ canum reuocata cõquieuit procella. Vnus illinc deniq; de ſummo cupreſſus cacumine, at nos, inqt nõ ueſtrorũ ſpoliorũ cupidine latrocinamur, ſed hãc ipſã cladem de ueſtris protelamus manibus. Iam deniq; pace tranquilla ſecuri poteſtis incedere. Sic ille, ſed nos

plurifariã uulnerati reliquã uiam cæpescimus, alius lapidis, alius morsus uulnera referẽtes uniuersi tamẽ saucij. Aliquanto deniq; uiæ permenso spacio peruenimus ad nemus quoddam proceris arboribus cõsitũ, et patentibus uiretis amœnũ, ubi placuit illis ductoribus nostris paululũ cõquiescere, cõporáq; sua diuersa lanuata sedulo recurare. Ergò passim prostrati solo, primum fatigatos animos recuperare, ac dehinc uulneribus medelas uarias adhibere festinant. Hic cruorem præterfluentis aquæ rore diluere, ille spongijs macidatis tumores comprimere. Alius fasciolis hiantes uincire plagas. Ad istum modum saluti suæ quisq; cõsulebat. Interea quidã senex de summo colle perspectat, quẽ circùm cæpellæ pascentes opilionẽ esse profecto clamabant. Eum rogauit unus è nostris, haberet'ne uenui lacte, uel adhuc liquidum uel in cæseũ recentem inchoatum. At ille diu cãpitẽ quassanti, uos autẽ inquit de cibo uel poculo, uel omnino ulla refectione nunc cogitatis, an nulli scitis quo loco cõsederitis, et cũ dicto conductis oviculis, cõuersus longe recessit. Quæ uoxeius et fuga pastoribus nostris nõ mediocrẽ pauorẽ incussit. Ac dũ perterriti de loci qualitate scãscitari gestiũt, nec est q doceat, senex alius, magnus ille qdẽ grauatus annis, totus in baculũ pronus, et lassum trahens uestigium, ubertim lachrymãs, per uiã proximat, uisisq; nobis cũ fletu maximo singulorũ iuuenũ genua cõtingẽs sic adorabat. Per fortunas, uestrosq; genios, sic ad meæ senectutis spatia nalidi lætiq; ueniatis, decepto seni subsistite, meũq; parunlũ ab inferis ereptum cænis meis reddite. Nepos nanq; meus,

& itineris huius suauis comes, dũ sorte passerem incantantem sæpicule consectatur arripere, delapsus in proximam foueá, quæ fruticibus imis suppatet, in extremo iam uitæ cõsistit periculo, q̃ppe cum de fletu ac uocẽ ipsius auxilium sibi sæpicule clamutantis uiuere illum quidẽ sentiam, sed per corporis, ut uidetis, mei defectam ualitudinem opitulari nequeá. At uobis ætatis et roboris beneficio facile est suppetiari miserrimo seni, puerũq; illũ nouissimũ successionis meæ, atq; unicam stirpẽ, sospitem mihi facere. Sic deprecantis, suãq; caniciẽ distrahentis, omnes quidẽ miserentur, sed unus præ cæteris et animo fortior, et ætate iuuenior, et corpore ualidior, quiq; solus præter alios ícolumis prœliũ superius euaserat, exurgit alte alacer, et percontatus quo'nã loci puer ille cecidisset, mõstrantẽ digito nõ longe frutices horridos, senẽ illũ impigre comitatur, ac dum pabulo nostro suáq; cura refecti, sarcinulis quisq; sumptis suis, uiá cæpessũt, clamore primo nominatum cientes illum iuuenem frequenter inclamant. Mox hora diutina commoti, mittunt è suis acersitorem unũ, qui requisitũ comitem tempestiuæ uiæ commonefactũ reduceret. At ille modicum commoratus, refert sese, buxãtiq; pallore trepidus, mira super conseruo suo renunciat. Conspicatum se quippe supinato illi, et iam ex maxima parte consumpto, immanem draconem mandentem insistere, nec usquã miserrimũ senem comparere illũ. Quare cognita, et cum pastoris sermone collata, qui eũ prorsus hunc illũ, nec alium locorũ inquilinũ præminabatur, pestilenti deserta regione, uelocio ri se fuga proripiunt, nosq; pellunt crebris tundentes

fustibus celerrime. Deniq; longo itinere confecto, pagũ quendam accedimus, ibiq; totam perquiescimus noctẽ, mihi cœptum facinus oppido memorabile, narrare cupio. Seruus quidam, cui cunctam familiæ tutelã dominus permiserat suus, quiq; possessionem illam maximam, in quam diuerteramus uillicabat, habens ex eodẽ famulitio conseruam coniugem, liberæ cuiusdã extrariæq; mulieris flagrabat cupidine. Quo dolore pellicatus, uxor eius instincta cunctas mariti rationes, et quicquid horreo reconditum continebatur, admoto combussit igne. Nec tali dãno thori sui contumeliam uindicasse contenta, iã arca sua sæuiẽs uiscera laqueũ sibi nectit, infantulumq;, quem de eodem marito iam dudum susceperat, eodem funiculo nectit, seq; in præaltissimum puteum appendicem parumulum trahens præcipitat. Quam mortem dominus eorũ ægerrime sustinens, arreptum seruulũ eius, qui causam tanti sceleris luxuriæ suæ præstiterat, nudum ac totum melle perlitum firmiter alligauit arbori ficulneæ, cuius in ipso cariosο stipite inhabitantium formicarum nidificia bulliebant, et ultro citroq; commeabant multiuga scaturigine. Quæ simul dulcem ac mellitum corporis nidorem persentiscunt, paruis quidem, sed numerosis et continuis morsiunculis penitus inhærentes, per longi temporis cruciatum ita carnibus atq; ipsis uisceribus adesis, homine consumpto, membra nudarunt, ut ossa tantũ uiduata pulpis nitore nimio candentia, funestæ cohærerẽt arbori. Hac quoq; detestabili deserta mãsione, paganos in summo luctu relinquẽtes, rursum pergimus, dieq; toto cãpestres emersi uias, ciuitatẽ

quandam populosam & nobilem iam fessi peruenimus. Ibi larem sedesq; perpetuas pastores statuere decernunt, quod et longe quæsituris firmæ latebræ uiderentur, et annonæ copiosæ beata celebritas inuitabat. Triduo deniq; iumentorũ refectis corporibus, quo uendibiliores uideremur, ad mercatum producimur, magnaq; uoce præconis, precia singulis nunciantis eq atq; alij asini, opulentis emptoribus præstinantur. Ac me relictum solũ ac subsicuum, cum fastidio pleriq; præteribant. Iamq; tædio cõtrectationis eorum, quĩ dentibus nuis ætates computabant, manũ cuiusdã fetore sordentem, qui ginguas idẽtidem meas putidus scalpebat digitis, mordicus arreptam plenissime contriui. Quæ res circunstantium ab emptione mea, utpote ferocissimi deterruit animos. Tunc præco disruptis faucibus, et rauca uoce saucius, i meas fortunas ridiculos instruebat iocos, quem ad finem cãterium istum uenui frustra subijciemus? Et uetulũ extritis unguis debilẽ, et dolore deformẽ, et inerti pigritia ferocem, nec quicq̃ amplius q̃ ruderarium cribrũ, atq; adeoq; uel donemus eum cupiam, siqui tamen fenum suum perdere nõ grauatur. Ad istum modũ preco ille cachinnos circunstantibus commouebat. Sed illa fortuna mea sæuissima, quam per tot regiones iã fugiens effugere, uel præcedẽtibus malis placare non potui, rursum in me cæcos detorsit oculos, et emptorem aptissimũ duris meis cãsibus mire repertum obiecit. Scitote qualem cynedum, et senem cynedum cãluũ quidẽ, sed cincinnis semicanis, et pendulis cãpillatum, unum de triuiali populariũ fecæ, qui per plateas et oppida cymbalis et

crotalis personantes, deamq; Syriã circunferentes mẽ dicare compellunt, is nimio præstinandi studio præconem rogat cuiatis essem. At ille cappadocum me, et satis forticulum denunciat, rursum requirit annos ætatis meæ. Sed preco lasciuiens, mathematicus quidem, qui stellas eius disposuit, quintũ ei numerauit annũ. sed ipse scilicet melius istud de suis nouit professionibus q̃q̃ enim prudẽs crimen Corneliæ legis incurram, si cuem romanum pro seruo tibi uendidero, quin emis bonũ et frugi mancipiũ, quod te et foris et domi poterit iuuare. Sed exinde odiosus emptor aliud de alio non desinit quærere. Deniq; de mansuetudine etiã mea per contatur anxie. At præco ueruecem inquit, non asinũ uides, ad usum omnem quietum, non mordacem, nec calcitronem quidẽ, sed prorsus ut asini corio modestũ hominẽ inhabitare credas. Quæres cognitu non ardua. Nã si faciem tuã mediis eius fœminibus emiseris, facile percontaberis, q̃ grandẽ tibi demonstret patientiã. Sic præco lucronem tractabat dicacule. Sed ille cognito cauillatu, similis indignanti, at te inquit cadauer surdũ et mutũ delirumq; præconem omnipotens et omniparens dea Syria, et sanctus Sabadius, et Bellona, et mater Idea, et cũ suo Adone Venus domina, cæcũ reddant, qui scurrilibus iãdudum contra me uelitaris iocis. An me putas iepte iumẽto fero posse deã cõmittere, ut turbatũ repente diuinũ dejciat simulachrum? Egoq; miser cogar crinibus solutis discurrere, et deæ meæ humi iacẽti aliquẽ medicũ querere? Acepto tali sermone, cogitabã subito uelut lymphaticus exilire, ut me ferocitate cernẽs exasperatũ, emptionẽ desi

neret. Sed præuenit cogitatum meũ emptor anxius, precio depenſo ſtatim, quod quidem gaudens dominus. S. tedio mei facile ſuſcepit ſeptendecim denarium, et ilico me tumida ſpartea deligatum tradidit Phyle bo, hoc enim nomine cenſebatur iam meus dominus. At ille ſuſceptum nouitium famulum trahebat ad domum, ſtatimq; illic de primo limine proclamat puellæ, ſeruum uobis pulchellũ en ecce mercato perduxi, ſed illæ puellæ chorus erat cynedorum, quæ ſtatim exultantes in gaudium, fracta, rauca, et effœminata uoce clamores abſonos intollunt, rati ſcilicet uere quẽ piam hominem ſeruulum miniſterio ſuo paratũ. Sed poſtquam non ceruam pro uirgine, ſed aſinum pro homine ſuccidaneum uidere, nare detorta magiſtrum ſuũ uarie cauillantur, non enim ſeruũ, ſed maritum illum ſcilicet ſibi perduxiſſe. Et heus aiunt, caue ne ſolus exedas tã bellũ ſcilicet pullulũ, ſed nobis quoq; tuis palũbulis nonnunq; impartias. Hæc et huiuſmodi mutuo blatterãtes præſepio me proximum deligãt. Erat quidam iuuenis ſatis corpulentus, choraula doctiſſimus, collatitia ſtipe demẽſa paratus, qui foris qdẽ circungeſtãtibus Deã, cornu canens adãbulabat, domi uero promſcuis operis partiarios agebat concubitus. Hic me ſimul dom cõſpexit, libenter appoſitis largiter cibarijs, gaudens alloquitur. Veniſti tandẽ miſerrimi laboris uicarius, ſed diu uiuas et dominis placeas, et meis defectis iam lateribus cõſulas. Hic audiens, iã meas futuras nouas cogitabã erũnas. Die ſequenti uarijs coloribus induſiati, et deformiter quiſq; formati, faciem cœnoſo pigmento deliti, et oculis obunctis gra

phicæ prodeunt, mitellis & crocotis et carbasinis & bombicinis iniectis, quidam tunicas albas in modum lanciolarum quoquo uersum fluente purpura depictas, angulo subligati, pedes luteis induti calceis, deamq; serico contectam amiculo mihi gerendam imponunt, brachijsq; suis humerocenus renudatis, attollentes immanes gladios ac secures euantes exiliunt, incitantes tibiæ cantu lymphaticum tripudium. Nec paucis pererratis casulis, ad quandam uillam possessoris Britini pueniunt, et ab ingressu primo statim absonis nlulatibus constrepentes fanaticæ peruolant. Denique capite demisso, ceruices lubricas intorquentes motibus, crinibusq; pendulos in circulum rotantes, et nonnunquam morsibus suos incursantes musculos, ad postremum ancipiti ferro, quod gerebant sua quisque brachia dissecant. Inter hæc unus ex illis bacchatur effusius, ac de imis præcordijs anhelitus crebros referens, uelut numini diuino spiritu repletus, simulabat sauciam uecordiam, prorsus quasi deûm præsentia, soleant homines, non sui, fieri meliores, sed debiles effici uel ægroti. Specta deniq; quale cælesti prouidentia meritum reportauerit, insit uaticinatione clamosa, conficto mendacio semetipsum incessere, atq; criminari, quasi contra fas sanctæ religionis designasset aliquid, & insuper iustas pœnas noxij facinoris, ipse de suis manibus exposcere. Arrepto denique flagro, quod semiuiris illis proprium gestamen est, contortis tenijs lanosi uelleris prolixe fimbriatum, et multiugis talis ouiũ tessellatum indidem sese multinodis commulcat ictibus, mire contra plagæ

rũ dolores præsumptione munitus, cerneres profectu gladiorũ, ictuq; flagrorum, solũ spuratie sanguinis effœminati madescere. Quæ res incutiebat mihi nõ paruam solicitudinem, uidenti tot uulneribus largiter profusum cruorem, ne quo casu deæ peregrinæ stomachus, ut quorundam hominum lactem, sic illa sanguinem concupiscæret asinuum. Sed ubi tandem fatigati, uel certe suo laniatu satiati, pausam carnificinæ dedere stipes æreas, immo uero & argenteas, multis certatim offerentibus, sinu recepere patulo, necnon et uini cadum, & lactem, & caseos, & farris, & saliginis aliquid, et nonnullis ordeum de ægerulo donãtibus, auidis animis corradentes omnia, et in sacculos huic quæstui de industria præparatos farcientes, dorso meo congerunt, ut duplici scilicet sarcinæ pondere grauatus, & horreum simul & templum incederẽ. Ad istum modum palãtes, omnem illam depræda-bantur regionem. Sed in quodam castello copia lætati largioris quæsticuli, gaudiales instruunt dapes. A' quodam colono, fictæ uaticinationis mẽdacio, pinguissimum deposcunt arietem, qui deam Syriam esurientem suo satiaret sacrificio, probéq; disposita cœnula balneas obeunt, ac dehinc lauti, quendam fortissimũ rusticanum industria laterum, atq; imis uentris bene præparatum comitem cœnæ secũ adducunt, paucisq; admodum prægustatis oluscul is, ante ipsam mensam, spurcissima illa propudia ad illicitæ libidinis extrema flagitia, infandis inguibus efferantur, passimq; circunfusi, nudatum suppinatumq; iuuenem, execrãdis uredinibus flagitabãt. Nec diu tale facinus meis

oculis tolerantibus, Quirites perclamare gestiui, sed uiduatum cæteris syllabis ac literis præcessit o' tantum sanè clarum, ac ualidum, & asino proprium, sed importuno planè tempore. Nanq; de pago proximo complures iuuenes abactum sibi noctu perquirẽtes asellum, nimioq; studio cuncta diuersoria scrutántes, intus ædium, auditor ruditu meo, prædam absconditam latibulis ædium rati, coràm rem inuasuri suam, improuisi conferto gradu se penetrant, palamq; illos execrandas fœditates obeũtes deprehẽdũt. Iá iamq; uicinos undiq; partiẽtes, turpissimã scænã patefaciunt. Insuper ridiculè sacerdotum purissimam laudantes castimoniam. Hac infamia cõsternati, quæ per ora populi facile dilapsa, merito inuisos ac detestabiles eos cunctis effecerat, noctem fermè circa mediam, collectis omnibus, furtim castello facessunt, bonaq; itineris parte ante iubaris exortum transacta, iam declaro solitudines auias nacti, multa prius secum colloquuti, accingunt se meo funeri, deaq; uehiculo meo sublata, & humi reposita, cunctis stramentis me renudatum, ac de quadam quercu destinatum, flagro illo pecuinus ossibus catenato uerberantes, penè ad extremas confecerat mortes. Fuit unus qui poplites meos eneruare, securi sua communaretur, quod de pudore candido scilicet suo tam deformiter triũphassem, sed cæteri non meæ salutis, sed simulacri tacentis cõtẽplatione, i uita me retinendũ censuere. Rursum itaq; me refertũ sarcinis, planis gladijs minantes perueniũt ad quandam nobilẽ ciuitatẽ. Vbi uir pricipalis et alias religiosus, et eximiæ domnæ reuerens, tinnitu

cymbalorũ et ſonu tympanorũ, cătuſq; phrygij mul
centibus modulis exercitus, procurrit obuiã, deamq;
uotiuo ſuſcipiens hoſpitio, nos omnis intra conſeptum
domus ampliſſimæ conſtituit, numenq; ſumma uene-
ratione atq; hoſtijs optimis placare contendit. Hic ego
me potiſſimum capitis periclitatum memuni. Nam qui
dã colonus parte uenationis immanis cerui pinguiſ=
ſimum fœmur domino illi ſuo muneri miſerat, quod
incurioſe ponè culinæ fores, non altiuſcule ſuſpen-
ſum, canis adæque uenaticus latenter inuaſerat, læ=
tusq; præda, propere cuſtodientes oculos euaſerat.
Quo damno cognito, ſuaq; reprehenſa negligentia
cocus diu lamẽtatus, lachrymis iefficacibus, iã iamq;
domino cœnam flagitante mœrens, et utcunq; metuẽs
altius, filio ſuo paruulo conſalutato, arreptoq; funicu
lo, mortem ſibi nexu laquei comparabat. Nec tamen
latuit fidam uxorem eius caſus extremus mariti, ſed
funeſtum nodum uiolenter inuadens manibus amba
bus, adeone, inquit, præſenti malo perterritus mente
exciſti tua, nec fortuitum iſtud remedium, quod do
mini prouidentia ſubminiſtrat intueris? Nam ſiquid
in ultimo fortunæ turbine reſipiſcis, expergite mi au=
ſculta, & aduenam iſtum aſinum, remoto quodã loco
deductum iugula, fœmurq; eius ad ſimilitudinem
perditi detractum, & accuratius in protrimentis ſa
pidiſſime decoctum, appone domino cerui uicæ. Ne-
quiſſimo uerberoni ſua placuit ſalus de mea morte,
& multum conſeruæ ſagacitate laudata, deſtinata
etiam laniena, cultros acuebat.

Sic ille

Ic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat. At ego præcipitāte cōsiliū periculi tāti præsentia, nec expectata diutina cogitatione, lanienam imminentem fuga uitare statui, protinusq; uinculo, quo fuerā deligatus, arrupto, cursu me proripio totis pedibus ad tutelam salubrem crebris calcibus uelitatus, ilicoq; me raptim trāscursa proxima porticu, triclinio, in quo dominus ædium sacrificales epulas cum sacerdotibus deæ cœnitabat, incontanter immitto. Nec pauca rerum apparatus cibarij, mensas et id genus ipetu meo collido atq; disturbo. Qua rerum deformi strage paterfamilias commotus, ut importunū atq; lasciuum me cuidā famulo curioſe traditū, loco certo aliquo clausū iussit cohiberi, ne rursum conuiuium placidū simuli petulantia dissiparem. Hic astulo commento scitule munitus, & medijs lanij manibus ereptus, custodela salutari mihi gaudebam carceris. Sed nimirum nihil fortuna renuente, licet homini nato dexterum prouenire, nec consilio prudenti, uel remedio sagaci diuinæ prouidentiæ fatalis dispositio subuerti uel reformari potest, mihi deniq; idipsum commentum, quod momētariam salutem reperisse uidebatur, periculum grande, immo præsens exitium, conflauit aliud. Nā qdā subito puer, mobili ac trepida facie pereitus, ut famuliares inter se susurrabāt, irrupit tricliniū, suoq; annūciat domino de proximo angiportu, cānē rabidā pauloāte per posti

eam impetu muro sese direxisse, ardẽtíq; prorsus furore uenaticos canes iuasisse, ac deinc proximum petisse stabulum, atq; ibi pleraq; iumenta incurisse pari sæuitia, nec postremum saltem ipsis hominibus peperciſſe. Nam Mytilium mulionẽ, et Ephestionem cocum, & Hypatauium cubiculariũ, et Appollonium medicũ, immo uero et plures alios ex familia abigere temptãtes, uariis morsibus quenq; lacerasse, certe uenenatis morsibus contacta nonnulla iumenta, efferata simili rabie. Quæ res omnium statim percussit animos, ratíq; me etiam eadem peste infectum ferocire, arreptis huiusœmodi telis, mutuóq; ut exitium commune protelarent cohortati, ipsi potius uesaniæ morbo laborãtes persequuntur. Nec dubio me lãceis illis et uenabulis, imo uero et bipẽnibus, quæ facile famuli submunistrabãt, mẽbratim compilassent, ni respecto subiti periculi turbine, cubiculũ in quo mei domini diuertebant, protinus irrupissem. Tunc clausis obseratisq; super me foribus, obsidebant locũ, quoad sine ullo concessionis suæ periculo pestilentiæ letalis peruicaci rabie possessus, ac peresus absumerer. Quo facto tandem libertatẽ nactus solitariæ fortunæ munus amplexus, super constratum lectum abiectus post multum equidem temporis somnũ humanum quieui. Iamq; clara die, mollicie cubiculi refota lassitudine, uegetus exurgo. Atq; illos, qui meæ tutelæ peruigiles excubias agitauerant, ausculto de meis sic altercari fortunis. At huncine miserum istum asinum iugi furore iactari credimus? immo uero iam uirus increscente sæuitia prorsus extinctum? Sic opinionis uariæ terminũ

ad explorationem conferunt, ac de rima quadam prospiciunt sanum me, atq; sobrium ocioſe consistere. Iamq; ultro foribus patefactis plenius, an sim iam manſuetus periclitantur. Sed unus ex his de cœlo missus mihi sospitator, argumentum explorandæ sanitatis meæ tale commostrat cæteris, ut aquæ recentis completam peluem offerret potui meo. Ac si intrepidus, & more solito sumens, aquis adlibescerem, sanũ me atq; omni morbo scirent expeditum. Contra uero si uisum contactumq; laticis uitarem, ac perhorrescerem, pro comperto noxiam rabiem pertinaciter durare. Hæc enim libris pristinis etiam proditum obseruari solere. Isto placito uas immane confestim aquæ perlucidæ de proximo petitæ fonte, contantes adhuc, offerunt mihi. At ego sine ulla mora progressus, etiam obuio gradu satis sitienter, pronus & totum caput inuergens, salutares uere equidẽ illas aquas hauriebam. Iamq; & plausus manus, & aurium flexus, & ductum capistri, & quid uis aliud periclitantium placide patiebar, quoad contra ueſanam eorum præsumptionẽ, modestiã meã liqdo cũctis approbarẽ. Adistũ modũ uitato duplici periculo, die sequenti rursum diuinis exuuijs onustus, cum crotalis & cymbalis, circumforaneum mendicabulum producor ad uiam. Nec paucas casulis atq; castellis oberratis, diuertimus ad quempiam pagum urbis opulentæ quondam, ut me morabant incolæ inter semiruta uestigia conditum, & hospitio proximi stabuli recepti, cognoscimus lepidã de adulterio cuiusdam pauperis fabulã, quã uos et cognoscatis uolo. Is gracili pauperie laborans, fa-

brilcs operas præbendo, paruis illis mercædibus uitã tenebat. Erat ei tamen uxorcula, etiam ſatis quidem tenuis, et ipſa, ueruntamen poſtrema laſciuia famigerabilis. Sed die quadã, dũ matutino ille ad opus ſuſceptum proficiſcitur, ſtatim latenter irrepit eius hoſpitium temerarius adulter, ac dum Veneris colluctationibus ſecurius operantur, maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tum tale ſuſpicans, improuiſus hoſpitium repetit. Iamq; clauſis et obſeratis foribus, uxoris laudata continentia, ianuam pulſat, ſibilo etiam præſentiam ſuam denunciant. Tunc mulier callida, et ad huiuſmodi flagitia peraſtutula, tenaciſſimis amplexibus expeditum hominem, dolio quod erat in angulo ſemiobrutum, ſed alias uacuum, diſſimulanter abſcondit, et patefactis ædibus adhuc introeuntem maritum aſpera ſermone accipit. Sicine uacuus et otioſus inſinuatis manibus ambulabis mihi, nec obito cõſueto labore uitæ noſtræ proſpicies, et aliqd cibatui parabis? At ego miſera ꝑ nocte, et per diẽ lanificio, neruos meos cõtorqueo, ut ĩtra cellulã noſtrã ſaltẽ lucerna luceat. Quãto me felicior Daphne uicina, quæ mero & prãdio matutino ſatia, cũ ſuis adulteris uoluptatur. Sic cõfutatus maritus, et qd iſtic ait? Nã licet forẽſi negocio officiator noſter attẽtus ferias nobis fecerit, tñ hodiernæ cœnulæ noſtræ proſpexi. Vides iſtud doliũ ꝙ ſemper uacuũ fruſtra lacum detinet tantum, et reuera præter impedimentum conuerſationis noſtræ nihil preſtat amplius. Iſtud ego quinq; denarijs cuidam uenditaui, & adeſt, ut dato precio ſecum rem ſuam ferat, quin itaq; percingeris, mihiq; manum

tãtisper accõmodas, ut exobrutum protinus tradatur emptori? E` re nata fallacia, mulier temerarium tollens cachinnum, magnum inquit istum uirũ, ac strenuũ negociatorẽ nacta sum, qui rem quam ego mulier & intra hospitium contecta, iamdudum septem denarijs uendidi, minoris distraxit abditamento precij. Lætus maritus, et quis est ille ait, qui tanto præstinauit? At illa, olim inepte inquit, descendit in doliũ, sedulo soliditatem eius probaturus. Nec ille sermoni muliẽris defuit, sed exurgens alacriter, uis inquit uerũ scire materfamilias, hoc tibi doliũ nimis uetustũ ẽ, et multifariã rimis hiãtibus quassum, ad maritumq; eius dissimulãter cõuersus, quin tu quicunq; es homuncio, lucernã ait, actutũ mihi expedis, ut erasis intrinsecus sordibus diligẽter, aptũ usui possim dignoscere, nisi nos putas æs de malo habere. Nec quicq̃ moratus ac suspicatus, acer et egregius ille maritus, accensa lucerna, discede inquit frater, & ocioſus adsiste, donec probe procuratum istud tibi repræsentem. Et cum dicto, nudatus ipse delato lumine scabiẽ uetustam cario sæ testæ occipit excalpere. At uero adulter bellissimus ille pusio inclinatam dolio pronam uxorem fabri superincuruatus secure dedolabat. At illa capite in dolium demisso, maritum suum astu meretricio tractabat ludicre, hoc, & illud, & aliud, & rursus aliud purgandum demonstrat digito suo, donec utroq; opere perfecto, acceptis septem denarijs, calamitosus faber collo suo gerens dolium, coactus est ad hospitium adulteri proferre. Pauculis ibi diebus commorati, et munificentia publica sa-

gnati, uaticinationisq; crebis mercœdibus fuffarcinati, puriſſimi illi ſacerdotes, nouum quæſtus genus ſibi communiſcuntur. Sorte unica pro cæſulis pluribus euocata, conſulentes de rebus uarijs plurimos, adhunc modum cauillantur. Sors hic erat. Ideo coniuncti terram proſcindunt boues, ut in futurum læta germinẽt ſata. Tunc ſiqui matrimonium ſorte cooperantes interrogarent, rem ipſam reſponderi aiebant, iungendos connubio, et ſatis liberum procreandis. Si poſſeſſiones præſtinaturus quereret, merito boues ut iugũ, et arua ſementis florentia prænuntiari. Siquis de profectione ſollicitus diuinum caperet auſpicium, iunctos iam paratosq; quadrupedum cunctorum manſuetiſſimos, & lucrum promitti de glebæ germine. Si prœlium capeſſiturus uel latronum factionem perſecuturus, utiles nec ne proceſſus ſciſcitaretur, additam uictoriã ſorti, præſagio contendebant. Quippe ceruices hoſtium iugo ſubacturi, et prædam de rapinis uberrimam fructuoſamq; capturi. Ad iſtum modum diuinationis eius, aſtu captioſo corraſerant non paruas pecunias. Sed aſſiduis interrogationibus, argenti ſatietate iã defecti, rurſum ad uiam prodeunt. Via tota quam nocte confecëramus longe peiorem, quidni lacunoſis incilibus uoraginoſam, partim ſtagnanti palude fluidam, & alibi ſubluuie cæno ſa lubricam. Crebris deniq; offenſaculis & aſſiduis lapſibus, iam contuſis cruribus meis, uix tandem ad campeſtres ſemitas feſſus euadere potui. Et ecce nobis repente de tergo manipulus armati ſupercurrit equitis, ægreq; cohibentes equorum curruli rabie Philebum, cæteroſq; comites

eius inuolant auidi, colloq; constricto, & sacrilegos impurosq; compellantes, interdum pugnis obuerberant, nec non manicis etiam cunctos coartant, ac identidem urgenti sermone comprimunt, promerent ocius aureum cantharum, promerent authoramentum illud sui sceleris, quod simulatione solemnium, quae in aperto factictauerant, ab ipsis puluinaribus matris domini clanculo furati, prorsus quasi possent tanti facinoris euadere supplicium, tacita profectione adhuc lucē dubia pomerium peruaserint. Nec defuit qui manu super dorsum meum iniecta, in ipso Deæ quam gerebā gremio scrutatus reperiret, atq; in cor àm omniū aureum depromeret cantharū. Nec isto saltem tā nefario scelere, impuratissima illa capita confutari, terreri'ue potuere. Sed mendoso risu cauillantes, en inquint indignæ rei sæuitatem, quam pleriq; insontes periclitantur homines propter unicum calículum, quem domini mater sorori suæ Syriæ, hospitale munus obtulit, noxios religionis antistites ad discrimen uocaritis capitis. Hæc & alia simules affanias frustra ablatrantis eos retrorsum abducunt pagani, statimq; uinctos in tullianum compingunt, cantharoq;, et ipso simulachro quod gerebam apud fani donarium redditis, ac consecratis, altera die productum me, rursum uocæ præconis uenui subjcaunt, septemq; nummis charius q̄ prius me comparauerat Philebus, quidam pistor de proximo castello præstinauit, protinusq; etiam frumento coempto affatim onustum, per iter arduū, scrupis & huiusœmodi stirpibus infestū, ad pistrinū quod exercebat pducit. Ibi compluriū iumentorū nul

tiuij circuitus intorquebant molas ambage uaria, nec die tantum, uerum perpeti etiam nocte, prorsus instabi li machinarũ uertigine lucubrabant peruigilem farinam. Sed mihi, ne rudimentum seruitij perhorrescerẽ, nouus dominus loca lauticia prolixe præbuit. Nam et diem primum illum feriatum dedit, et cibarijs abundanter instruxit præsepium, nec tamen illa otij sagnæq; beatitudo durauit ulterius. Sed die sequenti, molæ, quæ maxima uidebatur, matutinus adstituor, & ilico uelata facie, propellor ad incurua spacia flexuosi canalis, ut i orbe termini circũfluẽtis reciproco gressu mea recalcans uestigia, uagarer errore certo. Nec tamen sagacitatis ac prudentiæ meæ prorsus oblitus, facilem me tirocinio disciplinæ præbui. Sed q̃q̃ frequenter cum inter homines agerem, machinas simules circunrotari uidissem, tamen ut expers & ignarus operis stupore mentito defixus hærebam, quod enum rebar, ut minus aptum et huiusmodi ministerio satis inutilem me, ad quempiam alium utiq; leuiorem laborẽ legatum iri uel ociosum certe cibatum iri. Sed frustra solertiam damnosam exercui. Complures enim protinus baculis armati me circunsteterunt, atq; ut erã luminibus obtectis securus, et nũc repẽte signo dato, & clamore conferto, plagas ingerẽtes aceruatim, adeo me strepitu turbulẽtant, ut cunctis cõsilijs abiectis, ilico scitissime teniæ sparteæ totus innixus, discursus alacres obirẽ. Hac subita sectæ commutatione, risum toto cœtu commoueram. Iamq; maxima diei parte transacta, defectum alioquin me helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego q̃q̃ exi-

mie fatigatus, et refectióe uiriũ uehemẽter indignus, & prorsus fame perditus, tamen famuliari curiositate attonitus, et satis anxius, post posito cibo, qui cœpiosus aderat, inoptabilis officinæ disciplinam cũ delectione quadá arbitrabar. Dij boni quales illic homuncu li uibicibus liuedinis totã cutem depicti, dorsumq; plagosum scissili cœntuculo magis inumbrati q̃ obtecti, nónulli exiguo tegili tantummodo pubem intecti, cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frótes literati, et cœpillum semirasi, et pedes annulati, cũ lurore deformes, et fumosis tenebris uaporosæ caligi-nis palpebras adesi, atq; adeo male luminati, et in modum pugilum, qui puluisculo perspersi dimicant, farinulento cinere sordide candidati. Iam de meo iumentorio contubernio, quid, uel ad quem modum memorem? Quales illi muli senes, uel cœntherij debiles? Circa præsepium cœpita demersi contruncabant moles palearum, ceruicæ carioſa uulnerum putredine, follicantes nares languidas, assiduo pulsu tussedinis hiulci pectora, cœpulæ sparteæ tritura cõtinua exulcerati, costas ppetua castigatione ossium tenus renũdati, ungulas multiuia circunctsione in enorme uestigium porrecti, totumq; corium ueterno, atq; scabiosa macie exasperati. Talis familiæ funestum mihi etiam metuens exemplum, ueterisq; Lucij fortunam recordatus, et adultima salutis me tandem trusum, summisso cœpite mœrebam. Nec ullum uspiam cruciabilis uitæ solatiũ aderat, nisi quod ingenita mihi curiositate recreabar, dũ præsentiam meam parui facientes libere quæ uolunt omnes, et agunt, et loquũtur. Nec immerito priscæ poe

ticæ diuinus author apud graios summæ prudentiæ uirum monstrare cupiens, multarum ciuitatum obitu, et uariorum populorum cognitu, summas adeptum uirtutes cecinit. Nam & ipse gratas gratias asino meo memini, quod me suo celatum tegmine, uarijsq; fortunis exercitatum, & si minus prudentem, multiscium certe reddidit. Fabulam deniq; bonam præ cæteris suaue comptam ad aures uestras afferre decreui, & en occipio. Pistor ille, qui me precio suum fecerat, bonus alioquin uir, & apprime modestus, pessimam, et ante cunctas mulieres longe deterrimam sortitus coniugẽ, pœnas extremas thori lariq; sustinebat, ut Hercules eius uicem ego quoq; tacitus frequenter ingemiscerem. Nec enim uel unum uitium nequissimæ illi fœminæ deerat, sed omnia prorsus, ut in quandam cœnosam latrinam, in eius animæ confluxerant flagitia sæua, sæua, uirioſa, ebrioſa, peruicax, pertinax, in rapinis turpibus auara, in sumptibus fœdis profusa, inimica fidei, hostis pudicitiæ. Tunc spretis atq; calcatis diuinis numinibus, in uicem certæ religionis mentita sacri lega præsumptione dei, quem prædicaret unicum, conuictis obseruationibus uacuis fallens omnes homines, et miserum maritum decipiens, matutino mero & continuo stupro corpus manciparat. Talis illa mulier mi ro me persequebatur odio. Nam et antelucio recubans adhuc, subiungi machinæ nouitium clamabat asinum, & statim ut cubiculo primum processerat insistens iubebat, in coràm sui plagas mihi quamplurimas irrogari. Et cum tempestiuo prandio laxarentur iumenta cætera, longe tardius applicari præsepio iu-

bebat. Quæ ſæuitia multo mihi magis genuinam curioſitatem in ſuos mores ampliauerat. Nam et aſſiduo planè commeantem in eius cubiculum quendam ſentiebam iuuenem, cuius et faciem uidere cupiebam ex ſummo ſtudio, ſi tamen uelamentum capitis libertatem tribuiſſet meis aliquãdo luminibus. Nec enim mihi ſolertia defuiſſet ad detegenda quoquo modo peſſimæ fœminæ flagitia. Sed anus quædam ſtupri ſequeſtra, et adulterorum internuncia, de die quotidie inſeparabilis aderat. Cum qua protinus ientaculo, ac dehinc uino mero mutuis uicibus uelitatas cœnas fraudulentas, in exitium miſerrimi mariti ſubdolis ambagibus conſtruebat. At ego quanquam grauiter ſuccenſens errori Fotidis, quæ me dum auem fabricat perficit aſinum, iſto tamen uel unico ſolatio erumnabilis de formitatis meæ recreabar, quod auribus grandiſſimis præditus, cuncta longule etiam diſſita facillime ſentiebam. Denique die quadam timidæ illius aniculæ ſermo talis meas affertur aures. De iſto quidem miherilis tecum ipſa uideris, quem ſine meo conſilio pigrum & formidoloſum familiarem iſtum ſortita es, qui inſuauis & odioſi mariti tui caperatum ſupercilium ignauiter perhorreſcit, ac per hoc amoris languidi deſidia tuos uolentes amplexus diſcruciat, quanto melior Phileſiterus adoleſcens & formoſus & liberalis & ſtrenuus, & contra maritorum ineſficaces diligentias conſtantiſſimus, dignus hercules ſolus omnium matronarum perfrui delicijs, dignus ſolus coronã auream capite geſtare, uelob unicũ iſtud, quod nunc nuper in quendam Zelotipum maritũ exã

mio studio cõmentus est. Audi deniq;, et amatorum diuersum ingenium compara. Nosti quendam barbarum nostræ ciuitatis decurionem, quẽ Scorpionem præmorum acritudine uulgus appellat. Hic uxorem generosam, et eximia formositate præditam, mira custode la munitam domi suæ q̃cautissime cohibebat. Ad hæc ultima pistoris illa uxor subjciens, quidni inquit? Noui diligenter. Aretem meam condiscipulam memoras, ergo inquit anus, nosti totã Philesiteri etiã ipsius fabulam, minime gentium inquit, sed nosce ualde cupio, et oro mater ordine mihi singula retexe, nec commorata illa sermocinatrix immodica, sic anus incipit. Barbarus iste, cum necessariã profectionem pararet, pudicitiãq; charæ coniugis cõseruare summa diligentia cuperet, seruulum suum Myrmecem fidelitate præcipua cognitum secretũ commonet, suæq; domnæ custodelã omnem permittit, cærcerem et perpetua uincula, mortem deniq; uiolentã et famẽ comminatus, si quisq̃ hominũ uel in transitu digito tenus eã contigisset. Idq; deierans etiã confirmat per omnia numina. Ergo igitur summo pauore perculsum Myrmecem, acerrimum relinquens uxori secutorem securã dirigit profectionem. Tunc obstinato animo uehementer anxius Myrmex, nec usq̃ domnam suam progredi sinebat, et lanificio domestico districtam inseperabilis adsidebat, ac tantum necessario uespertini lauacri progressu, adfixus atq; conglutinatus extremas manu prehendens lacinias, mira sagacitate commissæ prouinciæ fidẽ tuebatur. Sed ardentem phylesiteri uigilantiam matronæ nobilis pulchritudo latere non potuit, atq; hac ipsa

potissimum famosa castitate, et insignis tutelæ nimietate instinctus atq; inflammatus, quid uis facere, quid uis pati, paratus, ad expugnandã tenacem domus disciplinam totis accingitur uiribus, certusq; fragilitatis humanæ fidei, et quod pecuniæ cunctæ sint difficultates peruiæ, auroq; soleant adamantinæ etiam pfringi fores, opportune nactus Myrmecis solitatem, ei amorem suum aperit, et supplex eum medelam cruciatui deprecatur. Nam sibi statutà decretamq; mortem proximare, ni maturius cupito potiatur, nec eũ tamẽ quicquã in re facili formidare debere, qppe cum uespera solus fide tenebrarum contectus, atq; absconditus introrepere, et intra momẽtum temporis remeare posset. His et huiusœmodi suadelis ualidũ addẽs aculeũ, qui rigentem prorsus serui tenacitatem uiolenter diffunderet. Porrecta enim manu sua demonstrat ei nouitate nima candentes solidos aureos, quorũ, uiginti quidem puellæ destinasset, ipsi uero decem libenter offerret. Exhorruit Myrmex inauditum facinus, et occlusis auribus effugit protinus, nec auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire potuit, sed quanquã procul semotus, et domum celeri gradu prouectus, uidebat tamen decora illa monetæ lumina, et opulentã prædam iam tenebat animo, muroq; mentis salo, et cogitationis dissensione misellus, in diuersas sententias carpebatur ac distrahebatur, illic fides, hic lucrũ, illic cruciatus, hic uoluptas. Ad postremum tamen formidinem mortis uicit aurũ. Nec saltem spacio cupido formosæ pecuniæ leniebatur, sed nocturnas etiam curas inuaserat pestilẽs auaritia, ut quis herilis eum comm

natio domi cohiberet, aurũ tamẽ foras euocaret. Tũc deuorato pudore, & dimota contatione, sic ad aures dominæ inauditum perfert. Nec à genuina leuitate desciuit mulier, sed execrando metallo pudicitiam suam protinus authorata est. Ita gaudio ꝑfusus ad suæ fidei precium Myrmex non modo capere, uerum contingere saltem, quam exitio suo uiderat pecuniam capiens, & magnis suis laboribus perfectum desideriũ Philesitero lætitia percitus nunciat, statimq; destinatũ premũ reposcit, et tenet nummos aureos manus Myrmecis, quæ nec æreos norat. Iamq; nocte promota, solum perducat ad domum, probeq; capite contectum, amatorem strenuum infert aduſq; dominæ cubiculũ. Commodum nouus amplexibus amori rudi litabãt, commodum primum prima stipendia Veneri militabant noui & nudi milites, et contra omnium opĩnionem captata noctis opportunitate improuisus maritus assistit, suæ domus ianuam iam pulsat, iam clamitat, iam saxo fores uerberat, & ipsa tarditate magis magisq; suspectus dira minatur Myrmeci supplicia. At ille repentino malo perturbatus, & misera trepidatione ad inopiam consilij deductus, quod solum poterat, nocturnas tenebras causabatur sibi obsistere, quin clauem curiose absconditam reperiret. Interim Philesiterus cognito strepitu raptim tunicam iniectus, sed planè perturbatione pedibus intectis procurrit cubiculo. Tunc Myrmex tandem claue pessulis subiecta repandit fores, & recipit tunc etiam fidem domini boantẽ domnũ, eoq; propere cubiculũ petente, clandestino transcursu dimittit Philesiterum. Quo iã

pro limine liberato securus sui, clausa domo, rursum se reddidit quieti. Sed dū prima lucē Barbarus procedit cubiculo, uidet sub lectulo soleas incognitas, quibus indutus Philesiterus irrepserat, suspectusq; è re nata quæ gesta sunt, non uxori, non ulli familiariū cordolio patefacto, sublatis his et in sinum furtim abscōditis, iusso tantum Myrmecę per conseruos uincto forum uersus detrahi, tacitos secum mugitus iterans, rapidum dirigit gressum, certus solearum indicio uestigium adulteri posse se perfacile indipisci. Sed ecce per plateam dum Barbarus uultu turgidus, subductisq; superciliis incedit, ac ponè eū Myrmex uinculis obrutus, nō quidē cōram nouæ prehēsus, cōscientia tamen pessima permixtus lachrymis uberibus, iā postremis lamentationibus inefficacē commouet miserationem. Opportune Philesiterus occurrens, quanquam diuerso quodā negocio destinatus, repentina in facie permotus, nō enim deterritus recolēs festinatiōis suæ delictū, ut cætera consequenter suspicatus, sagaciter extemplo sumpta familiari constantia, dimotis seruulis inuadit cū summo clamore Myrmecem, pugnisq; malas eius clementer obtundens, at te inquit nequissimum & periurum caput dominus iste tuus, et cūcta cœli numina, quæ deierando temere deuotasti, pessimum pessime perdant, qui de balneis soleas hesterna die mihi furatus es, dignus hercules, dignus qui & ista uincula conteras, & insuper etiam carceris tenebras perferas. Hac opportuna fallacia, uigorati iuuenis inductus, immo sublatus, & ad credulitatem delapsus Barbarus, postlimnio domum regres-

ſus, uocato Myrmece, *ſoleas illas offerens, et ignouit ex animo, et uti domino redderet, cui ſurripuerat, ſuaſit.* Hactenus *adhuc aniculæ garriẽte ſuſcipit mulier.* Beatam *illam, quæ tam conſtantis ſodalis libertatem fruitur.* At *ego miſella, molæ etiam ſonum, et cæcam illius ſcabioſi aſini faciem, timentem familiarem incidi.* Ad *hæc anus.* Iam *ego tibi probe ſuaſum et confirmatum animi amatorem alium alacrẽ uadimonio ſiſtam, et inſuper condicta ueſpertina regreſſione, cubiculo facẽſſit.* At *pudica uxor ſtatim cænas ſaliares cõparat, uina preciosa defecat, pulmenta recentia tucetis temperat, menſa largiter inſtructa.* Deniq; *ut dei cuiuſdam, ſic aduentus expectatur adulteri.* Nã *et opportune maritus foris apud* Nacam *proximum cœnitabat.* Ergo *igitur meridie propinquãte, helcio tandem abſolutus, refectuíq; ſecure redditus, nõ tam* Hercules *laboris libertatẽ gratulabar, quàm quod reuelatis luminibus, liber etiam cunctas facinoroſæ mulieris artes proſpectare poteram.* Sol *quidem ipſum delapſus oceanum, ſubterrenas orbis plagas illuminabat.* Et *ecce neqſſimæ anus adherẽs lateri temerarius adulter aduẽtat, puer admodũ, et adhuc lubrico genarũ ſplẽdore cõſpicuus, adhuc adulteros ipſe delectans.* Hunc *admodũ multis ſauijs exceptũ mulier, cœnã iubet paratã accũbere.* Sed *ut primũ ante curſoriã potionẽ, et inchoatũ guſtũ extremis labijs cõtingebat adoleſcens, multo celerius opinione rediens maritus aduentat.* Tunc *uxor egregia, diras deuotiones in eum deprecata, et crurum eius fragũ abominata, exangui formidine trepidantem adulterum*

alueo

alueo ligneo, quo frumenta confusa purgari consueue
rant, temere propter iacenti suppositum, abscondit, in-
genitaq; astutia dissimulato tanto flagitio, intrepidũ
mentita uultũ percontatur de marito, cur utiq; cõtuber
nalis arctissimi relicta cœnula præmaturus afforet.
At ille dolenti prorsus animo suspirans assidue, nefa
rium inquit, & extremum facinus perditæ fœminæ
tolerare nequiens, fuga me proripui. Hem qualis di
boni matrona, quàm fida, quamq; sobria turpissimo
se dedecore fœdauit. Iuro per istam ego sanctam Ce
rerem, me nunc etiam meis oculis de tali muliere mi
nus credere. His instincta uerbis mariti, audacissima
uxor noscendæ rei cupiens, non cessat obtundere, to-
tam prorsus à principio fabulam promeret. Nec de-
stitit, donec eius uoluntati succubuit maritus, & sic
ignarus suorum, domus alienæ percẽset infortuniũ.
Contubernalis mei fullonis uxor, alioquin seruati pu
doris, ut uidebatur fœmina, quæ semper secundo ru
more gloriosa larem mariti pudicæ gubernabat, occul
ta libidine prorupit in adulterũ quempiam. Cumq;
furtiuos amplexus obiret assidue, ipso illo deniq; mo-
mẽto, quo nos lauti cœnam petebamus, cum eodẽ illo
iuuene miscebatur in Venerem. Ergò nostra repente
turbata præsentia, subitario ducta consilio eũdem il
lum subiectum contegit uimnea cauea, quæ fustium
flexu erat in rectum aggregata cumulum, laciniasq;
circundatas suffusa candido fumo sulfuris ialbabat,
coq; iam ut sibi uidebatur tutissime celato, mensam
nobiscum secura participat. Interim acerrimo gra-
uiq; odore sulfuris iuuenis iescatus atq; obnubilatus,

intercluso spiritu diffluebat. Vtq; est ingeniũ uiuacis metalli, crebras ei sternutationes cõmouebat, atq; ut primum è regione mulieris, ponè tergum eius maritus accepérat sonũ sternutationis, quod enim putaret ab ea profectum, solito sermone salutem ei fuerat imprecatus, & iterato rursum, & frequentato sæpius, donec rei nimietate commotus, quæ res erat tandem suspicatur, & impulsa mensa protinus remotáq; cauea producat hominem crebros anhelitus ægre reflantem, inflammatusq; indignatione contumeliæ, gladiũ flagitans iugulare moriturum gestiebat, ni respectato cõmuni periculo, uix eũ ab impetu furioso cohibuissem, asseuerans breui absq; noxa nostri, suapte inimicũ eius uiolentia sulfuris periturum. Nec suadela mea, sed ipsius rei necessitate lenitus, quippe iam semiuiuũ illũ in proximum deportat angiportum. Tũ uxorem eius tacite suasi, ac deniq; persuasi, secederet paululũ, atq; ultra limen tabernæ ad quampiam tantisper familiarem sibi mulierem, quo ad spacio feruens mariti sedaretur animus, qui tanto calore tantáq; rabie perculsus, non erã dubius aliquid etiam de se suáq; cõiuge tristius profecto cogitaret aliud. Cõtubernalis epularũ tedio fugatus larẽ reueni meum. Hæc recẽsente pistore, iãdudũ procax et temeraria mulier, uerbis execrãtibus fullonis illius detestabatur uxorẽ, illam perfidã, illã ipudicã, deniq; uniuersi sexus grãde dedecus, quæ suo pudore postposito, thoriq; genialis calcato fœdere, larẽ maritu lupanari maculasset infãma, iamq; perdita nuptæ dignitate, prostitutæ sibi nomẽ adsciuerit. Addebat, et tales opportere uiuas ex

uri fœminas, et tñ taciti uulneris, et suæ sordidæ conscientiæ cõmonita, quo maturius stupratorem suũ tegminis cruciatu liberaret identidẽ suadebat, maritũ tẽperius quieti recedere. At ille, ut pote intercepta cœna, ne profugeret prorsus ieiunus, mensam poni comiter postulabat. Apponebat ei propere, quãuis inuita mulier, quippini destinatã alij. Sed mihi penitus carpebãtur præcordia, et præcedẽs facinus, ac præsentẽ deterrimæ fœminæ constantiã cogitãti, mecumq; sedulo deliberabam, si quo modo possem, detectis ac reuelatis fraudibus auxiliũ meo perhibere domino, illumq;, qui ĩstar testudinis alueũ succubabat, depulso tegmine cũctis palàm facere. Sic herili cõtumelia me cruciatũ tandẽ cœlestis respexit prouidẽtia. Nam senex claudus, cui nostra tutela permissa fuerat uniuersa nos iumẽta id hora iã postulãte, ad lacũ proximũ bibẽdi causa gregatim prominabat, quæ res optatissimã mihi uĩdictæ subministrauit occasionẽ. Nanq; præter grediẽs obseruatos extremos digitos adulteri, q̃ ꝑ angustias caui tegminis prominebãt obliquata atq; ĩfesta ungula cõpressos, usq; ad summã minutiẽ cõtero, donec ĩtolerabili dolore cõmotus sublato flebili clamore, repulsóq; et abiecto alueo cõspectui prophano redditus scænã propudiosæ muliẽris patefecit. Nec tamen pistor damno pudicitiæ magnopere commotus, exangui pallore trepidantem puerum serena fronte, et propiciata facie cõmulcens. incipit. Nihil triste de me tibi fili metuas, nõ sum Barbarus, nec agresti morũ squalore præditus, nec ad exẽplum machinæ truculẽtæ sulfuris te letali fumo necabo, ac ne iuris quidẽ se-

ueritate lege de adulteriȝ ad diſcrimen uocabo capitis, tam uenuſtum atq; pulchellum puellum, ſed planè cum uxore mea partiario tractabo, nec heraſcundæ familiæ, ſed communi diuidundo formula dimicabo, ut ſine ulla controuerſia, uel diſſenſione, tribus nobiȝ in uno conueniat lectulo. Nam et ipſe ſemper cum mea coniuge tam concorditer uixi, ut ex ſecta prudentium, eadem nobiȝ ambobus placerent. Sed nec æquitas ipſa patitur habere plus authoritatis uxorẽ quàm maritũ. Taliȝ ſermonis blãdicie cauillatum deducebat ad thorum nolentem puerum, ſequentem tamen, & pudiciſſima illa uxore alterorſus diſcluſa, ſolus ipſe cum puero cubans, gratiſſima corruptarum nuptiarum uindicta perfruebatur. Sed cũ primũ rota ſoliȝ lucida diẽ peperit, uocatis duobus è familia ualidiſſimis, q̃altiſſime ſublato puero, ferula nates eius obuerberãs, tu autẽ inqt tam mollis ac tener et admodum puer, defraudatis amatoribus ætatis tuæ flore, mulieres appetis, atq; eas liberas & cõnubia lege ſociatas corrumpis, et itempeſtiuum tibi nomen adulteri uindicas. Hiȝ & pluribus uerbiȝ cõpellatum, & inſuper affatim plagis caſtigatum forinſecus abiȝcit. At ille adulterorum omnuum formoſiſſimus, inſperata potitus ſalute, tamen nates cãdidas illas noctu dieq; diruptus, mœrens profugit. Nec ſecus piſtor ille nuncũ remiſit uxori, eamq; protinus de ſua perturbauit domo. At illa præter genuinã nequitiã contumelia etiam quamuis iuſta, tamen altius commota atq; exaſperata, ad armillum reuertit, & ad familiares fœminarum artes accenditur, magnáq; cu

ra requisitam ueratricem quãdã fœminam, quæ de-
uotionibus ac maleficijs quibus effiçere posse credeba
tur, multis exorat precibus, multisq; suffarcinat mune
ribus, alterũ de duobus postulans, uel rursum mutiçã
to cõçaliari marito, uel si id nequerit, certe larua uel
aliquo diro numine immisso uiolenter eius expugna
ri spiritũ. Tũc saga illa et diuini potẽs, primis adhuc
armis facinorosæ disciplinæ suæ uelitatur, et uehemẽ
ter offensum mariti flectere, atq; in amorẽ ipellere co-
natur animũ. Quæres, cũ ei secius ac rata fuerat pro
ueniret, indignata numinibus, et præter præmij desti
natũ compendium contemptione etiam stimulata, ipsi
ĩã miserrimi mariti ĩcipit ĩmnere cãpiti, umbramq;
uiolenter perẽptæ mulĩeris ad exitiũ eius instigare.
Sed forsitan lector scrupulosus reprehendẽs narratũ
meũ sic argumentaueris. Vnde autem tu astutule asi-
ne intra terminos pistrini contectus, quid secreto, ut
affirmas mulĩeres gesserint scire potuisti? Accipe igi-
tur quemadmodum homo curiosus iumenti faciem su
stinens, cuncta quæ in perniciẽ pistoris mei gesta sunt,
cognoui. Diem fermè circa mediam, repente intra pi
strinum mulier reatu miráq; tristitia deformis appa
ruit, flebili cẽtuculo semiamicta, nudis et intectis pe-
dibus, lurore buxeo macieq; fœdata, & discerptæ
comæ semicanæ sordẽtes inspersu cineris, pleramq;
eius anteuẽtulæ cõtegebant faciẽ. Hæc talis, manu pi-
stori clemẽter iniecta, quasi quippiã secreto collocutu
ra in suũ cubiculũ deducit eũ, et adducta fore q̃diu
tissime demoratur. Sed cũ esset iã confectũ omne fru-
mentũ, quod inter manus opifices tractauerãt, necessa

rioq; peti deberet aliud, seruuli cubiculum propter astantes dominum uocabant, operiq; supplementum postulabant, atq; ut illis sæpicule, & interuocaliter postulantibus nullus respondit, domini iam forem pulsare ualidius, et quod diligentissime fuerat oppessulata, malum peiusq; aliquid opinãtes, nixu ualido reducto uel difracto cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec uspiam reperta illa muliere, uident è quodã tigillo constrictũ atq; exanimem pendere domnũ, eumq; nodo ceruicis absolutum detractumq; summis plãgoribus, sumsq; lamentationibus atq; ultimo lauacro procurant. Peractis feralibus officijs, frequentiq; prosequẽte comitatu tradunt sepulturæ. Die sequẽti filia eius occurrit è proximo castello, in quod pridie denupserat, mœstaq; crines pendulos quatiens, et interdũ pugnis obtundens ubera, quæ nullo quidẽ domus infortuniũ nunciante cuncta cognouerat, sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc nodo reuincta ceruicæ, eiq; totum nouercæ scelus aperuit de adulterio, de maleficio, & quemadmodum laruatus ad inferos demeasset. Ea cum se diutino plangore cruciasset, concursu familiarum cohibita, tandem pausam luctui facere. Iamq; nono die rite completis apud tumulum solẽnibus, familiam, supellectilemq;, et omnia iumenta ad hæreditariã deducit auctionẽ. Tunc uniũ larem uarie dispergit, uenditionis incertæ licentiosa fortuna. Me deniq; ipsum pauperculus quidem hortulanus comparat quinquaginta nummis, sed magno, ut aiebat, sed ut communi labore uictum sibi quæreret. Res ipsa mihi poscere uidetur, ut huius quoque

seruitij mei disciplinam exponam. Matutino me multis oleribus onustum proximam ciuitatem deducere consueuerat dominus, atq; ibi uenditoribus, tradita mercede, dorsum insidens meum sic hortum redire. Ac dum fodiens, dum irrigans, cæteróq; incuruus labore deseruit, ego tantisper ociosus tacita quiete recreabar. Sed ecce siderú ordinatis ambagibus, per numeros dierum ac mensium remeans annus post mustulentas autumni delicias, ad hybernas capricorni pruinas deflexerat, et assiduis pluuijs, nocturnisq; rorationibus, sub diuo & intecto concluſus ſtabulo, et continuo discruciabar frigore. Quippe cum meus dominus præ nimia paupertate ne ſibi quidem, ne dum mihi posset ſtramen aliquod uel exiguum tegimen parare, ſed fródoſo cæſulæ contentus umbraculo degeret. Ad hoc, matutino lutum nimis frigidum geluq; præacuta fruſtra nudis inuadẽs pedibus enitebar, ac ne ſuetis ſaltem cibarijs uentrem meum replere poteram. Nanq; et mihi & ipſi domino cœna par, ac ſimilis oppido, ſed tenuis aderat, lactucæ ueteres & inſuaues, illæ, quæ ſemnis enormi ſenecta ad inſtar ſcoparum in amaram cœnoſi ſuccus cariem exoleſcunt. Nocte quadam paterfamilias qui pago proximo tenebris illunæ caligınis impeditus, & hymbre nimio madefactus, atq; ob id abitinere directo cohibitus, ad hortũ noſtrũ iam feſſo equo diuerterat, receptusq; comiter pro tempore, licet non delicato, neceſſario tamen quietis ſubſidio remunerari benignum hoſpitem cupiens, promittit ei de præſidijs ſuis ſeſe daturum, & frumenti et oliui aliquid, et amplius duos uini cados. Nec moratus meus

dominus, sacculo & utribus uacuis secum apportatis, nudæ spinæ meæ residens, ad sexagesimum stadiũ profectionem comparat. Eo iam confecto uiæ spatio, peruenimus ad prædictos agros, ibíq; statim meum dominum comis hospes opipari prandio participat. Iã his poculis mutuis altercantibus, mirabile prorsus euenit ostentum. Vna de cætera cohorte gallina per media cursitans aream, clamore genuino uelut ouũ parere gestiens, personabat. Eam suus dominus intuens, ó bona inquit ancilla & satis fœcunda, quæ multo iã tempore nos quotidianis partubus saginasti, nunc etiã cogitas, ut uideo, gustulum nobis præparare, et heus inquit puer, calathum fœtui gallinaceo destinatum angulo solito collocato. Ita uti fuerat iussum, procurante puero, gallina cõsuetæ lecticulæ spreto cubili, ãte ipsos pedes domini præmaturum, sed magno prorsus futurum scrupulo, prodidit partum, nõ enim ouum, quod scimus illud, sed pinnis et unguibus & oculis & uocæ etiam perfectum edidit pullum, qui matrem suam continuo cœpit comitari. Nec eo secius longe maius ostẽtum, et quod merito phorrescerent, exoritur. Sub ipsa enim mensa, quæ reliquias prandij gerebat, terra dehiscens imutus, largissimus emicuit fons sanguinis. Hinc resultantes uberrimæ gutæ mensam cruore perspergunt, ipsõq; illo momento, quo stupore defixi mirantur ac trepidant diuina præsagia, concurrit unus è cella uinaria, nuncians omne uinum, quod olim diffusum fuerat in omnibus dolijs, feruenti calore et prorsus, ut igne copioso subdito rebullire. Visa est interea mustella mortuũ serpentem forinsecus mordicus attra

hens, et de ore pastoricij canis uirens exiluit ranula, ipsum canẽ, qui proximus consistebat aries, appetitũ unico morsu strangulauit. Hæc tot et talia ingenti pauore domini illius et familiæ totius, ad extremum stuporem deiecerãt animos, quid prius, quid'ue posterius, qd magis, quid minus, numinũ cœlestiũ leniendis minis, quot & qualibus procuraretur hostijs. Adhuc omnibus expectatione teterrimæ formidinis torpidis, accurrit quidam seruulus, magnas & postremas domino illi fundorum clades annuncians. Nanq; is adultis iam tribus liberis doctrina, instructis et uerecundia præditis uiuebat glorioſus. His adolescentibus erat cum quodam paupere modicæ casulæ domino uetus familiaritas. At enim casulæ paruulæ contermi nos magnos & beatos agros possidebat uicinus potens, & diues, & iuuenis, et prosapiæ maiorũ gloria male utens, pollensq; factionibus, & cuncta facile faciens in ciuitate, hostili modo uicini tenuis incursabat pauperiem, pecua trucidando, boues abigendo, fruges adhuc immaturas obterendo. Iamq; tota frugalitate spoliatum, ipsis etiam glebulis exterminare gestiebat, finiumq; inani commota quæstione, terram totam sibi uendicabat. Tunc agrestis uerecundus alioquin, auaritia diuitis iam spoliatus, ut suo saltem sepulchro paternum retineret solũ, amicos plurimos ad demonstrationem finiũ trepidans eximie corrogarat. Aderãt inter alios tres illi fratres, cladibus amici quantulum ferentes auxiliũ, nec tamen ille uesanus tantillũ præsentia multorum ciuium territus, uel etiam confusus, licet non rapinis, saltem uerbis temperare noluit, sed illis

clementer expostulantibus, feruidosq; eius mores blandicijs permulcentibus, repente suam suorumq; charorum salutem quam sanctissime adiurans adseuerat, parui se pendere totam mediatorum præsentiam. Denicq; uicinum illum auriculis per suos seruulos sublatum, de casula lõgissime statimq; proiectum iri. Quo dicto insignis indignatio totos audientium pertemptauit animos. Tũc è tribus fratribus incontanter et paulo liberius respondit frustra eum suis opibus confisum tyrannicam superbiã comminari, cum alioquin pauperes etiam liberali legum præsidio de insolẽtia locupletium consueuerint uindicari. Quod oleum flammæ, quod sulfur incendio, quod flagellũ furiæ, hoc et iste sermo truculentiæ hominis nutrimento fuit. Iãq; ad extremam insaniam uecors, suspendium se se, & totis illis, et ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoricios uillaticos, feros, atq; immanes, ad suetos abiecta per agros exigare cadauera, et præterea etiam eranseuntiũ uiatorum passibus morsibus alumnatos, laxari, atq; in eorum exitiũ inhortatos immitti præcipit. Qui simul signo solito pastorum incensi atq; inflãmati sunt, furiosa rabie concati, & latratibus etiã absonis horribiles, eunt in homines, eosq; uarijs aggressi uulneribus distrahunt, ac lacerant, nec fugientibus saltem compescunt, sed eo magis irritatiores sequũtur. Tunc inter confertam trepidæ multitudinis stragem è tribus iunior, offenso lapide, atq; obtunsis digitis terræ prosternitur, sæuisq; illis ac ferocissimis canibus instruit nefariã dapem. Protinus enim nacti prædam iacentem, miserũ illũ adolescentem frustatim discerpunt,

atq; ut eius letalem ululatum cognouere cæteri fratres, accurunt mœsti suppetias, obuolutisq; lacinia leuũ manibus, lapidũ crebris iactibus propugnare fratri, atq; abigere canes aggrediuntur. Nec tamẽ eorũ ferociam uel conterere uel expugnare potuere. Quippe cũ miserrimus adolescens, ultima uoce prolata, uindicarent de pollutissimo diuite mortẽ fratris iunioris, illico laniatus interisset, tũc reliqui fratres, non tã herculeſ desperata, q̃ ultro neglecta sua salute, contendũt ad diuitem, atq; ardẽtibus animis, ipetuq; ue sano lapidibus crebris in eum uelitãtur. At ille cruentus & multis ante flagitijs simulibus exercitatus p̃cussor, iniecta lancea duorum alterũ per pectus medium trãsadegit, nec tamẽ peremptus ac prorsus exanimatus adolescens ille terræ concidit, nam telum transuectum atq; ex maxima parte ponẽ tergum elatsum, soloq; nãxus uiolẽtia, defixũ rigore librato suspenderat corpus. Sed et quidam de seruulis procerus et ualidus sicario illi ferens auxilium, lapide contorto, tertij illius iuuenis dexterũ brachiũ longo iactu petierat, sed impetu casso p̃ extremos digitos transcurrẽs lapis, cõtra omniũ opinionẽ decciderat innoxius, nõnullã tamẽ sagacissimo iuueni prouentus humanior uindictæ speculam subministrauit. Ficta nanq; manus suæ debilitate, sic crudelissimum iuuenem compellat, fruere exitio totius nostræ familiæ, & sanguine trium fratrum insatiabilis tuam crudelitatem pasce, & de prostratis tuis ciuibus glorioſe triumphatum, scias, licet priuato suis possessionibus paupere, fines usq; & usq; proterminaueris, habiturũ te tamẽ uicinum aliquem. Nã

hæc etiam dextera, quæ tuum prorsus amputasset caput, iniquitate fati contusa decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro, rapto gladio, sua miserrimum iuuenem manu perempturus, inuadit auidus, nec tamẽ sui molliorem prouocauerat. Quippe insperato, et lõge cõtra eius opinionem resistens iuuenis, amplexu fortissimo arripit eius dexteram, magnóq; nixu, ferro librante, multis et crebris ictibus impurã elidit diuitis animam, & ut accurrentiũ etiam familiariũ manu se liberaret, confestim adhuc inimici sanguine delibuto, mucrone gulam sibi prorsus execuit. Hæc erãt, quæ prodigiosa præsaguerãt ostenta. Hæc, quæ miserrimo domino fuerant nunciata, nec ullum uerbum, ac nec tacitum quidem fletum, tot malis circunuẽtus senex quiuit emittere, sed arrepto ferro, quo commodum inter suos epulones, cæseum atq; alias prãdij partes diuiserat, ipse quoq; ad instar infelicissimi sui filij iugulum sibi multis ictibus contrucidat, quoad super mensam tremulus corruens portentuosi cruoris maculas noui sanguinis fluuio proluit. Ad istum modum puncto breuissimo, dilapsæ domus fortunam hortulanus ille miseratus, suosq; casus grauiter ingemiscens, depensis pro prandio lachrymis, uacuasq; manus complodens sæpicule, protinus infesso me retro, quam ueneramus uiam capessit. Nec innoxius ei saltem regressus euenit. Nam quidam procerus, & ut indicabat habitus, atq; habitudo, miles è legione factus nobis obuius, superbo atq; arrogãti sermone percontatus est, quorsum uacuũ duceret asinum? At meus dominus adhuc mœrore permixtus, & alias latini

sermonis ignarus, tacitus præteribat. Nec miles ille fa miliarem cohibere quiuit insolentiam, sed indignatus silentio eius, ut conuitio, uite quam tenebat, obtundens, eum dorso meo perturbat. Tunc hortulanus supplicue respondit sermonis ignorantia se, quid ille diceret, scire non posse. Ergo igitur ægre subjciens miles, ubi inquit ducis asinum istum? Respondit hortulanus, petere se proximam ciuitatem. Sed mihi inquit operæ eius opus est. Nam de proximo castello sarcinās præsidijs nostri cum cæteris iumentis debet aduehere, et iniecta statim manu, loro me, quo ducebar, arreptū incipit trahere. Sed hortulanus prioris plagæ uulnere prolapsum capite sanguinem detergens, rursus deprecatur, ciuilius atq; mansuetius uersari commilitonem, idq; per spes proseperas eius orabat adiurans. Nam et hæc ipse aiebat, iners asellus, & nihilominus morbo detestabili caducus, uix etiam paucos olerum manipulos de proximo solet, anhelitu languido fatigatus, subuehere, nedū ut rebus amplioribus idoneus uideatur gerulus. Sed ubi nullis precipus mitigari militem, magisq; in suam perniciem aduertit efferari, iamq; inuersa uite de uastiore nodulo cerebrum suum diffindere, currit ad extrema subsida, simulans quærere, ad commouendam miserationē, genua eius uelle contingere, summissus atq; incuruatus, arreptis eius pedibus utrisq; sublimē elatū terræ grauiter applodit, & statim qua pugnis, qua cubitis, qua morsibus, etiā de uia lapide correpto, totam faciē, manusq; eius latera conuerberat. Nec ille, ut primum hum supinatus est, uel repugnare, uel omnino munire se potuit, sed

planè identidem communabatur, si surrexisset, sese concisurum eum machera frustatim. Quo sermone eius commonefactus hortulanus, eripit ei spatham, eáq; longissime abiecta, rursus sæuioribus eum plagis aggreditur, nec ille prostratus, ac præuentus uulneribus, ullú reperire quiens saluti subsidium, quod solum restabat simulat sese mortuum. Tunc spathã illam secum apportans hortulanus, inscenso concito gradu recte festinat ad ciuitatem, nec hortulum suum saltem curans inuisere, ad quempiam sibi deuertit familiarem, cunctisq; narratis, deprecatur pericli tanti sibi ferret auxilium, seq; cum suo sibi asino tãtisper occultaret, quoad celatus spacio bidui triduiue capitalem causam euaderet. Nec oblitus ille ueteris amicitiæ prompte suscipit, méq; per scalas complicitis pedibus, in superius cœnaculum attracto. Hortulanus deorsus in ipsa tabernacula direpit in quã dam cistulam, & super gesto delitescit orificio. At miles ille, ut postea didici, tandem uelut emersus graui crapula, nutabundus tamen, & tot plagarum dolore saucius, baculo se uix sustinens, ciuitatẽ aduentat, confususq; de impotentia deq; inertia sua, quicquam ad quenquam referre popularium, sed tacitus iniuriam deuotans, quosdam commilitones nactus, istam tunc cladem enarrat suam. Placuit ut ipse quidem contubernio se tantisper absconderet. Nã præter propriam contumeliam, militaris etiam sacramenti geniũ ob amissam spatham uerebatur, ipsi autẽ signis nostris enotatis, inuestigationi uidictæq; sedulam darent operam. Nec defuit uicinus perfi-

dus, qui nos illico occultari nunciaret. Tunc com-
militones accersitis magistratibus mentiuntur sese mul
ti precij uasculum argenteum præsidis in uia per-
didisse, idq; hortulanum quendam reperisse, nec uel
le restituere, sed apud familiarem quendam sibi de-
litescere. Tunc magistratus, & damno præsidis no
mine cognito, ueniunt ad diuersorij nostri fores, cla
ráq; uoce denunciant hospiti nostro, nos, quos oc-
cultare apud se, certo certius dedere potius quàm d
scrimen proprij subiret capitis. Nec ille tantillum cõ
territus, salutíq; studens eius quem in suam rece-
perat fidem, quicquã de nobis fatetur, ac diebus plu-
sculis, nec uidisse quidem illum hortulanum conten-
dit. Contra militones, ibi nec uspiam, illum deli-
tescere adiurantes, genium principis contendebant.
Postremum magistratibus placuit, obstinate denegan
tem, scrũtinio detegere. Immissis itaq; lictoribus cæ-
teris q; publicis ministris, angulatim cuncta sedulo per
lustrari iubent. Nec quisquam mortalium, ac ne ipse
quidem asinus intra limen comparere nunciatur.
Tunc gliscit uiolenter utrinq; secus contentio militũ,
pro comperto de nobis asseuerantium, fidemq; Cæ-
saris identidem implorantium, at illius negantis, assi
dueq; deum numen obtestantis, qua contentione et cla
moso strepitu cognito, curiosus alioquin & inquieti
p. ocacitate præditus asinus, dum obliquata ceruice
per quandam fenestrulam, quid nam sibi uellet tu-
multus ille, prospicere gestio, unus è commilitoni-
bus casu fortuito conlimatis oculis, ad umbram meã,
cunctos testatur ĩ corám. Magnus deniq; cõtinuo cla

mor exortus est, & emensis protinus scalis, iniecta manu, quidam me uelut ac captuũ detrahũt. Iamq; omni sublata contatione scrupulosius contemplantes singula, asta et illa reuelata repertum, productumq; et oblatum magistratibus miserum hortulanum, pœnas scilicet pensurum in publicum deducunt carcerẽ, summoq; risu de meo prospectu cauillari non desinunt. Vnde & de prospectu & umbra asini natum est frequens prouerbium.

LIBER DECIMVS.

Ie sequenti meus quidẽ dominus hortulanus qd egerit nescio, me tñ miles ille, qui propter eximiam impotentiã pulcherrime uapularat, ab illo præsepio nullo equidem contradicente, diductũ, abducit, atq; à suo contubernio (hoc enim mihi uidebatur) saranis proprijs onustum, & prorsus exornatum, armatumq; militariter, producit ad uiam. Nam & galeam nitore præmicantem, & scutum cæteris his longius lucens, sed etiam lanceam longissimo hastili conspicuam, quæ scilicet nó disciplinæ tunc quidẽ causa, sed propter terrẽdos miseros uiatores, i summo atq; edito sarcinarũ cumulo ad istar exercitus sedulo composuerat, confecta campestri, nec adeo difficili uia, ad quandam ciuitatulam peruenimus, nec in stabulo, sed in domo cuiusdã decurionis diuertimus, statimq; me commendato cuidam seruulo, ipse ad Præ

positum

positū suū, q mille armatorū ducatū sustinebat, solli-
cite proficiscitur. Post dies plusculos, ibidem designatū
scelestum et nefarium facinus memini. Sed ut uos etiā
legatis ad librum profero. Dominus ædium habebat
iuuenem filium probe literatum, atq; ob id cōse-
quenter pietate modestiaq; præcipuum, quē tibi quoq;
prouenisse cuperes, uel talem. Huius matre multo ante
defuncta, rursum matrimoniū sibi reparauerat, du-
ctaq; alia, filium procreauerat alium, qui iam duo
decimum ætatis annum supergesserat. Sed nouercas
forma magis quàm moribus in domo mariti præpol
lens, seu naturaliter impudica, seu fato ad extremū
impulsa flagitium, oculos ad priuignum adiecit. Iā
ergo lector optime, scito te tragœdiam non fabulam
legere, et a' socco ad cothurnum ascendere. Sed muli
er illa, quàm diu primis elementis Cupido paruulus
nutriebatur, imbecillis adhuc eius uiribus, facile ru
borem tenuem deprimēs silentio resistebat. At ubi cō
pletis igne uesano totis præcordijs, immodicæ baccha
tus amor exestuabat, sæuienti deo iam succubuit, ac
languore simulato, uulnus animi mentitur in corpo-
ris ualitudine. Iam cætera salutis uultusq; detrimen
ta & ægris, & amantibus examussim conuenire,
nemo qui nesciat. Pallor deformis, marcentes oculi,
lassa genua, quies turbida, & suspiritus cruciatus, tar
ditate uehementior. Crederes et illā fluctuare tantum
uapore febrium, nisi quod & flebat. Heu mediocrū
ignaræ mentes, quid uenæ pulsus, quid caloris intem
perātia, qd fatigatus anhelitus, et utriq; secus, iactatæ
crebriter laterū mutuæ uicissitudines. Dij boni q̄ faci-

cilis licet nõ artifici medico, cuius tamen docto ueneriæ cupidinis cõprehẽsio, cum uideas aliquẽ sine corporis calore flagrantem. Ergò igitur impatientia furoris altius agitata, diutinum rupit silentium, et aduocari præcipit filium, quod nomen in eo ipso, sed ne ruboris admoneretur, libenter eraderet. Nec adolescens ægræ parentis moratus imperium, senili tristicie striatam gerens frontem, cubiculum petit uxoris patris, matrisq; fratris utrunq; debitum sistens obsequium. Sed illa cruciabili silentio diutissime fatigata, & in quodam uado dubitationis hærens, omne uerbum, quod præsenti sermoni putabat aptissimũ, rursum improbãs, nutante etiã nunc pudore, unde potissimũ caperet exordiũ, decõctatur. At iuuenis nihil etiã tunc secius suspicatus, summisso uultu rogat ultro præsentis causam ægritudinis. Tunc illa nacta solitudinis damnosam occasionem prorũpit in audaciã, et ubertim adlachrymãs, laciniaq; contegens faciem, uoce trepida sic eum breuiter affatur.

c Ausa omnis & origo præsentis doloris, et etiã medela ipsa, & salus unica mihi tute ipse es. Isti enim tui oculi per meos oculos ad ítima delapsi præcordia, meis medullis acerrimũ cõmouent incendiũ. Ergò miserere tua causa pereuntis. Nec te religio patris omnino deterreat, cui morituram prorsus seruabis uxorem. Illius enim recognoscens imaginem, nutua facie merito te diligo. Habes solitudinis plenã fiduciã, habes capax necessarij facinoris ociũ. Nã quod nemo nouit, penè nõ fit. Repentino malo perturbatus adolescẽs, q̃q̃ tale facinus protinus exhorruisset, nõ tñ

negationis intempestiua seueritate putauit exasperandam, sed caute promissionis dilatione leniendã. Ergo prolixe pollicetur, ut & bonum caperet animũ, refectioniq; se, ac saluti redderet, impendio suadet, donec patris aliqua profectione liberũ uoluptati concederetur spatium, statimq; se refert à noxio conspectu nouercæ, et magnam domus cladem ratus indigere magno et ampliore consilio, ad quendã cõpertæ grauitatis educatorem senem protinus refert. Nec qcq̃ diutina deliberatione tam salubre uisum, quàm fugæ celeri procellam fortunæ sæuientis euadere. Sed impatiens, uel exiguæ dilationis mulier, ficta qualibet causa, confestim marito muris persuadet artibus ad longissime dissitas festinare uillulas. Quo facto, maturatæ spei uesania præceps, promißæ libidinis flagitat uadimonium. Sed iuuenis, modo istud, modo illud causæ faciens, execrabilem frustratur eius aspectũ, quoad illa nunciorũ uarietate pollicitationũ sibi denegatã manifesto perspiciẽs, mobilitate lubrica, nefariũ amorem ad longe deterius transtulit odiũ, et assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidiæ suæ cõsilia cõmunicat, nec qcq̃ melius uidetur, q̃ uita miserũ priuare iuuenem. Ergo mussus continuo furcifer, uenenum præsentarium comperat, idq; uino diligenter dilutum, insontis priui gnu præparat exitio. Ac dum de oblationis opportunitate secum deliberãt noxij homines, forte fortuna puer ille iunior prius pessimæ fœminæ filius, post matutinũ laborem studiorum, domum se recipiẽs, prãdio iã capto, sitiẽs, repertum uini poculũ, in

quo uenenum latebat incluſum, neſcius fraudis occultæ, continuo perduxit hauſtum, atq; ubi fratri ſuo paratam mortem ebibit, exanimus terræ procumbit. Illius quoq; repentina pueri pernicie pedagogus cõmotus ululabili clamore matrem totamq; ciet familiã. Iamq; cognito caſu noxiæ potionis, uarie quiſq; præſentiũ authores inſimulabant extremi facinoris. Sed dira illa fœmina, et malicæ nouercalis exẽplar unicũ, non acerba filij morte, non parricidij conſcientia, non infortunio domus, non luctu mariti, uel erũna funeris commota, cladem familiæ uindictæ compendium traxit. Miſſoq; protinus curſore, qui uianti marito domus expugnationem nunciaret, ac mox eodem ocius ab itinere regreſſo, perſonata nimia temeritate, inſimulat priui gni ueneno filium ſuum interemptũ. Et hic quidem non adeo mentiebatur, quod iam deſtinatam iuueni mortem præueniſſet puer, ſed fratrẽ iuniorem fingebat, ideo priui gni ſcelere peremptum, quod eius probroſæ libidini, qua ſe comprimere temptauerat, noluiſſet ſuccumbere. Nec tamen immanibus contẽta mendaciis, addebat ſibi quoq; ob detectũ flagitium eundem illum gladio cõminari. Tũc infelix duplici filiorum morte percuſſus magnis erumnarum procellis æſtuat. Nam & iuniorem in cõràm ſui funerari uidebat, et alterũ ob incæſtũ, parricidiumq;, capitis ſcilicet dãnatũ iri certo ſciebat. Adhuc uxoris dilecta nimiũ mentitis lamẽtationibus ad extremũ ſobolis implebatur odiũ. Vix dũ põpæ funebres ex ſepultura filij fuerãt explicatæ, et ſtatim ab ipſo eius rogo ſenex infelix ora ſua recẽtibus adhuc riguis la-

chrymis, trahensq; cinere sordentẽ canitiẽ, foro se festinus immuttit, atq; ibi tũ fletu, tũ precibus, genua ẽt decurionũ cõtingẽs, nescius fraudiũ pessimæ mulieris, ĩ exitiũ reliq filij plenis operabatur affectibus, illũ incœstũ paterno thalamo, illũ parricidã fraterno exitio, et incomminata nouercæ cædesicarium. Tanta deniq; miseratione, tantaq; indignatione curiam, sed & plebem mœrens inflammauerat, ut remoto iudicandi tædio, et accusationis manifestis probationibus, & responsionis meditatis ambagibus, cuncti conclamarint, lapidibus obrutum, publicum malũ publicæ uindicari. Magistratus interim metu periculi proprij, ne de paruis indignationis elementis ad exitiũ disciplinæ ciuitatisq; seditio procederet, partim decuriones deprecari, partim populariter compescere, ut rite & more maiorum iudicio reddito, & utrinq; secus allegationibus examinatis, ciuiliter sententia promeretur, nec ad instar barbaricæ feritatis, uel tyrannicæ impotentiæ damnaretur aliquis inauditus, et in pacæ placida tam dirum sæculo proderetur exemplum. Placuit salubre consilium, & ilicõ iussus preco pronũciat patres in curiam conuenirent. Quibus protinus dignitatis iure cõsueta loca residentibus, rursum preconis uocatu primus accusator incedit. Tunc demum clamatus introducatur etiam reus, & exemplo legis atticæ, Martijq; iudicij causæ patronis denunciat præco neq; principia dicere, neq; miserationem commouere. Hæc adistum modũ gesta, cõpluribus mutuo sermocinãtibus cognoui. Quibus autẽ uerbis accusator iuexerit, qbus rebus diluerit reus, ac prorsus ora-

tiones, altercationesq;, neq; absens ipse apud præsepiũ scire, neq; ad uos, quæ ignoraui, possum enunciare, sed quæ planè cõperi, ad istas literas proferã. Simul enim finita est dicentium contentio, ueritatem criminum fidemq; probationibus certis instrui, nec suspicationibus tantam coniecturam permitti placuit, atq; illum prõptissimum seruum, qui solus hæc ita gesta esse, scire dicebatur, sisti modis omnibus oportere. Nec tantillum cruciarius ille, uel fortuna tam magni iudicij, uel confertæ conspectu curiæ, uel certe noxia conscientia sua deterritus, quæ ipse finxerat, quasi uera adseuerare, atq; adserere incipit. Quod se uocasset indignatus fastidio nouercæ iuuenis, quod ulciscens iniuriam filij eius mandauerat necem, quod promisisset grande silentij præmũ, quod recusanti mortem sit comminatus, quod uenenum sua manu temperatum dandum fratri reddiderit, quod ad criminis perturbationem reseruatum poculum neglexisse suspicatus, sua postremum manu porrexerit puero. Hæc exima enim adueritatis imaginem, uerberone illo simulata trepidatione perferente, finitum est iudicium, nec quisq; decurionum tam æquus remanserat iuueni, quin eum euidẽter noxæ compertum, in sui culleo pronunciaret. Cum iam sententiæ pares, cunctorum stilis ad unum sermonem cõgruentibus, ex more perpetuo, in urnam æream deberent conijci, quo semel conditis calculis, iã cum rei fortuna transacto, nihil postea commutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis, unus è curia senior præ cæteris compertæ fidei, atq; authoritatis præcipuæ medicus, orificiũ urnæ manu contegens,

ne quis mitteret calculũ temere, hoc ad ordinẽ ptulit. Quod ætatis sum uobis approbatus, me uixisse gaudeo, nec patiar falsis criminibus petitor eo, manifestũ homicidiũ perpetrari. Nec uos, qui iureiurando adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio peierare, ipse non possum calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperam pronunciare. Ergò ut res est, de me cognoscite. Furifer iste uenenum præsentariũ cõparare solliciatus, cẽtumq; aureos solidos offerẽs precium me non olim conuenerat, quod ægroto cuidam dicebat necessariũ, qui morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus, uitæ se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspiciens malum iustum uerberonem blatterantem, atq; inconcinne calsificantem, certusq; aliquid moliri flagitium, potionem quidem dedi, sed futuræ quæstioni præcauens, nõ statim precium quod offerebatur accepi, sed ne forte aliquis inq̃ istorũ, quos offers aureorum, neq̃ uel adulter reperiatur, in hoc ipso sacculo cõditos eos, anulo tuo prænota, donec altera die nũmulario præsente comprobentur. Sic inductus signauit pecuniã, quã exinde ut iste repræsentatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculo taberna promptã afferre, et en ecce prolatam corãm exhibeo uideat, et suũ sigillũ recognoscat. Nã quemadmodũ eius ueneni alter insimulari potest, quod iste comparauerit? Ingens exinde uerberonẽ corripere trepidatio, et in uicẽ humani coloris succedit pallor infernus, pq̃; uniuersa mẽbra frigidus sudor emanabat. Tũc pedes incertis alternationibus commouere, modo hãc, modo illã partẽ scalpere capitis, et ore semiclausa

balbutiens, nescio quas afamias effutire, ut eum nemo prorsus à culpa uacuũ merito crederet. Sed reuale scente prorsus astutia, constantissime negare, & accersire mendacij medicum non desinit. Qui propter iudicij religionem, cum fidem suam cõram lacerari uideret, multiplicato studio uerberonem illum contendit redarguere, donec iussu magistratuum, ministeria publica, contrectatis nequissim serui manibus anulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt, quæ cõparatio præcedentẽ roborauit suspicionem. Nec rota uel eculeus more græcorum, tormentis eius apparatæ iam deerant, sed obfirmatus mira præsumptione, nullis uerberibus, ac ne ipso quidem sucubuit igni. Tum medicus non patiar inquit hercules, non patiar, uel contra fas de innocente isto iuuene supplicium uos sumere, uel hunc, ludificato nostro iudicio, pœnam noxij facinoris euadere. Dabo enim rei præsentis euidens argumentum. Nam cum uenenum peremptorium comparare pessimus iste gestiret, nec meæ sectæ crederem conuenire cãusas ulli præbere mortis, nec exitio, sed saluti hominum medicinam quæsitam esse didicissem, uerens ne si daturum me negassem, id tempestiua repulsa uiam scæleri submunistrarem, et ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem, uel postremum gladio, uel quouis telo nefas inchoatum perficeret, dedi, non uenenum, sed somniferum mandragoræ illum, grauedinis compertæ famosum, et morte simillimi soporis efficacem. Nec murum desperatissimum istum latronem, certum extremæ pœnæ, quæ more maiorũ in eũ competit, cruciatus istos, ut leuiores facile tolera-

re. Sed si uere puer meus temperatam manibus sumpsit potionem, uiuit, et quiescit, et dormit, et protinus marcido sopore discusso remeabit ad diem lucidam. Quod si uere peremptus est, si uere morte præuentus est, quæratis licet causas mortis eius alias. Ad istum modum seniore adorante placuit, & itur confestim magna cum festinatione ad illud sepulchrum, quo corpus pueri depositum iacebat. Nemo de curia, de optimatibus nemo, ac ne de ipso quidem populo quisq̃, qui non illuc curiose confluxerit. Ecce pater suus ipse manibus, operculo cæpuli remoto, cõmodũ discusso mortifero sopore surgentẽ postliminio mortis deprehendit filiũ, eumq; complexus arctissime, uerbis impar præsente gaudio producit ad populũ, atq; ut erat adhuc feralibus amiculis instrictus, atq; obditus, deportatur ad iudiciũ puer. Iãq; liquido serui nequissimi, atq; mulieris neqoris patefactis sceleribus, procedit in mediũ nuda ueritas, et nouercæ quidem perpetuum indicitur exilium, seruus uero patibulo suffigitur, et omnium consensu bono medico sinũtur aurei opportuni somni preciũ. Et illius quidem senis famosa atq; fabulosa fortuna prouidentiæ diuinæ condignum accepit exitum, qui momento modico, immo puncto exiguo post orbitatis periculũ adolescentium duorum pater repente factus est, at ego tunc tẽporis talibus fatorum fluctibus uolutabar. Miles ille, q̃ me nullo uendente cõparauerat, et sine precio suum fecerat, tribuni sui præcepto debitum substinens obsequiũ, literas ad magnum scriptas principem Romam uersus perlaturus, uicinis me quibusdam duobus seruis fratribus undecim denarijs uendidit.

His erat diues admodum dominus. At illorum alter pistor dulciarius, qui panes et mellita concinnabat edulia. Alter cocus, qui sapidissimis nutrimentis succum, pulmenta condita uapore mollibat, unico illi contubernio communem uitam sustinebant, meq; ad uasa illa compluria gestanda præstinarant, quæ domini regiones plusculas pererrantis uarijs usibus erant necessaria. Adscisco itaq; inter duos illos fratres tertius contubernalis, haud ullo tempore tam beniuolam fortunam expertus. Nam uespera post opiperas cœnas earũq; splẽdidissimos apparatus, multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini, ille porcorũ, pullorũ, pisciũ, eiuscemodi pulmentorũ largissimas reliquias, hic panes, crustula, iucunculos, hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita. Qui cum se refecturi clausa cellula balneas petissent, oblatis ego diuinitus dapibus, affatim saginabar. Nec enim tam stultus eram, tamq; uere asinus, ut dulcissimis illis relictis cibis, cœnarem asperrimum fœnum. Et diu quidem pulcherrimæ mihi furatrinæ procedebat artificiũ. Quippe adhuc timide et satis parce subripienti, de tã multis pauciora, nec illis fraudes ullas in asino suspicantibus. At ubi fiducia latendi pleniore capta, partes opimas quasq; deuorabã, et iucundiora eligens abliguriebam dulcia, suspicio non exilis fratrum pupugit animos, et q̃q̃ de me nihil etiã tum tale crederẽt, tamen quotidiani damni studiose uestigabant reũ. Illi uero postremo etiam mutuo sese rapinæ turpissimæ criminabãtur. Iãq; curã diligentiorẽ et acriorem custodelã et dinumerationẽ adhibebant partiũ. Tandẽ

deniq; rupta uerecundia, sic alter alterum compellat. At istud iam neq; æquum, ac ne humanum, fidem minuere quidē quotidie, ac partes electiores surripere, atq; his diuenditis peculium latenter augere, de reliquus æquam uindicare diuisionem, si tibi deniq; societas ista displicet, possumus omnia quidem cætera fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere. Nam uideo in immensum damni procedentem querelā, nutrire nobis immanē discordiā. Subjcit alius, laudo istam tuam me hercules et ipse constantiā, quod furatis clanculo partibus, præueneristi querimoniā, quā diutissime sustinens, tacitus ingemiscebā, ne uiderer rapinæ sordidæ meum fratrē arguere, sed bene, quod utrinq; secus sermone prolato, iacturæ remediū quæritur, ne silentio procedēs si multas Eteocleas nobis contentiones pariat. His et similibus altercati conuicijs, deierant utriq; nullam sē prorsus fraudem, nullam deniq; surreptionem factitasse. Sed planè debere cunctis artibus communis dispendijs latronem inquiri, nā neq; asinū, qui solus interesset tallibus cibis affici posse, et tamen quotidie pastus electiles cōparere nusquā, nec utiq; cellam suam tam immanes inuolare mures uel muscas, ut olim harpyæ fuere, quæ diripiebant phineias dapes. Interea liberalibus cœnis inescatus, & humanis affatim cibis saginatus, corpus obesa pinguitiæ compleueram, cōrium aruina succulenta molliueram, pilum liberali nitore nutriueram, sed iste corporis mei decor pudori peperit grande dedecus, insolita nāq; tergoris uastitate commoti, fœnum prorsus intactum quotidie remanere cernentes, iā totos dirigunt

ad me omnes animos, et hora consueta, uelut balneã petituri, clausis ex more foribus, per quandam modicam cauernam rimantur me, passim expositis epulis inhærentem. Nec ulla cura iam damni sui habita, mirati monstrosas asini delicias, risu maximo dirumpuntur, uocatóq; et altero, ac dein pluribus conseruis, demonstrant infandam memoratu hebetis iumenti gulã. Tãtus deniq; ac tam liberalis cachinnus cunctos inuaserat, ut ad aures quoq; prætereũtis perueniret domini. Sciscitatus deniq; quid bonũ rideret familia, cognito quod res erat, ipse quoq; per idem prospiciens foramen, delectatur eximie, ac dein risu ipse quoq; latissimo adusq; intestinorum dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proxime consistens, coràm arbitratur. Nam & ego tandem ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunæ contemplatus faciem, gaudio præsentium fiduciam mihi subministrante, nec tantillum commotus securus hesitabam, quoad nouitate spectaculi lætus dominus ædiũ duci me iussit, immo uero suis et ipse manibus ad tricliniũ perduxit, mensáq; posita, omne genus edulium solidorũ, et illibata fercula iussit apponi. At ego q̃q̃ iã bellule suffarcinatus, gratiorẽ cõmendatiorẽq; me tum ei facere cupiẽs, esurienter exhibitas escas appetebam. Nam et quid potissimum abhorreret asinus excogitantes scrupulose, ad explorandum mansuetudinem id offerebant mihi, carnes lasere infectas, altilia pipere insperſa, pisces exotico iure perfusos. Interim conuiuium summo risu personabat. Quidam deniq; præsens scurrula, date inquit sodali huic quippiam meri. Quod dictum dominus secutus, non

adeo respondit absurde locutus es furcifer. Valde enim fieri potest ut contubernalis noster poculum quoq; mulsi libenter appetat. Et heus ait puer, lautum diligenter ecce illum aureum cantharum mulso contẽpera, et offer parasito meo, simul quod ei præbiberim commoneto. Ingens exin orta est epulonũ expectatio. Nec ulla tamen ego ratione conterritus ociose ac satis genialiter contorta in modũ linguæ extrema labia, grãdissimũ illũ calicem uno hausto perhausi, et clamor exurgit, consona uoce cunctorum salute me prosequentiũ. Magno deniq; delibutus gaudio dominus, uocatis seruis suis, emptoribus meis iubet quadruplũ restitui pretium, méq; cuidã acceptissimo liberto suo et satis peculiato, magna præfatus diligentia tradidit, qui me satis humane, satisq; comiter nutriebat, et quo se patrono commendatiorem faceret, studiosissime uoluptates eius per meas argutias instruebat. Et primum me quidem mensam accumbere suffixo cubito, dein adluctari, et etiam saltare sublatis prioribus pedibus perdocuit, quodq; esset apprime mirabile, uerbis nutum commodarem, ut ꝙ nollem, relato quod uellẽ, reiecto capite monstrarem, sitiensq; pocillatore respecto, alijs alterna conniuẽs, bibere flagitarem, atq; hæc omnia perfacile obediebam, quæ nullo etiam monstrante scilicet facerẽ. Sed uerebar, ne si forte sine magistro, humano ritu hoc ederẽ, pleriq; rati sæuum præsagiũ portendere, uelut monstrũ ostentumq; me obtruncatum, uulturijs opimũ pabulum redderent. Iamq; rumor publicæ crebuerat, quo conspectum atq; famigerabilẽ meis miris artibus esse cærã dominum, hic est qui sodalem conui-

uaḿq; possidet luctantẽ asinum, saltantẽ asinum, uoces humanas intelligentem, sensum nutibus exprimẽtem. Sed prius est, ut uobis quod initio facere debueram, uel nunc saltem referam, quis iste uel unde fuerit Thyasus (hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus) oriundus patria Corintho, quod caput est totius Achaiæ prouinciæ, ut eius prosapia atq; dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus quinquennali magistratui fuerat destinatus, & ut splendori capessendorum responderet fascium, munus gladiatorum triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat. Deniq; gloriæ publicæ studio, tunc Thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras et famosos ide gladiatores cõparaturus. Iaḿq; ex arbitrio dispositis cœmptiśq; omnibus, domuitionem parabat, spretis luculentis illis suis uehiculis, ac posthabitis decoris prædarum carpentis, quæ partim contecta, partim reuelata frustra nouissimis trahebantur consequijs, equis etiam thessalicis, & alijs iumentis gallicanis, quibus generosa soboles perhibetur precioſam dignitatem, me phaleris aureis, et fucatis ephippijs, et purpureis tapetis, et frenis argẽteis, et pictilibus balteis, et tintinabulis parquitis, exornatũ, ipse residẽs amãtissime, nonũq; cõmissimus affatur sermonibus, atq; iter alia pleraq; summe se delectari profitebatur, q̃ haberet ĩ me simul et conuiuã et uectorẽ. Ac ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto, Corinthum accessimus, magnæ ciuium turbæ confluebãt, ut mihi uidebatur, nõ tantũ Thyasi dãtes honori, quàm mei cõspectus cupientes. Nã tanta etiam

ibidem de me fama peruaserat, ut non mediocri quæ stui proposito illi modo fuerim, qui cum multos uide= ret nimio fauore lusus meos spectare gestiẽtes, obsera= ta fore atq; singulis eorum seorsus admissis, stipes ac= ceptans, non paruas summulas diurnas corradere cõ suerat. Fuit in illo conuenticulo matrona quædã pol= lẽs et opulens, quæ more cæterororũ uisum meũ mer= cata, ac de hinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam paulatim in admirabilem mei cupidinẽ incidit. Nec ulla ue sanæ libidini mede lam capiens, ad instar asinariæ Pasiphaes complexus meos ardenter expectabat. Grandi deniq; præmo cũ altore meo de pacta est noctis unius cubitum. At ille nequam, ut posset de me suaue prouenire, lucro suo tã tum contentus annuit. Iam deniq; cœnati è triclinio do mini decesseramus, & iamdudum præstolantem cu= biculo meo matronam offendimus. Dij boni qualis ille, quamq; præclarus apparatus, quatuor eunuchi cõfestim puluillis cõpluribus uẽtose tumentibus pluma delicata terrestrẽ nobis cubitũ præstruunt. Sed et stra gula ueste auro ac muricæ tyrio depicta probe cõster= nunt. Ac desuper breuibus admodum, sed satis copio sis puluillis alijs nimis modicis, quis maxillas et cerui ces delicatæ muliẽris sufflcire cõsuerũt, superstruũt. Nec domnæ uoluptates diutina sua præsentia mora= ti, clausis cubiculi foribus facessunt. At itus cærei præ clara micantes lucæ nocturnas nobis tenebras inal= babant. Tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine, tenia quoq;, qua decoras deuixerat papilias lumen propter adsistens de stagneo uasculo multo se se per=

ungit oleo balsamo, méq; indidem largissime perfricat. Sed multo tanta impensius cura etiam nares perfundit meas. Tunc exosculata pressule, non qualia in lupanari solent basiola iactari, uel meretricum posca nummia, uel aductorum negocianummia, sed pura atq; sincera, instruit & blandissimos affatus, amo & cupio, & te solum diligo,, & sine te iam uiuere nequeo, & cætera, quis mulĕres & alios inducunt, et suas testantur affectiones, capistróq; me deprehensum more quo didicerā reclinat facile. Quippe cum nil noui, nihilq; difficile facturus mihi uiderer, presertĭ post tantū temporis tam formosæ mulĕris cupientis amplexus obiturus. Nam & uino pulcherrimo atq; copioso memet madefeceram, & unguento flagrantissimo proluuium libidinis suscitaram. Sed angebar plane non exili metu, reputans quemadmodum tantis tamq; magnis cruribus possem delicatam matronā inscendere, uel tam lucida, tamq; tenera & lacte ac melle confecta mēbra duris unguis cōplecti, labiasq; modicas ambrosio rore purpurantes tam amplo ore, tamq; enorm, & saxeis dētibus deformis sauiari. Nouissime, quo pacto quanquam ex unguiculis perpruriscens mulier, tā uastū genitale susciperet. Heu me qui dirupta nobili fœmina bestijs obiectus munus instructurus sim mei domini, molles interdū uoculas, et assidua sauia, et dulces gannitus, cū morsicātibus oculis iterauerat illa, et in summa, teneo te inquit, teneo meū palūbulū, meū passerem. Et cū dicto uanas fuisse cogitationes meas, ineptumq; mōstrat metū. Arctissime nanq; cōplexa, tū me prorsus, sed totū recipit. Illa

uero

uero quotiens ei parœns nates recellebam, accedens totiens nixu rabido, & ſpinam prehendens meam adpliciore nexu inhærebat, ut hercules etiã deeſſe mihi aliquid ad ſupplendam eius libidinem crederem, nec minotauri matrem fruſtra delectatã putarem adultero mugiente. Iãq; operoſa et peruigili nocte trãſacta, uitata lucis cõſciẽtia, faceſſit mulier, cõdicto parĩ noctis futuræ precio. Nec grauate magiſter meus uoluptates ex eius arbitrio largiebatur, partí mercedes amplisſimas acceptando, partí nouũ ſpectaculũ domino præparãdo. Incõctãter ei deniq; libidinis meæ totã detegit ſcænã. At ille liberto magnifice munerato, deſtinat me ſpectaculo publico, & quoniam neq; egregia illa uxor mea propter dignitatem, neq; prorſus ulla alia inueniri poterat, grandi præmio uilis acquiritur aliqua, ſententia præſidis beſtijs addicta, quæ mecum in coràm publicam populi caueam frequẽtaret. Eius penè talem cognoueram fabulam. Maritum habuit, cuius pater peregre proficiſcens mandauit uxorĩ ſuæ, matri eiuſdem iuuenis, quod enim ſarcina prægnationis oneratam eam relinquebat, ut ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtus, protinus quod eſſet editum necaretur. At illa per abſentiam mariti, natam puellã, inſita matribus pietate præuenta, deſciuit ab obſequo mariti, eamq; prodidit uicinis alumnandam, regreſſoq; iam marito, natam necatamq; nunciauit. Sed ubi flos ætatis nuptialem uirginĩ diem flagitabat, nec ignaro marito dotare filiam pro natalibus quibat, quod ſolũ potuit, tacitũ ſecretũ filio ſuo aperuit. Nã et oppido uerebatur, ne quo caſu caloris iuuenilis

impetu lapsus nescius nesciam sororẽ incurreret. Sed pietatis spectatæ iuuenis, & matris obsequium, & sororis officium religiose dispensat, et arcanis domus uenerabilis silentij custodiæ tradidit, plebeiam faciẽ te uus prætendens humanitatem. Sic necessarium sanguinis sui munus aggreditur, ut desolatam uicinam puellam, parentumq; præsidio uiduatã, domus suæ tutela receptaret. At mox arctissimo, multumq; sibi dilecto contubernali largitus de proprio dotem, liberalissime traderet. Sed hic bene atq; optime plenaq; cum sanctimonia disposita, feralem fortunæ nutum latere non potuere, cuius instinctu domum iuuenis protinus se direxit sæua riualitas, et ilico hic eadem uxor eius, quæ nunc bestijs propter hæc ipsa fuerat addicta, cœpit puellã uelut æmulatori, sucubamq; primo suspicari, dehinc detestari, dehinc crudelissimis laqueis mortis insidiari. Tale deniq; comminiscitur facinus. Annulo mariti subrepto, rus profecto mittit quendam seruulũ sibi quidem fidelem, sed de ipsa fide pessime merentẽ, qui puellæ nunciaret, quod eam iuuenis profectus ad uillulam uocaret ad se se, addito, ut sola & sine ullo comite quammaturissime perueniret, & ne qua forte nascæretur ueniendi contatio, tradit annulum marito subtractum, qui monstratus, fidem uerbis adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens, hæc enim nomen sola sciebat, respecto etiam signo eius, quod offerebatur, gnauiter ut præceptum fuerat incomitata festinat. Sed ubi fraudis extremæ lapsa decipulo laqueos insidiarum accessit, tunc illa uxor egregia, sororem mariti libidinosæ furiæ stimulis efferata, pri-

inum quidem nudam flagris ultime uerberat, debinc quod res erat clamantem quoq; quod frustra pellicatus indignatione bulliret, fratris q; nomen sæpius iterante, uelut mentitá atq; cuncta fingentem, titione cádenti inter media fœmina detruso crudelissime necauit. Tunc acerbæ mortis exciti nuncijs frater & maritus accurrunt, uarijsq; lamentationibus defletam puellam tradũt sepulturæ. Nec iuuenis sororis suæ mortem tam miseram, & quæ minime, ut par erat, illata est, æquo tolerare quiuit animo, sed medullitus dolore cómotus, acerrimæq; bilis noxio furore perfusus, exin flagrãtissimis febribus ardebat, ut ipsi quoq; iá medela uideretur esse necessaria. Sed uxor, quæ iampridem nomen uxoris cum fide perdiderat, medicum conuenit quendam notæ perfidiæ, qui iam multarum palmarum spectatus prælijs, magna dexteræ suæ trophæa numerabat. Eiq; protinus L. promittit sestertia, ut ille quidem momentarium uenenum uenderet, illa autẽ emeret mariti suimortẽ. Quo cõspectu simulatur necessaria præcordijs leniendis, biliq; subtrahẽdæ, illa prænobilis potio, quã sacram doctiores nominant, sed in eius uicæ subditur alia Proserpinæ sacra saluti. Iamq; præsente familia, et íde nonnullis amicis et affinibus, ægroto medicus poculum probe temperatũ manu sua porrigebat. Sed audax illa mulier, ut simul et cõsciũ scæleris amoliretur, et quã despõderat pecuniam, lucraretur coràm detẽto cálicæ, nõ prius inqt medicorũ optime, nõ prius charissimo mihi marito tradesistã potiõem, q̃ de ea bonã partẽ hauseris ipse. Vñ enĩ scio, an noxiũ i ea lateat uenenũ? Quæ res utiq;

te tã prudentẽ, tamq; doctum uirũ nequaquã offendit, si religiosa uxor circa salutem mariti solicita, necessariam affero pietatem. Qua mira desperatione truculentæ fœminæ repente perturbatur medicus. Excussusq; toto consilio, & ob angustiam temporis spatio cogitandi priuatus, ante quàm trepidatione aliqua, uel contatione ipsa daret malæ conscientiæ suspicionẽ, indidem de potione gustat ampliter. Quam fidem secutus adolescens, & sumpto calice quod offerebatur, hausit. Ad istum modum præsenti transacto negocio, medicus quamcelerrime domum remeabat, salutifera potione pestem præcedentis ueneni festinans extinguere. Nec eum obstinatione sacrilega, qua semel cœperat, truculenta mulier ungue latius a se discedere passa est, priusquam inquit digesta potione medicinæ euẽtus probatus appareat. Sed ægre precibus et obsecrationibus eius multum ac diu fatigata, tandem abire cõcessit. Interim perniciem cæcam totis uisceribus furentem, medullæ penitus attraxerant. Multũ deniq; saucius, & grauedine somnolenta iam demersus, domum peruadit ægerrime. Vixq; enarratis cũctis ad uxorem, mandat saltem promissam mercedem mortis geminatæ deposceret. Sicq; Elisus uiolenter spectatissimus medicus effudit spiritum. Nec ille tamen iuuenis diutius uitam tenuerat, sed inter fictas mentitasq; lachrymas uxoris pari casu mortis fuerat extinctus. Iamq; eo sepulto, paucis interiectis diebus, quis feralia mortuis litantur obsequia, uxor medici precium geminæ mortis petẽs aderat. Sed mulier usquequaq; sui simulis fidei supprimẽs faciẽ, prætendẽs imaginẽ blã-

dicule respondit, & omnia prolixe accumulatéq; polliceatur, & statutum præmium sine mora se redditurã constituit, modo pauxillum de ea potione largiri sibi uelle ad inœpti negocij persecutionem. Quod plurimum laqueis fraudium pessimarũ uxor inducta medici facile consensit, & quo se gratiorem locupleti fœminæ faceret, properiter domo petita, totam prorsus ueneni pyxidẽ muliẽri tradidit. Quæ grandẽ scelerum nacta materiam, longe latéq; cruentas suas manus porrigit. Habebat filiam paruulam de marito, quem nuper necauerat. Huic infantulæ, quod leges necessariam patris successionem deferrent, sustinebat ægerrime, inhiansq; toto filiæ patrimonio, immunebat & capiti. Ergò certa defunctorum liberorũ matres sceleratas hereditates excipere, talem parẽtẽ præbuit, qualem exibuerat uxorẽ, prandioq; commento pro tempore etiam uxorem medici simul & suam filiam ueneno eodem percutit. Sed paruulæ quidem tenuem spiritum, & delicata ac tenera præcordia conficit protinus uirus infestum, at uxor medici dũ noxijs ambagibus pulmones eius pererrat tempestas detestabilis potionis primum suspicata quod res erat, mox urgente spiritu iam certe certior, contendit ad ipsam præsidis domum, magnoq; fidem eius protestata clamore, & populi concitato tumultu, ut pote tam immaniadetectura flagitia, efficit statim sibi simul & domus et aures præsidis patefierẽt. Iãq; ab ipso exordio crudelissimæ muliẽris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, repẽte mentis nubilo turbine correpta semihiantes adhuc compressit labias, et attritu dentũ lon

go stridore reddito ante ipsos præsidis pedes exanimis corruit. Nec ille uir alioquin exercitus tam multiforme facinus execratæ ueneficæ dilatione languida passus marcescere, cōfestim cubicularijs muliĕris attractis, ui tormentorum ueritatem eruit, atq; illam minus quī dē quam merebatur, sed quod dignus cruciatus alius excogitari non poterat, certe bestijs obijciendam pronunciauit. Talis muliĕris publicitus matrimonium cōfarraturus, ingentiq; angore oppido suspensus, expectabam diem muneris, sæpius quidem metu mortem mihi uolens consciscere priusquam scelerosæ muliĕris contagio macularer, uel infamia publici spectaculi depudescerem. Sed priuatus humana manu, priuatus digitis, ungula rotunda, atq; mutila, gladium stringere nequaquā poteram, planè tenui specula solabar clades ultimas, quod uer in ipso ortu iā gemmulis floridis cuncta depingeret, et iam purpureo nitore prata uestiret, et commodum dirupto spineo tegmine spirantes cinnameos odores promicarēt rosæ, quæ me priori meo Lucio redderēt. Dies ecce muneri destinatus aderat, ad cōseptum caueæ prosequēte populo pōpatico fauore deducor. Ac dum ludicris scænicorum choreis, primitiæ spectaculi dedicantur, tantisper ante portam constitutus. Pabulum lætissimi graminis, quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam, subinde curioso oculos patente porta spectaculi prospectu gratissimo reficiens. Nam puelli puellæq; uirenti florentes ætatula forma conspicui, ueste nitidi, incessu gestuosi, græcanicam saltantes pyrricam, dispositis ordinationibus, decoros ambitus inerrabant, nūc in orbe rotatum flexuosi, nū-

in obliquam seriem connexi, et in quadratum patorē cuneati, et in cæteruæ dissidium separati. At ubi discursus reciproci multinodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit alueo subducto, et complicatis sipariis scæna disponitur. Erat mons ligneus ad istar inclyti montis illius, quem uates Homerus idæum cecinit, sublimi instructus fabrica, consitus directis et uiuis arboribus, summo cacumine de manibus fabri fonte manante fluuialis aquas eliquans. Capellæ pauculæ tondebant herbulas, et in modum Paridis phrygij pastoris in barbaricis amiculis humeris defluentibus, pulchre induiatus adolescens aurea tiara contecto capite, pecuarium simulabat magisterium. Adest luculentus puer nudus, nisi quod ephœbia chlamida sinistrū tegebat humerum, flauis crinibus usquequaq; conspicuus, et inter comas eius aureæ pinnulæ cognatione simuli societate prominebant, quem caduceum & uirgula Mercurium indicabant. Is saltatorie procurrens, malūq; bracteis inauratum dextera gerens, ei qui Paris uidebatur porrigit, quæ mandaret Iuppiter nutu significans, & protinus gradus citule referēs, è conspectu facessit. Insequitur puella multu honesta, in deæ Iunonis speciē simulis. Nā et caput stringebat diadema cādida, ferebat & scæptrū. Irrupit alia, quā putares Mineruam, caput contecta fulgenti galea, et oleagineā corona tegebatur ipsa galea, clipeū attollens, et hastam quatiens, et qualis illa cum pugnat. Super has introcessit alia uisendo decore præpollens, gratia coloris ambrosei designans Venerem, qualis fuit Venus, cum fuit uirgo, nudo et intecto corpore perfectam formositā

tem professa, nisi quod tenui pallio bombicino inũbrãbat spectabilem pubem, quam quidem laciniã curiosulus uentus satis amanter nunc lasciuiens reflabat, ut dimota pateret flos ætatulæ, nunc luxurians aspirabat, ut adhærens pressule, membrorum uoluptatem graphicæ laciniaret. Ipse autem color deæ diuisus in speciem, corpus candidũ, quod cœlo demeat, amictus cærulus quod mari remeat. Iã singulas uirgines, quæ deæ putabantur, sui obibant comites. Iunonem quidẽ Castor et Pollux, quorum capita cassides orbatæ stellarũ apicibus insignes contegebant. Sed et isti Castores erant scænici pueri. Hæc puella uarios modulos lasciua concinente tibia procedens, quieta et inaffectata gesticulatione, nutibus honestis pastori pollicetur, si sibi præmium decoris addixisset, sese regnũ totius Asiæ tributurã. At illam quam cultus armorũ Mineruã fecerat, duo pueri muniebant, præliaris deæ comites armigeri, terror et metus nudis insultantes gladijs. At ponè tergum tibicen hormum canebat bellicosum, & permiscens bombis grauibus tinnitus acutos, in modũ tubæ saltationis agilis uigorẽ suscitabat. Hæc inquieto capite & oculis in aspectum minacibus, citato et intorto genere gesticulatione alacri demonstrabat Paridi, si sibi formæ uictoriam tradidisset, fortem tropheisq; bellorũ inclitum suis adminiculis futurũ. Venus ecce cum magno fauore cauneæ in ipso meditullio scænæ circunfuso populo, lætissimorum parunlorum dulce subridens, constitit amœne, illos teretes et lacteos puellos dicæres tu cupidines ueros de cœlo uel mari cõmodum inuolasse. Nam et pinnullis et sagittulis et hæ

bitu cætero formæ præclaræ congruebant, et uelut nuptiales epulas obituræ domnæ, coruscis præluebant facibus, & influunt innuptarum puellarum decoræ soboles. Hinc gratiæ gratissimæ, inde horæ pulcherrimæ, quæ iaculis floris serti & soluti deã suã propiciantes, scitissimũ construxerunt chorum, domi næ uoluptatum ueris coma blãdiẽtes. Iã tybiæ multiforabiles cãtus lydios dulciter cõsonant, quibus spectatorũ pectora suaue mulcentibus, longe suauior Venus placide commoueri, cunctantiq; lente uestigio, et leuiter fluctuantes pinnulas, & sensim annutante cãpite cœpit incedere, molliq; tybiarũ sono delicatis respõdere gestibus, et nũc mite conniuentibus, nũc acre comminantibus gestare pupulis, et nonnunq; saltare solis oculis. Hæc ut primum ante iudicis conspectum facta est, nix brachiorũ pollicẽri uidebatur, si fuisset deabus cæterus antelata, daturam se nuptã Paridi forma præcipuam, suiq; consimilem. Tunc animo uolenti phrygius iuuenis, malũ quod tenebat aureũ uelut uictoriæ calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini uilissima cãpita, immo forensia pecora, immo uero togati uulturij, si toti nunc iudices sententias suas precio nũdinantur, cũ rerũ exordio inter deũ et homines agitatum iudicium, corruperit gratia, et originalem sententiã magni Iouis consilijs, electus iudex rusticanus & opilio lucro libidinis uendiderit, cum totius ẽt suæ stirpis exitio. Sic Hercules et aliud sequens iudicũ inter inclitos achiuorũ ducẽs celebratum, uel cum falsis insimulationibus, eruditione doctrinaq; præpollens Palamedes proditionis damnatur, uel uirtute martia præ

potenti præfertur Vlyxes modicus Aiaci maximo? Quale autem et illud iudiciũ apud legiferos Athenie ſes et Catos illos, et omnis ſcitiẽæ magiſtros? Non ne di uinæ prudẽtiæ Senex, quem ſapiẽtia prætulit cunctis mortalibus deus delphicus, fraude & inuidia nequiſ ſimæ factionis circunuentus, uelut corruptor adoleſcen tiæ, quam frenis coercebat, herbæ peſtilentis ſucco no= xio peremptus eſt, relinquens ciuibus ignominiæ per petuæ maculam? Cum nunc etiam egregij philoſophi ſectam eius ſanctiſſimam præoptent, et ſummo beati= tuidinis ſtudio iurent in ipſius nomen. Sed nequis indi gnationis meæ reprehendat impetum, ſecum ſic repu tans, ecce nunc patiemur philoſophantem nobis aſinũ, rurſus unde diſceſſi reuetar ad fabulam. Poſtq̃ finitum eſt illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Miner ua triſtes, et iratis ſimules, ſcæna redeunt, indignatio= nem repulſæ geſtibus profeſſæ. Venus uero gaudens et hylaris lætitiam ſaltando, toto cum choro profeſſa eſt. Tunc de ſummo montis cacumine per quandam laten tem fiſtulam in excelſum prorumpit unda croco di= luta, ſparſimq; defluens paſcentis circa capellas odoro pluit hymbre, donec in meliorẽ maculatæ ſpeciem, caniciem propriam luteo colore mutarent. Iamq; totæ ſuaue flagrante cauea, montem illum ligneum terræ uorago decepit. Ecce quidam mules per mediam pla= team dirigit curſum petiturus, populo iam poſtulante, illam de publico carcere muliẽrẽ, quam dixi, propter multiforme ſcelus beſtijs eſſe dãnatam, meisq; præcla ris nuptijs deſtinatã, & thorus genialis ſcilicet noſter futurus accuratiſſime diſcernebatur, lectus indica te=

ſtudine perlucidus, plumea congerie tumidus, ueſte ſerica floridus. At ego præter pudorem obeundi publicæ concubitus, præter contagiũ ſceleſtæ pollutæq; fœminæ, metu etiã cruciabar maximè. Sic ipſe mecum reputans, quod in amplexu uenereo ſcilicet nobis cohærentibus quæcunq; ad exitiũ mulieris beſtia fuiſſet immiſſa, nõ adeo uel prudẽtia ſolers, uel artificio docta, uel abſtinentia frugi, poſſet prouenire, ut adiacentem lateri meo lacëraret mulierem, mihi uero quaſi indemnato et innoxio parceret. Ergò igitur nõ de pudore iam, ſed de ſalute ipſa ſollicitus, dum magiſter meus lectulo probe coaptando deſtrictus inſeruit, et tota familia partim miniſterio uenationis occupata, partim uoluptario ſpectaculo attonita, meis cogitationibus liberum tribuebatur arbitrium. Nec magnopere quiſquam cuſtodiẽdum tam manſuetum putabat aſinum, paulatim furtiuum pedem proferens porta, quæ proxima eſt potitus, iam curſume cælerrimo proripio. Sexq; totis paſſuũ millibus perniciter confectis, Cõchreas peruado, quod oppidum adeunt quidem nobiliſſimæ coloniæ corinthiẽſium, adluitur autem Aegæo et Saronico mari, ubi portus etiam tutiſſimum nauium receptaculũ magno frequẽtatur populo. Vitatis ergò turbulis et electo ſecreto litore propè ipſas fluctuũ aſpergines, in quodam molliſſimo arenæ gremio laſſum corpus porrectus refoueo. Nam et ultimam diei metam, curriculum ſolis deflexerat, et ueſpertinæ me quieti traditum dulcis ſomnus oppreſſit.

Circa primam fermè noctis uigiliam experrectus pauore subito, uideo præmicantis lunæ candore nimio completum orbem, commodum marinis emergentem fluctibus, nactusq; opacæ noctis silẽtiosa secreta, certus ẽt summatem deã præcipua maiestate pollere, resq; prorsus humanas ipsius rei prouindentia, nec tantum pecuina & ferina, uerum inanima etiam diuino eius luminis numinisq; nutu uegetari, ipsa etiam corpora terra, cœlo, mariq;, nunc incrementis consequenter augeri, nunc decrementis obsequenter imminui, fato scilicet iam meis tot tantisq; cladibus saciato, & spem salutis licet tardam subministrante, augustum specimen deæ præsentis statui deprecari, confestimq; discussa pigra quiete, alacer exurgo, meq; protinus purificandi studio, marino lauacro trado, septiesq; submerso fluctibus capite, qđ eũ numerũ præcipue religionibus aptissimũ diuinus ille Pythagoras prodidit, lætus & alacer deam præpotentem lachrymoso uultu sic apprecabar. Regina cœli, siue tu Ceres alma frugũ parẽs originalis, quæ reptu lætata filiæ, uetustæ glandis ferino remoto pabulo, miti commostrato cibo, nunc eleusinam glebam percolis, seu tu cælestis Venus, quæ primis rerum exordijs sexuum diuersitatem, generato amore sociasti, et æterna sobole humano genere propagato nunc circunfluo Paphi sacrario coleris, seu Phœbi soror, quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educasti,

præclarisq; nunc ueneraris delubris ephesi, seu nocturnis ululatibus horrenda Proserpina, triformi facie laruales impetus comprimens, terræq; claustra cohibens, lucos diuersos inerrans uario cultu propicias, istic luce fœminea collustrans cuncta mœnia, & nudis ignibus nutriens læta semina, & solis ambagibus dispensans incerta lumina, quoquo nomine, quoquo ritu, quaq; facie te fas est inuocare, tu meis iã nunc extremis erumnis subsiste, tu fortunã collapsam affirma, tu sæuis exanclatis casibus pausam pacemq; tribue. Sit satis laborũ, sit satis periculorum, depelle quadrupedis diram faciem, redde me conspectui meorum, redde me meo Lucio. Ac siquod offensum numen inexorabili me sæuitia premit, mori saltem licæat, si non licet uiuere. Adistum modum fusis precibus, et astrictis lamentationibus, rursus mihi marcentem animum in eodem illo cubili sopor circunfusus oppressit. Nec dum satis compresseram, et ecce pelago medio, uenerãdos dijs etiam uultus attollens emergit diuina facies. At dehinc paulatim toto corpore perlucidum simulachrũ excusso pelago, ante me constitisse uisum est. Eius mirandam speciem ad uos etiam referre connitar, si tamen mihi differendi tribuerit facultatem paupertas oris humani, uel ipsum numen eius dapsilem copiam elocutilis facundiæ subministrauerit. Iam primum crines uberrimi prolixiq; & sensim intorti per diuina colla passiue dispersi, molliter defluebant. Corona multiformis uarijs floribus sublimẽ distinxerat uerticem, cuius media quidẽ super frontem planã rotundtas in modũ speculi, uel immo argumẽtum lu-

næ candidum lumen emicabat, dextra leuáq; sulcis insurgentium uiperarum cohibita spicis etiam cæreis libus desuper porrectis, multicolor byssо tenui pertexta, nunc albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc roseo rubore flammida, & quæ longe, lõgéq; ẽt meũ confutabat obtutũ, palla nigerrima splẽdescens atro nitore, quæ circùm circa remeãs, & sub dextrum latus ad humerum leuum recurrens, umbonis uicem, deiecta parte laciniæ, multiplici cõtabulatione dependula ad ultimas horas, modulis fimbriarum decoriter consluctuabat per intectam extremitatem, & in ipsa eius planitie stellæ dispersæ cõrruscabãt, earumq; media se mustris luna flãmeos spirabat ignes. Quaqua tamen insignis illius pallæ perfluebat ambitus, indiuiduo nexu corona totis floribus, totisq; constructa pomis, adhærebat. Iam gestamina longe diuersa. Nam dextra quidem ferebat æreum crepitaculum, cuius perangustam laminam in modum balthei recuruatam traiectæ mediæ paucæ uirgulæ, crispante brachio tergeminos iactus reddebant argutũ sonũ. Leue uero cymbiũ dependebat aureum. Cuius ansulæ, qua parte cõspicua est, insurgebat aspis caput extollens arduum, cæruicibus late tumescentibus. Pedes ambrosios tegebant soleæ, palmæ uictricis foliis intextæ. Talis ac tanta spirans Arabiæ felicia germina, diuina me uocæ dignata est. En adsum tuis commota Luci precibus rerum natura parens, elementorum omnium domina, sæculorũ progenies initialis, summa numinũ, regina manium prima cœlitũ deorũ dearumq;, facies uniformis quæ cæli luminosa culmina,

maris salubria flāmina, inferū deplorata silētia, nu tibus meis dispēso. Cuius numē unicū multiforme spe cie, ritu uario, noīe multijugo totus ueneratur orbis. Inde primigenij phryges Pessinunticā nomināt deū matrem, hic autochtones attici cecropeiā Mineruam, illinc fluctuantes Cyprij paphiā Venerē, Cretes sagi ptiferi dictynā Dianam, Siculi trilingues stygiā Pro= serpinā, Eleusini uetustā deam Cererē, Iunonē alij, alij Bellonā, alij Hecaten, Rhamnusiā alij, et qui na= scentis diei solis incohātibus illustrātur radijs Aethio pes, Arijq; priscaq; doctrina pollentes, Aegyptij ceri- monijs me proprijs percolētes appellāt uero nomine re ginā Isidē, adsum tuos miserata casus, adsum fauens et propitia, mitte iā fletus, et lamētationes omitte, de= pelle mœrorē. Iā tibi prouidētia mea illucessit dies salutaris. Ergò igitur īperijs istis meis animū intēde sollicitū. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi nuncupauit religio, quo sedatis hybernis tēpesta tibus, et lenitis maris procellosis fluctibus, nauigabili iā pelago rudē dedicātes carinā primitias cōmeatus libāt mei sacerdotes. Id sacrū, nec sollicita nec propha na mēte debebis operiri. Nā meo monitu sacerdos in ipso procīctu pōpæ roseā manu dextra sistro cohærē tē gestabit coronā. Incōtāter ergò dimotis turbulis, a= lacer cōtinuare pōpā meā, uolentia fretus, et de pro= ximo clemēter uelut manū sacerdotis osculabūdus ro sis decerptis, pessimæ mihiq; detestabilis iamdudū bel uæ istius corio te protinus exuo. Nec quicq̄ rerū mea= rū reformides ut arduum. Nā hoc eodē momento, quo tibi uenio, simul et tibi præsens quæ sunt conse-

quentia ſacerdoti meo per quietem faciẽda præcipio, meo iuſſu tibi conſtricti comitatus decedẽt populi, nec inter hylares cerimonias & feſtiua ſpectacula, quisq; deformem iſtam, quam geris faciem, perhorreſcet, uel figuram tuã repente mutatam ſequius interpretatus aliquis maligne criminabitur. Planè memineris, & penita mente conditum ſemper tenebis, mihi reliqua uitæ tuæ curricula, aduſq; terminos ultimi ſpiritus uacata. Nec iniurium, cuius beneficio redieris ad homines, ei totum debere quod uiues. Viues autem beatus, uiues in mea tutela glorioſus, & cum ſpacium ſæculi tui permenſus ad inferos demearis, ibi quoq; in ipſo ſubterraneo ſemirotundo, me quam uides Acherontis tenebris interlucentem, ſtygijſq; penetralibus regnantem, campos elyſios incolens ipſe, tibi propitiã frequẽs adorabis. Quod ſi ſedulis obſequijs, et religioſis miniſterijs, tenacibus caſtimonijs, numen noſtrum promeueris, ſcies ultra ſtatuta fato tuo ſpacia, uitam quoq; tibi prorogare mihi tantum licere. Sic oraculi uenerabilis fine prolato, numen inuictum in ſe receſſit. Nec mora, cum ſomno protinus abſolutus, pauore & gaudio, ac dein ſudore nimio permixtus exurgo, ſummæq; miratus deæ potentis tam claram præſentiã, marino rore reſperſus, magnisq; imperijs eius intentus, monitionis eius ordinem recolebam. Nec mora cum noctis atræ fugato nubilo, ſol exurgit aureus. Et ecce diſcurſu religioſo, ac prorſus triũphali, turbulæ cõplẽt totas plateas, tãtaq; hylaritudine præter peculiarẽ meã geſtire mihi cũcta uidebãtur, ut pecua ẽt huiuſcemodi et totas domos, et ipſum diẽ ſerena facie gaudere ſentirem. Nam &

rem. Nam & pruinam, dies apricus ac placidus repẽte fuerat insecutus, ut cãnorae etiam auiculae, prolectãte uerno uapore, cõcentus suaues adsonarent, matrẽ siderum, parentem temporum, orbisq; totius dominã, blando mulcentes affamine. Quid quod arbores etiã quae pomifera sobole fœcũdae, quaeq; earum tantũ et umbra contentae, steriles austrinis laxatae flatibus, germine foliorum renidentes, clementi motu brachiorũ dulces strepitus obsibilabant. Magnoq; procellarũ sedato fragore, ac turbido fluctuũ tumore posito, mare quietas alluuies temperabat. Cœlũ autẽ nubilosa caligine disiecta nudo sudoq; luminis proprij splendore candebat. Eae pompae magnae paulatim procedũt anteludia, uocibus cuiusq; studijs exornata pulcherrime. Hic inanctus baltheo militem gerabat, illum succinctum chlamyde crepidae & uenabula uenatorem fecerãt. Alius socis obauratis, indutus serica ueste, mũdoq; praecioso, & adtextis capite crinibus, incessu perfluo fœminam mentiebatur. Porro aliũ ocreis scuto, galea ferroq; insignem è ludo putares gladiatorio procedere. Nec ille deerat qui magistratum fascibus purpuraq; luderet. nec qui pallio baculoq; et baxeis & hirsuto barbicio philosophum fingeret. nec qui diuersis harundinibus, alter aucupẽ cum uisco, alter piscatorẽ cũ hamo inducëret. Vidi et ursam mansuẽ, cultu matronali sella uehebatur, & simiam pileo textili, croceisq; phrygius catamiti pastoris specie, aureũ gestantẽ poculũ, et asinũ pinnis adglutinatis adãbulãtẽ cuidã seni debili, ut illũ quidẽ Bellerophõtẽ, hũc aũt diceres pegasum, tñ rideres utrũq;. Inter has

oblectationes ludicras populariũ, quæ passim uagabã tur, iã sospitatricis deæ peculiaris põpa moliebatur. Mulieres cãdido splẽdentes amicimine, uario lætantes gestamine, uerno florẽtes coronamine, quæ de gremio per uiã, qua sacer incedebat comitatus, solũ sternebãt floscul is. Aliæq; nitentibus speculis ponẽ tergũ reuer sis uenienti deæ obuium commostrarent obsequiũ. Et quæ pectines eburneos ferentes, gestu brachiorũ, flexuq; digitorum, ornatũ atq; oppexum crinium regalium fingerent. Ille etiam quæ cæteris unguentis & geniali balsamo guttatim excusso conspergebãt plateas. Manus præterea sexus utriusq; numerus, lucernis, tædis cereis, & alio genere ficti luminis siderũ cælestium stirpem propiciantes, symphoniæ, dehinc suaues fistulæ, tibyæq; modulis dulcissimis personabãt. Eas amœnus lectissimæ iuuentutis ueste niuea & catacli sta prænitens sequebatur chorus, carmen uenustũ iterantes, quod camœnarum fauore sollers poeta modulatus edixerat, quod argumentum referebat. Interim maiorum ante cantamenta uotorum. Ibant & dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarẽ templi deiq; modulum frequentabant, & pleriq; qui facilem sacris uiam dari prædicarent. Tunc influunt turbæ sacris diuinis initiatæ, uiri fœminæq; omnis dignitatis & omnis ætatis, linteæ uestis candore puro luminosi. Illæ limpido tegmine crines madidos obuolutæ. Hi capillum derasi funditus, uerticem prænitentes, magnæ religionis terrena sidera, æreis & argenteis, immo uero aureis etiã sistris argutum tinnitum

constrepentes, & antistites sacrorũ proceres illi, quẽ candido linteamine cinctum pectoralẽ aduscq; uestigia strictim iniecti, potentissimorum deum proferebant insignis exuuias. Quorum primus lucernã claro premicantem porrigebat lumine, nõ adeo nostris consimilem, qua uespertinas illuminant epulas, sed aureum cymbium in medio sui patore flammulam suscitans largiorem. Secundus uestitu quidem simulis, sed manibus ambabus gerebat altaria, ideſt auxilia, qbus nomen dedit proprium, deæ summatis auxiliaris prouidentia. Ibat tertius attollens palmã, auro subtiliter foliatã, nec non mercurialẽ etiam cãduceum. Quartus æquitatis ostendebat indicium, deformatam manum siniſtrã, porrecta palmula, quæ genuina pigritia, nulla calliditate, nulla solertia prædita, uidebatur æquitati magis aptior q̃ dextra. Idẽ gerebat, & aureum uasculum in modum papillæ rotundatũ, de quo lacte libabat. Quintus aureã uannum aureis congestam ramulis, et alius ferebat amphoram. Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeũt. Hic horrendũ, ille superũ cõmeator & inferũ, nũc aurea facie sublimis, attollẽs canis ceruices arduas. anubis, leua cãduceũ gerẽs, dextera palmã uirẽtẽ quatiẽs. Cuius uestigiũ continuũ sequebatur bos in erectũ leuata statũ, bos oiparẽtis deæ fœcũdũ simulacrũ, q̃ residẽs humeris suis proferebat unus è ministerio beato gressu gestuoso. Ferebatur ab alio cista secretorũ cãpax, penitus cælãs operta magnificæ religionis. Gerebat alius felici suo gremio summi sui numinis uenerandã effigiem, nõ pecoris, non auis, nõ feræ,

ac ne hominis quidem ipsius consimulem, sed solerti repertu & ipsa nouitate, reuerendam altioris utcũq; & magno silentio tegendæ religionis argumentum ineffabile, sed ad istum planè modum fulgente auro figuratum. Vrnula faberrime cauata fundo quàm rotundo miris extrinsecus simulachris ægyptiorum effigiata. Eius orificium non altiusculè leuatum, in canalem porrectum, longo riuulo prominebat. Ex alia parte uero multum recedens, spatiosa dilatatione adhærebat ansa. Quam contorto nodulo supersedebat aspis squameæ cœruicis stricto tumore sublimis. Et ecce præsentissimi numinis promissa nobis accedunt beneficia, & fata, salutemq; ipsam meam gerens sacerdos oppropinquat ad ipsum præscriptum diuinæ promissionis ornatum, dextra proferens sistrum deæ coronã, mihi etiam Hercules coronam consequenter, quod tot ac tantis exanclatis laboribus, tot emersis periculis deæ maximæ prouidentia adluctantem mihi sæuissimam fortunam superarem. Nec tamen gaudio subitario commotus, inclementi me cursu proripui, uerẽs scilicet ne repentino quadrupedis impetu, religionis quietus turbaretur ordo, sed placido ac prorsus humano gradu, contabundus paulatim obliquato corpore sanè diuinitus decedente populo, sensim irrepo. At sacerdos, ut reabse cognoscere potui, nocturni commonefactus oraculi, miratusq; congruentiam mandati muneris confestim restitit, et ultro porrecta dextra ob os ipsum meũ coronam exibuit. Tũc ego trepidans assiduo pulsu micanti corde, coronã, quæ rosis amœnis intexta fulgurabat, auido ore susceptam, cupidus cupidissime de

uoraui, nec me fefellit cœleſte promiſſum. Protinus mihi delabitur deformis & ferina facies, ac primo quidẽ ſqualẽs pilus defluit, ac dehinc cutis craſſa tenuatur, uenter obeſus reſidet, pedũ plãtæ per ungulas in digitos exeunt, manus non iã pedes ſunt, ſed in erecta porriguntur officia, ceruix procera cõhibetur, os et caput rotundatur, aures enormes repetũt paruitatẽ priſtinã, dentes ſaxei redeunt ad humanã minutiẽ, & quæ me potiſſimũ cruciabat ante cauda, nuſquam comparuit. Populi mirantur, religioſi uenerãtur tam euidentem maximi numinis potentiã, & conſimilẽ nocturnis imaginibus magnificentiam & facilitatem reformationis, claráq; & conſona uocẽ cœlo manus attendentes teſtantur tam illuſtre deæ beneficium. At ego ſtupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinum, tamq; magnum non capiente gaudium, quid potiſſimum præfarer primariũ. Vnde nouæ uocis exordium caperem, quo ſermonem nunc renata lingua felicius auſpicarer, quibus quãtisq; uerbis tantæ deæ gratias agerem. Sed ſacerdos utcunq; diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, q̃q̃ et ipſe inſigni permotus miraculo, nutu ſignificato, prius præcipit tegẽdo mihi linteã dari lacinã. Nã me, cũ primũ nefando tegmine deſpoliauerat aſinus, cõpreſſis in arctũ fœminibus, et ſuperſtrictus accurate manibus q̃tũ nudo licebat uelamẽto me naturali probe munierã. Tũc è cohorte religiõis unus ipigre ſuperiorẽ exutus tunicã, ſupertexit me celerrime. Quo facto ſacerdos uultu geniali, et herculeo phumano, ĩ aſpectũ meũ attonitus ſic effatur. Multis et uariis

exãclatis laboribus, magnisq; fortunæ tẽpestatibus, et maximis actus procellis ad portum quietis et arã misericordiæ Luci tandem ueneisti. Nec tibi natales ac ne dignitas qdẽ, uel ipsa qua flores usquã doctrina profuit, sed lubrico uirẽtis ætatulæ ad seruiles delapsus uoluptates, curiositatis im prosperæ siniſtrum præmum' reportasti. Sed utcunq; fortunæ cæcitas, dum te pessimis perẽculis discruciat, ad religiosam istam beatitudinem, immo uida produxit malitia. Eat nunc, et summo furore sæuiat, et crudelitati suæ materiam quærat aliam. Nam in eos, quorum sibi uitas, seruitium, deæ nostræ maiestas uindicauit, non habet locum casus infestus. Quid latrones, quid feræ, quid seruitium, quid asperrimorum itinerum ambages reciprocæ, quid metus mortis quotidianæ nefariæ fortunæ profuit? In tutellã iam receptus es fortunæ, sed uidentis, quæ suæ lucis splẽdore cæteros etiam deos illuminat. Sume iam uultum lætiorem, candido isto habitu tuo congruentem, comitare pompam deæ sospitatricis inouanti gradu. Videãt irreligiosi, uideant, et errorem suum recognoscant. En ecce pristinis erumnis absolutus, Isidis magnæ prouidẽtia gaudens Lucius de sua fortuna triumphat, quo tamen tutior sis atq; munitior, da nomen huic sanctæ militiæ, cuius non olim sacramento etiam rogabaris, téq; iam nunc obsequio religionis nostræ dedica, & mini sterij iugum subi uoluntarium. Nam cum cœperis deæ seruire, tunc magis senties fructum tuæ libertatis. Ad istum modum uaticinatus sacerdos egregius fatigatos anhelitus trahens conticuit. Exin permixtus agmini religioso procedens comitabar sacrarium, totæ ciuitati

notus ac cõspicuus, digitis hominum nutibusq; notabilis omnes in me populi fabulabantur. Hunc omnipotentis hodie deæ, numen augustum reformauit ad homines. Felix hercules, et tibi beatus qui uitæ scilicet præcedentis innocentia, fideq; meruerit, tam præclarum de cœlo patrociniũ, ut renatus quodammodo statim sacrorũ obsequio desponderetur. Inter hæc et festorũ uotorũ tumultũ paulatim progressi, iã ripã maris proximamus, atq; ad ipsum illũ locũ quo pridie meus stabulauerat asinus peruenimus. Ibidem simulachris rite dispositis, nauem faberrime factam, picturis miris ægyptiorum circunseptus uariegatam. summus sacerdos, tæda lucida, & ouo, & sulfure, solemnissimas preces de casto præfatus ore, q̃ purissime purificatam, deæ nuncupauit, dedicauitq;. Huius aluei felicis nitens carbasus lintea uotum ingestans progerebat. Eæ literæ uotum instaurabant de noui commeatus prosperanauigatione. Iam malus insurgit. Pinus rotunda splendore sublimis insignis carchesio conspicua, et puppis intorta cæruchо, bracteis aureis uestita fulgurabat, omnisq; prorsus carina citro limpido perpolita florebat. Tunc cũcti populi tam religiosi, q̃ prophani, uannos onustas aromatis & huiusœmodi supplicijs certatim congerũt, et insuper fluctus libant intritum lacte confectum, donec muneribus largis, et deuotionibus faustis completa nauis, absoluta strophijs anchoralibus, peculiari serenoq; flatu pelago redderetur. Quæ postquam cursus spacio, prospectum sui nobis incertat, sacrorũ geruli sumptis rursum, quæ quisq; detulerãt, alacres ad phanũ reditum capessum, simili ritu pompæ decori. At

cum ad ipsum iam templum peruenimus, sacerdos maximus, quíq; diuinas effigies progerebant, et qui uenerandis penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum deæ recepti disponunt rite simulachra spirãtia. Tunc ex his unus, quem cuncti grammatea dicebant, pro foribus assistens, cœtu pastoforũ (quod sacrosancti collegij nomen est) uelut in concionem uocato, indidem de sublimi suggestu, de libro, de literis fausta uota præfatus, principi magno senatuíq; & equi totíq; Ro. populo nauticis nauibus, quæq; sub imperio mundi nostratis reguntur, renunciat sermone rituq; græciensi ita, λαῶις ἄφεσις. Quam uocem feliciter cunctis euenire signauit, populi clamor insecutus, exin gaudio delibuti populares talos, uerbenas, corollas ferẽtes. Exosculatis uestigijs deæ, quæ gradibus hærebat argento formata ad suos discedunt lares. Nec tamen sinebat me animus ungue latius indidem digredi, sed intentus deæ specimen, pristinos casus meos recordabar. Nec tamen fama uolucris pigra pinnarum tarditate cessauerat, sed protinus in patria deæ prouidentis adorabile beneficium, meamq; ipsius fortunam memorabilem narrauerat passim, confestim deniq; familiares ac uernulæ, quíq; mihi proximo nexu sanguinis cohærebant, luctu deposito, quem de meæ mortis falso nuntio susceperant, repentino lætati gaudio, uarie quisq; munerabundi, ad meum festinant illĩco diutinum, reducemq; ab inferis conspectum, quorũ desperata ipse etiã facie recreatus oblationes honestas, æqui boníq; facio, quippe cum mihi familiares, quoad cultum sumptumq; largiter succederet, deferre perspi-

cile curaſſent. Affatis itaq; ex officio ſingulis, narratiſq; meis priſtinus erumnis, et præſentibus gaudijs meis rurſum ad deæ gratiſſimum mihi refero conſpectum, ædibuſq; conductis intra conſumptum templi larem temporarium mihi conſtituo, deæ miniſterijs adhuc priuatus appoſitus, contubernijſq; ſacerdotum indiuiduus, et numinis magni cultor inſeparabilis. Nec fuit nox una, uel quies aliqua uiſu deæ monituq; ieiuna, ſed crebris imperijs ſacris ſuis me iamdudū deſtinatum, nunc ſaltem cenſebat initiari. At ego quanquam cupiēti uoluntate præditus, tamen religioſa formidine renitebar. Quod enim ſedulo percunctauerā difficile religionis obſequium, & caſtimoniorum abſtinentiam ſatis arduam, cautoq; circunſpectu uitam, quæ multis caſibus ſubiacet eſſe muniendam. Hæc indidem mecum reputans, neſcio quomodo quanquam feſtinans differebam. Nocte quadam plenum gremium ſuum uiſus eſt mihi ſummus ſacerdos offerre. At requirenti quid utiq; iſtud, reſpondiſſe, partes illas de Theſſalia mihi miſſas ſeruum et meum indidem ſuperueniſſe, nomine Candidum. Hāc experrectus imaginem diu diuq; apud cogitationes meas reuoluebā, quid rei portenderet, præſertim cum nullum unquam habuiſſe me ſeruū iſto nomine nūcupatum certus eſſem, ut tamen ſeſe præſagium ſomni porrigeret, lucrum certum modis ſignificari partium oblatione credebam. Sic anxius et in prouentum proſperiorem attonitus, templi matutinas apertiones operiebar. Ac dum ualuis candentibus reductis in diuerſum deæ uenerabilem conſpectum apprecamur, et per diſpoſitas aras circumiens ſacerdos

rem diuinam procurat, supplicamentis solemnibus de penetrali fonte petitum spondeon libat. Rebus iam rite cõsumatis, inchoatæ lucis saltationibus religiosi primam nunciantes horam perstrepunt. Et ecce superueniunt de patria, quos ibi reliqueram, famuli, cũ me Fotis malis inæpistrasset erroribus, cognitis scilicet famulis meis, necnon et equum quoq; illum meum reducentibus, quem diuerse distractum notæ dorsualis cognitione recuperauerant. Quare solertiam somni tũ mirabar, uel maxime quod præter congruentiam lucrosæ pollicitationis, argumento serui Candidi, equum mihi reddidisset colore candidum. Quo facto, idẽ solicitus sedulum colendi frequentabam ministerium, spe futura beneficijs præsentibus pignerata. Nec minus indies mihi magis magisq; accipiendorum sacrorũ cupido gliscebat, summisq; precibus primariũ sacerdotem sæpissime conueneram, petens ut me noctis sacræ tandem arcanis initiaret. At ille uir alioquin grauis et sobriæ religionis obseruatione famosus, clemẽter ac comiter, &, ut solent parentes immaturis liberorum desiderijs modificari, meam differens instantiam, spei melioris solatijs alioquin anxium mihi permulcebat animum. Nam et diem quo quisq; possit initiari, deæ nutu demonstrari, et sacerdotẽ qui sacra debeat ministrare, eiusdem prouidentia deligi, sumptus etiam cærimonijs necessarios simili præcepto destinari, quæ cuncta nos quoq; obseruabili patientia sustinere censebat, quippe cũ auiditati cõtumaciæq; summe cauere, et utrãq; culpã uitare, ac neq; uocatus morari, nec non iussus festinare debere. Nec tamen esse quenq̃ de suo numero tã

perditæ mẽtis, uel immo destinatæ mortis, qui non sibi quoq; seorsum iubente domina, temerariũ atq; sacrilegum audeat ministerium subire, noxamq; letalem cõtrahere. Nam et inferum claustra et salutis tutelam in deæ manu posita, ipsamq; traditionem ad instar uoluntariæ mortis & precariæ salutis celebrari. Quippe cum transactis uitæ temporibus iam in ipso finitæ lucis numine constitutos, quis tamen tuto possint magna religionis committi silẽtia, numen deæ soleat elicere, et sua prouidentia quodammodo renatos, ad nouæ reponere rursus salutis curricula. Ergò igitur me quoq; oportere cœleste sustinere præceptum, q̃q̃ perspicua euidentiq; magni numinis dignatione iamdudum felicis ministerio nuncupatum destinatumq; , nec secus q̃ cultores cæteri, cibis prophanis ac nefarijs iam nũc temperare, quo rectius ad arcana purissimæ religionis secreta peruaderem. Dixerat sacerdos. Nec impatientia corrumpebatur obsequium meũ, sed intentis miti quiete, et probabili taciturnitate, sedulum quot dies obibã culturæ sacrorum, ministerium. Nec me fefellit, nec lõgi temporis prolatione cruciauit deæ potentis benignẽtas salutaris. Sed noctis obscuræ non obscuris imperijs euidenter monuit, aduenisse diem mihi semper optabilem, quo me maximi uoti competeret quantóq; sumptu deberẽ procurare supplicamentis, ipsumq; muthrã illum suum sacerdotem præcipuum diuino quodam stellarum consortio (ut aiebat) mihi coniunctum sacrorũ ministrum decernut. Quis et cæteris beniuolis præceptis summatis deæ recreatus animi, nec dum satis lucæ lucida discussa qete, protinus ad receptaculũ sa

cerdotis contendo, atq; eum cubiculo suo commodum prodeũtem cõtinuatus saluto, solito constantius destinaueram iam uelut debitum sacris obsequium flagitare. At ille statim ut me conspexit prior, o' Luci, inquit, te felicem, te beatum, quem propitia uoluntate numen augustum tantopere dignatur, et quid inquit iam nũc stas ociosus atq; ipsum demoraris? Adest tibi dies uotis assiduis exoptatus, quo deæ multinominis diuinis imperijs per istas meas manus pũssimus, sacrorũ arcanis insinueris, et iniecta dextera senex cõmissimus ducit me protinus ad ipsas fores ædis amplissimæ, ritúq; solemni apertionis celebrato ministerio, ac matutino pacto sacrificio, de opertis adyti profert quosdã libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris huiuscemodi animalium, concepti sermonis compẽdiosa uerba suggerentes, partim nodosis et in modum rotæ tortuosis, et præolatimq; condensis apicibus, ac curiositate prophanorum lectione munita indidem mihi prædicat, quæ forent ad usum teletæ necessario præparanda. Ea protinus gnauiter, & aliquanto liberalius, partim ipse, partim per meos socios cœmenda procuro. Iamq; tempore, ut aiebat, sacerdos id postulãte, stipatum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas, & prius sueto lauacro traditum præfatus domini ueniam puriſſime circunrotans abluit, rursumq; ad templum reductum iam duabus dici partibus trãsactis ante ipsa deæ uestigia constituit, secretóq; mandatis quibusdam quæ uoce meliora sunt, illud plane` cũctis arbitris præcipit, decem continuis illis diebus cibariam uoluptatem cœrcerem, neq; ullum, animal es-

sem et inuinius essem. Quis uenerabili continentia rite seruatis, iam dies aderat diuino destinatus uadimonio, et sol curuatus intrahebat uesperam. Tum ecce confluunt undiq; turbæ sacrorũ ritu uetusto uarijs qsq; me muneribus onerantes. Tunc semotis procul profanis omnibus, linteo rudiq; me contectum amicimine, arrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrarij penetralia. Quæras forsitan satis anxie studiose lector, quid deinde dictum, quid factum. Dicerem, si dicere liceret, cognosceres, si liceret audire. Sed parem noxam contraherent aures & linguæ illæ temerariæ curiositatis. Nec te tamen desiderio forsitan religioso suspensum angore diutino cruciabo. Igitur audi. sed crede quæ uera sunt. Accessi confinium mortis, & calcato Proserpinæ limine per omnia uectus elementa remeaui. Nocte media uidi solem candido corruscantem lumine, deos inferos, et deos superos. Accessi coràm, et adoraui de proximo. Ecce tibi rettuli, quæ quamuis audita, ignores tamen necesse est. Ergò quod solum potest sine piaculo ad profanorum intelligentias enuntiari, referam. Mane factum est, & perfectis solemnibus, processi duodecim sacratus stolis, habitu quidem religioso satis, sed effari de eo nullo uinculo prohibeor. Quippe quod tunc temporis uidere præsentes plurimi. Nanq; in ipso ædis sacræ meditullio, ante deæ simulacrũ constitutũ tribunal ligneũ iussus superstiti, bissina quidem, sed floride depicta ueste conspicuus, et humeris dependebat. Ponè tergum talorum tenus preciosa clamyda. Quãquã tamen uiseres, colore uario circũnotatis insignibar animalibus. Hic dracones in=

dici, inde gryphes hiperborei, quos in ſpeciem pinnatæ alitis generat mundus alter. Hanc olimpiacā ſtolam ſacrati nuncupant. Admanum dextram gerebā flammus adultam fācm, & caput decore corona cinxerat, palmæ candidæ foliis in modum radiorū proſiſtentibus. Sic ad inſtar ſolis exornatus & in uicem ſimulacri conſtituto, repente uelis reductis in aſpectū populus errabat. Ex hinc feſtiſſimū celebraui natalē ſacrorū, et ſuaues epulæ et facēta cōuiuia. Dies etiam tertius pari cerimoniarū ritu celebratus, et ientaculū religioſum et teletæ legitima cōſumatio. Paucis dehinc ibidem cōmoratus diebus inexplicabili uoluptate ſimulacri diuini perfruebar, irremunerabili quippe beneficio pigneratus. Sed tamen deæ monitu, licet non plene, tamen pro meo modulo ſupplicue gratijs pſolutis, tardam ſatis domuitionem cōparo, uix equidem abruptis ardentiſſimi deſiderij retinaculis. Prouolutus deniq; ante cōſpectū deæ, et facie mea diu terſis ueſtigijs eius lachrymis obortis, ſingultu crebro ſermonē interficiēs, et uerba deuorās animo. TV Quidē ſancta et humani generis ſoſpitatrix perpetua, ſemper fouēdis mortalibus munifica, dulcē matris affectionem miſerorū caſibus tribuis. Nec dies, nec qes ulla, ac ne momētū qdē tenue tuis tranſcurrit beneficijs ocioſum, quin mari terrāq; protegas homines, & depulſis uitæ procellis ſalutarem porrigas dextram, qua fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia, et fortunæ tempeſtates mitigas, & ſtellarum uarios meatus cohibes. Te ſuperi colunt, obſeruant inferi. tu rotos orbem, luminas ſolem, regis mundum, calcas tartarū.

Tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, seruiunt elementa, tuo nutu spirant flumina, nutriũtur nubila, germinant semina, crescũt germina. Tuam maiestatem perhorrescunt aues cœlo meãtes, feræ montibus errantes, serpẽtes solo latentes, beluæ põto natantes. At ego referendis laudibus tuis exilis ingenio, & adhibendis sacrificijs tenuis patrimonio, nec mihi uocis ubertas ad dicenda, quæ de tua maiestate sentio sufficiat, nec ora mille, linguæq; totidem, uel indefessi sermonis æterna series. Ergo quod solũ potest religiosus quidẽ, sed pauper alioqn, efficere curabo diuinos tuos nultus, numenq; sanctissimũ intra pectoris mei secreta conditũ, perpetuo custodiens imaginabor. Ad istũ modũ deprecato summo numine, cõplexus mithrã sacerdotẽ, et meũ iam parentẽ, colloq; eius multis osculis inhærens, ueniam postulabã, quod eum condigne tantis beneficijs munerari nequirẽ. Diu deniq; gratiarũ gerendarũ sermone prolyxo commoratus, tandẽ digredior, & recta uia patriũ larẽ reuisurus meũ post aliquantulũ tẽporis contendo, paucisq; post diebus, deæ potentis instinctu, rapti cõstrictis sarcinulis, naue conscensa, Romã uersus profectionẽ dirigo, tutusq; prosperitate uentorũ ferentiũ hausi portum celerrime. Ac dehinc carpẽto puolaui, uesperaq;, quã dies insequebatur iduum decembrium, sacrosanctam istam ciuitatem accedo. Nec ullum tam præcipuum mihi exinde studium fuit, quàm quotidie supplicare summo numini reginæ Isidis, quæ de templi situ sumpto nomine campensis summa cum ueneratione propiciatur. Eram deniq; cultor assiduus fani quidem

aduena, religionis autem indigena. Eæ transcurso signifero circulo sol magnum annum compleuerat, & quietem meam rursus interpellat numinis benefica cura peruigilis. Et rursus teletæ, rursus sacrorũ commonet. Mirabar quid rei temptaret, quid pronuntiaret futurum, quidni plenissime iã dudũ uidebar initiatus. Ac dum religiosum scrupulum partim apud sensum meum disputo, partim sacratorum consiliis ex animo nouũ mirumq; planè comperior, deæ quidẽ me tantũ sacris imbutum, ac magni dei deumq; summi parẽtis inuicti osiris nec dũ sacris illustratũ, q̃q̃ enim cõnexa, immo uero unica ratio numinis religionisq; esset, tamẽ teletæ discrimẽ interesse maximũ, prohinc me quoq; peti magno etiã deo fãmulũ sentire deberem. Nec diu res in ambiguo stetit. Nã proxima nocte uidi quendã de sacratis linteis intectũ, qui thyrsos et hederas, et tacẽda quædã gerẽs, ad ipsos meos lares collocaret, et occupato sedili meo religionis amplæ denũciaret epulas. Is ut agnitionẽ mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri pedis talo paululũ reflexo cõtabũdo clemẽter ĩcedebat uestigio. Sublata est ergo post tã manifestã domini uolũtatẽ ambiguitatis tota caligo, & ilico deæ matutinis perfectis salutationibus, summo studio percontabar singulos, ecqui uestigium simulis ut somnium, nec fides abfuit. Nam de pastoforis unum conspexi, statim præter indiciũ pedis cæteros etiã statu atq; habitu examussim nocturnæ imagini cõgruentẽ, quẽ Asinĩ Marcellũ uocitari cognoui, posteà reformationis meæ non alienum nomẽ. Nec moratus conueni protinus eum

mus eũ sanè nec ipsum futuri sermonis ignarũ. Quippe iam dudum consimili præcepto sacrorum ministrãdorum commonefactum. Nam sibi uisus é quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat & de eius ore, quo singulorum fata dictat, audisset, mitti sibi Madaurensem, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet ministrare. Nam & illud studiorum gloriam, & ipsi grande compendium sua comparari prouidentia. Adistum modum desponsus sacris, sumptuum tenuitate circa uotum meum retardabar. Nam uiriculas patrimonij peregrinationis attriuerant impensæ, & erogationes urbicæ pristinis illis prouincialibus antistabant. Plurimum ergo duritia paupertatis intercedente, quod ait uetus prouerbium, inter sacrum & saxum positus cruciabar. Nec secus tamen identidem numinus premebar instantia. Iamq; sæpicule non sine magna turbatione stimulatus postremo iussos, ueste ipsa mea quamuis paruula distracta, sufficientem corrasi summulam, & idipsum præceptũ fuerat specialiter. An tu inquit siquam rem uoluptati struendæ molireris, lacanijs tuis nequaquã parceres. Nũc tantas cærimonias aditurus impœnitendæ te pauperiei contaris comitem? Ergo igitur cunctis affatim præparatis, rursus decem diebus inanis contentus cibis insuper etiam de Serapis principalis dei nocturnis orgijs illustratus, plena iam fiducia germanæ religionis obsequium diuinum frequentabam. Quæres summum peregrinationi meæ tribuebat solatium, nec minus etiam uictum uberiorem submistrabat, quidni spiritu fauentis euentus quæsticulo forensi nutrito,

per patrocinia sermonis romani. Et ecce post paucilũ tempus inopinatis & usquequaq; mirificis imperijs d. muni rursus interpellor, et cogor tertiam quoq; teletam suscitare. Nec leui cura sollicitus, sed oppido suspensus animi, mecum ipse cogitationes exercitus cogitabam, quorsus noua hæc & inaudita se cœlestiũ porrigeret intentio, quid subsidiũ quamuis iteratæ iam traditioni remansisset. Nimirum perperam, uel minus plene cõsuluerunt in me sacerdos utriq;, et hercules iam de fide quoq; eorum opinari cœptabam segnius, quo me cogitatiõis æstu fluctuantẽ ad instar insaniæ peratũ sic instruxit nocturna diuinatione clemẽs imago, nihil est inquit, quod numerosa serie religionis quasi quicquam sit prius omissum terreare, quin assidua ista numinũ dignatione lætum capesse gaudium, & potius exultanter futurus, quod alij uel semel uix conceditur, teq; de isto numero merito præsume semper beatum. Cæterũ futura tibi sacrorum traditio perneccssaria ẽ, si tecum nunc saltem reputaueris, exuuias deæ, quas in prouincia sumpsisti in eodem fano depositas perseuerare, nec te Romæ diebus solemnibus, uel supplicare his, uel cum præceptum fuerit, felici illo amictu illustrari posse. Quod felix itaq; ac faustum salutareq; tibi sit, animo gaudiali rursum sacris initiare dijs magnis authoribus. Hactenus diuini somnij suada maiestas quod usus foret pronunciauit. Nec deinceps postposito, uel in supinam procrastinationẽ reiecto negocio, statim sacerdoti meo relatis quæ uideram, in animæ protinus castimoniæ iugum subeo, et lege perpetua præscriptis illis decem diebus spon-

tali sobrietate multiplicatis, instructum teletæ compa ro, largitus, ex studio pietatis magis, quàm mensura rebus collatis. Nec hercules laborũ me sumptuumq; quicquam pœnituit, quidni liberali domini prouiden tia iam stipendijs forensibus bellule fotum. Deniq; post dies admodum pauculos deus deũm magnorum po tior, & maiorum summus, & summorũ maximus, et maximorũ regnator Osiris, non in alienam qui p piam personam reformatus, sed coràm suo uenerã do me dignatus affamine per quietem præcipere uisus est, quàm nunc incontanter glorioſa in foro redderem patrocinia, nec extimescerem maliuolorum disſemina tiones, quas studiorum meorum laborioſa doctrina ibi deseruiebat. Ac ne sacris suis gregi cætero permi xtus deseruirem in collegium, me pastoforum suorũ, immo inter ipsos decurionum quinquennales elegit. Rursus deniq; quàm raso capillo collegi uetustissimi, & sub illis Syllæ temporibus conditi munia, non obũ brato uel obtecto caluicio, sed quoquo uersus obuio, gaudens obibam.

FINIS.

L. APVLEII MADAVRENSIS FLORIDORVM LIBER PRIMVS.

IT fermè religiosis uiantium moris est, cum aliquis lucus, aut aliquis locus sanctus in uia oblatus est, uotum postulare, portum apponere, paulisper assidere, ita mihi ingresso sanctissimam istam ciuitatem, quanquam oppido festine, præfanda uenia, & habenda oratio, & inhibenda properatio est. Neq; enim iustius religiosam moram uiatori obiecerit, aut ara floribus redimita, aut spelunca frondibus inumbrata, aut quercus cornibus onerata, aut fagus pellibus coronata, uel enim colliculus sepimine consecratus, uel truncus dolamine effigiatus, uel cæspes libamine humigatus, uel lapis unguine delibutus. Parua hæc quippe & quanquam paucis percontantibus adorata, tamen ignorantibus transcursa. At non itidem maior meus Socrates. Qui cum decorum adolescentem & diutule tacentem conspicatus foret, ut te

» *uideá, inquit, aliquid eloquere scilicet Socrates tacen-*
» *tem hominem non uidebat. Etenim arbitrabatur homines non oculorum, sed mentis acie, et animi obtutu considerãdos, nec ista re cum plautino milite congruebat, qui ita ait.*

» *Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem.*

Immo enim uero hunc uersum ille ad examinandos homines conuerterat. Pluris est auritus testis unus, q̃ oculati decem, Cæterum si magis pollerent oculorum quàm animi iudicia, profecto de sapientia foret aqui

læ concedendum. Homines enim neq; longule dissita, neq; proxime adsita possumus cernere, uerum omnes quodammodo cæci sumus, ac si ad oculos & obtutum istum terrenum redigas, & hebetem profecto uerissime poëta egregius dixit, uelut nebulam nobis ob oculos offusam non cernere nos nisi intra lapidis iactum ualere. Aquila enimuero cum se nubium tenus altissime sublimauit euecta alis, totum istud spacium qua pluitur & ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini nec fulguri locus est, in ipso ut ita dixerim solo ætheris & fastigio hyemis. Cum igitur eò sese aqla extulit nutu elementi leuorsum uel dextrorsum tanta mole corporis labitur, uelificatas alas quo libuit aduertẽs modico caudæ gubernaculo ide cuncta despiciẽs, ibidẽ pẽnarũ eminus idefessa remigia, ac paulisper contabũdo uolatu penè eodẽ loco pẽdula circũtuetur, et quærit quorsus potissimum in prædam superne sese ruat fulminis uice. De cœlo improuisa simul campis pecua, simul montibus feras, simul homines urbibus uno obtutu sub eodẽ ĩpetu cernẽs unũ rostro transfodiat, unum unguibus inuncet, uel agnũ incuriosum, uel leporem meticulosum, uel quocunq; esui animatum uel lanatum fors obtulit. Hi agnis fuit, ut fando accepimus, Marsiæ tibicinis pater et magister, rudibus adhuc musicæ seculis, solus ante alios cantus canere. Nondum quidem tam indefessa anima sono, nec tam pluriformi modo, nec tam mulforatili tibia. Quippe adhuc ars ista repertu nouo commodũ oriebatur, nec quicquam omnium est quod possit in primordio sui perfici. Sed in omnibus fermè ante est

ſpei rudimentum, quàm rei experimentum. Prorſus igitur ante Hiagnim nihil aliud pleriq; callebant, quàm Virgilianus opilio, ſeu buſequa,

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Quod ſiquis uidebatur paulo largius in arte promouiſſe, ei quoq; tamen mos fuit una tibia, uelut una tuba perſonare. Primus Hiagnis in canendo manus dicapedinauit. Primus duas tibias uno ſpiritu animauit. Primus leuis & dextris foraminibus acuto tinnitu, et graui bombo concentum muſicum miſcuit. Eo genitus Marſias cum in artificio patris foret tibicanus, phryx cætera & barbarus, uultu ferino trux, hiſpidus, multibarbus ſpinis et pilis obſitus, fertur, pro nefas, cum Apolline certauiſſe. Therſites cũ decoro, agreſtis cum erudito, belua cum deo, Muſæ cum Minerua diſſimulamenti gratia iudices aſtitere, ad deridendã ſcilicet monſtri illius barbariam, nec minus ad ſtoliditatem puniendam. Sed Marſias quod ſtultitiæ maximum ſpecimen eſt non intelligens ſe deridiculo haberi priusq; tibias occiperet inflare, prius de ſe et Apolline quædam deliramenta barbare effutiuit, laudãs ſeſe, quod erat et coma relicinus, et barba ſqualidus, et pectore hirſutus, et arte tibicen, et fortunæ egenus, contra Apollinẽ (ridiculum dictu) aduerſis uirtutibus culpabat, quod Apollo eſſet & coma intonſus, et genis gratus, et corpore glabellus, et arte multiſcius, et fortuna opulentus. Iam primum, inquit crines eius præmulſis antius promulſis caproneis, anteuentuli et propenduli corpus totũ gratiſſimũ, mẽbra nitida, lingua fatidica, ſeu tute oratione, ſeu uerſibus malis utrobiq; facundia

æquiparari. Quid q et uestis textu tenuis, tactu mollis, purpura radians? Quid q et lyra eius auro fulgurat, ebore cãdidat, gemmis uariegat. Quid q et doctissime, et gratissime cantilat. Hæc omnia, inquit blandimenta nequaq̃ uirtuti decora, sed luxuriæ accommodata, circa corporis sui qualitatẽ præ se maximam speciem ostentare. Risere musæ cum audirent hoc genus crimina sapienti exoptanda, Apollini obiectata, et tibicinẽ illũ certamine superatum, uelut ursum bipedem, corio execto nudis et laceris uisceribus reliquerunt. Ita Marsias in pœnã æanit et æcidit. Enimuero Apollinem tã humilis uictoriæ peditum est. Tibicen qdã fuit Antigenidas omnis uocalæ nulleus modulator, et idẽ omnimodis peritus modificator, seu tu uelles æoliũ simplex, seu Asinũ uariũ, seu Lydiũ querulũ, seu Phrygum religiosum, seu Doriũ belliœsum. Is igitur cum esset in tibicinio apprime nobilis, nihil æque se laborare et animo angi et mẽte dicebat, q̃ quod monumẽtarij æraulæ tibicines dicerẽtur. Sed ferret equo animo hãc nominum cõmunionẽ, si mimos spectauisset. Animaduerteret illic penè simuli purpura, alios præsidere, alios uapulare. Itidem si munera nostra spectaret. Nã illic quoq; uideret hominem præsidere, hominem depugnare, togam quoq; parari et uoto funeri. Item pallio cadauera operiri, et philosophos amiciri. Bono enim studio in theatrũ conuenistis, ut qui scatis nõ locum authoritatẽ derogare orationi, sed cũ primus hoc spectaculũ esse quid in theatro deprehendas. Nã si minus est, riseris, funere plus timueris. Si cõmœdia est, faueris. Si phus, didiceris. Indigẽs populosa

cultoribus, et finibus maxima, procul à nobis ad ori
entem siti, propè oceani reflexus, et solis exortus pri-
mus sideribus, ultimis terris super ægyptios eruditos,
et Iudæos superstitiosos, et Nabatheos mercatores, et flu
xos uestiũ Arsacidas, et frugũ pauperes Sythicos, et o-
dorũ diuites Arabas. Eorũ igitur indorum nõ æque
miror eboris strues, et piperis messes et cinnami mer-
ces, & ferri temperacula, & argenti metalla, et auri
fluenta. Nec, quod Ganges apud eos unus omnium a-
mnium maximus.

Eois regnator aquis in flumina centum
Discurrit, centum ualles illi oraq; centum
Oceaniq; fretis centeno iungitur amni.

Nec, quod ijsdem Indis ibidem sitis ad nascentem diẽ,
tamen in corpore color noctis est. Nec, quod apud illos
immensi dracones cum immanibus elephantis pari
periculo in mutuam perniciem concertant. Quippe lu
brico uolumine indepti reuinciunt, et illis expedire
gressum nequientibus, uel omnino abrumpere tenacis
simorum serpentium squameas pedicas, necesse sit ul
tionem à ruina molis suæ petere, ac retentores suos to
to corpore oblidere. Sunt apud illos uaria colentiũ ge
nera, libentius ego de miraculis hominum, quàm na
turæ disseruerim, est apud illos gẽs, quæ nihil amplius
quàm bubulcitare nouere, idq; ad cognomen illis bu
bulcis inditũ. Sunt et mutãdis mercibus callidi, et obe
undis prælijs strenui, uel sagittis eminus, uel ensibus
cominus. Est præterea genus apud illos præstabile, gy
mnosopistæ uocantur, hos ego maxime admiror, quod
homines sunt periti, non propagandæ uitis, nec ino-

culandas arbores, nec proscindẽdi soli. Non illi norũt aruum colere, uel aurũ colare, uel equũ domare, uel taurum subigere, uel ouẽ, uel capram tondere uel pascere, quid igitur est? Vnum pro his omnibus norunt, sapientiam percolunt, tam magistri senes, quàm discipuli iuniores. Nec quicquam æque penes illos, quàm quod torporem animi et ocũ oderunt. Igitur ubi mensa posita prius, quàm edulia apponantur, omnes adolescentes ex diuersis locis & officijs ad dapem conueniunt. Magistri perrogant, quod factum à lucis ortu ad illud diei bonũ fecerit. Hic alius se commemorat, inter duos arbitrum delectum, sanata simultate, reconciliata gratia, purgata suspicione, amicos ex infensis reddidisse, itidem alius, sese parentibus quippiam imperantibus obedisse, et alius aliquid meditatione sua repperisse, uel alterius demonstratione didicisse. Deniq; cæteri commemorant. Qui nihil habet ad offerre cur prandeat, impransus ad opus foras extruditur. Alexandro illi longe omnium excellentissimo regi, cui ex rebus actis & auctis cognomentum magni inditum est, ne uir unicam gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur, nam solus à condito æuo quantum hominum memoria extat inexuperabili imperio orbis auctus fortuna sua maior fuit, successusq; eius amplissimos & prouocauit ut strenuus, & æquiparauit ut meritus, & superauit ut melior, solusq; sine æmulo clarus, adeo ut nemo audeat uirtute eius uel sperare fortunam, uel optare. Eius igitur Alexandri multa sublima facinora & præclara edita fatigaberis admirando uel belli ausa, uel domi pro

uisa, quæ omnia aggressus est meus Clemens eruditissimus & suauissimus poetarũ pulcherrime carmine illustrare. Sed in primis illud præclarum Alexandri quod imaginem suam, quo certior posteris proderetur, noluit à multis artificibus uulgo contaminari, sed edixit uniuerso orbi suo nequis effigiem regis temere assimularet ære, colore, cælamine, quin sæpe solus eã Polychletus ære duceret, solus Apelles coloribus deliniaret, solus Pyrgoteles cælamine excluderet. Præter hos tres multo nobilissimos in suis artificijs siquis uspiã reperiretur alius sanctissimi imagini regis manus admolitus haud secus in eum, q̃ in sacrilegum uindicaturus. Eo igitur omniũ metu factum, solus Alexãder ut ubiq; imaginum sumus esset, utiq; omnibus statuis, et tabulis, et toreumatis, idem uigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma uiridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Quod utinam pari exemplo Phi*ne dictum ualeret, nequis imaginem eius temere assimularet, uti pauci boni artifices, ijdem probe eruditi, omnifariam sapientiæ studium contemplarentur, neu rudes, sordidi, imperiti, pallio tenus philosophos imitarentur, & disciplinam regalem tam ad benedicendum q̃ ad beneuiuẽdum repertam, maledicendo, et similiter uiuẽdo contaminarent, quod utrunq; scilicet perfacile est. Quæ enim facilior res, q̃ linguæ rabies, et uilitas morum, alter ex aliorum contemptu, alter ex sui, nam uiliter semetipsum colere, sui contemptus est, barbare alios insectari audiẽtium contumelia est. An nó summã contumeliã uobis imponit, qui uos arbitratur male

dictis optimi cuiusq; gaudere, q uos existimat mala et uitiosa uerba nō intelligere, aut si intelligatis boni cō sulere, quis ex rupiconibus, baiulis, tabernarijs tā infans est, ut si pallium accipere uelit, disertis maledicat? Hic enim plus tibi debet q̄ dignitati, q̄q̄ nec hæc illi sit cum alijs promiscua. Nam ex innumeris hominibus pauci senatores, ex senatoribus pauci nobiles genere, et ex his cōsularibus pauci boni, et adhuc ex bonis pauci eruditi. Sed ut loquar de solo honore, nō licet insignia eius uestitu, uel calciatu temere usurpare. Siquis forte in hoc pulcherrimo cœtu ex illis inuisoribus meis, maligNus sedet. (Quoniam in magna ciuitate hoc quoq; genus inuenitur, q̄ meliores obtrectare malint q̄ imitari, et quorū similitudinem desperent, eorūdē affectent simultatem, scilicet uti q̄ suo nomine obscuri sunt, meo innotescant). Siqui igitur ex illis libitinis splendidissimo huic adiutorio, uelut quædam macula sese immiscuit, uelim paulisper suos oculos per hūc incredibilē cōsessum circūferat, contēplatusq; frequētiam tantam, quanta ante me in auditorio philosophi nunq̄ uisitata est, reputet cū animo suo quātum periculū conseruādæ existimationis hic adeat, q̄ contemni nō consueuit cum sit arduum et oppido difficile, uel modicæ paucorū expectationi satisfacere, præsertim mihi, cui et ante parta existimatio, et uestra de me benigna præsumptio, nihil non quicq̄ sinit diligenter, ac de summo pectore hisce re. Quis enim uestrū unū mihi solœcismum ignouerit? Quis uel unam syllabam barbare pronunciatam donauerit? Quis incondita & uitiosa uerba temere quasi delirantibus oborientia permiserit blatera-

re? Quæ tamen aliis facile & sanè meritissimo ignoscitis. Meum uero unumquodq; dictum acriter examinatis, sedulo pensiculatis, ad limam et lineã certam redigitis, cum torno et cothurno iterum comparatis, tantum habet uilitas excusationis, quantum dignitas difficultatis. Agnosco igitur difficultatem meam. Nec deprecor quin sic existimetis, nec tamen uos parua quædam, & parua similitudo falsos animi habeat, quoniam quædam, ut sæpe dixi, palliata mendicabula obambulant, præco cum proconsule & ipse tribunal ascendit, et ipse togatus illic uidetur, & quidem perdiu stat, aut ambulat, aut plerunq; contentissime clamitat. Enim uero ipse proconsul moderata uoce rarenter, & sedens loquitur, et plerunq; de tabella legit. Quippe præconis uox garrula ministerium est, proconsulis autẽ tabella sententia est, quæ semel lecta, neq; augeri litera una, neq; autem minui potest, sed ut cunq; recitata est, ita prouinciæ instrumento refertur. Patior et ipse in meis studijs aliquam pro meo captu similitudinem. Nã quodcunq; protuli ad uos exceptum, ilico & lectum est, nec reuocare illud, nec ante mutare, nec emendare mihi quicquam licet, quo maior religio dicendi habenda est, et quidem non in uno genere studiorum, plura enim mea extant in camœnis, quàm Hyppiæ in opificijs operibus. Quid istud sit aio attendatis diligentius, & accuratius disputabo.

FLORIDORVM LIBER SECVNDVS.

THippias è numero sophistarum est, artiũ multitudine prior omnibus, elo
quentia nulli secundus, ætas illi cum
Socrate, patria uel genus ignoratur, gloria uero magna, fortuna modica, sed ingeniũ nobile, memoria excellens, studia uaria, æmuli multi. Venit Hippias iste quondam certamine olympio Pisam, non minus cultu uisendus, quàm elaboratu mirandus, omnia, secum quæ habebat, nihil eorum emerat, sed suis sibi manibus confecerat, & indumenta quibus indutus, et calciamenta quibus erat insutus, et gestamina quibus erat conspicuas. Habebat indutui ad corpus tunicam interuleam, tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici, ipse eam sibi solus domi texuerat. Habebat cinctui baltheum, quod genus pictura babylonica miris coloribus uariegatum. Nec in hac eum opera quisquam adiuuerat. Habebat amictui palliũ candidũ, quod superne circumiecerat. Id quoq; pallium cooperatoris ipsius laborem fuisse. etiam pedum tegumenta, crepidas sibimet compegerat, et annulum in leua aureum faberrimo signaculo quem ostentabat, ipse eius annulli et orbiculum circulauerat, et pallam clausserat, et gemmam insculpserat. Nondum omnia eius cõmemoraui. Etenim non pigebit me commemorare, qđ illum non puditũ est ostentare, qui magno inœptu prædicauit fabricatum semet sibi. Ampullã quoq; olea

riam quam gestabat, lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtaq; honestam strigilculam, recta fatigatione clausulæ, flexa tubulatione ligulæ, ut & ipsa in manu capulo moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur. Quis tum non laudauit hominẽ tã numerosa arte multiscium? totijugi scientia magnificum, tot utensilium peritia dædalum? Quin & ipse Hippiam laudo, sed ingenij eius fœcunditatem malo doctrinæ, quàm supellectilis multiformi instrumento æmulari, fateorq; me sellularias quidem artes minus callere. Vestẽ de texterna emere, baxeas istas de suterna præstinare. Enimuero annulum nec gestare, gemmam & aurum iuxta plumbum & lapillos nulli æstimaræ. Strigilem et ampulam, cæteraq; balnei utensilia nundinis mercari. Prorsum enim non eo inficias, nec radio, nec subula, nec lima, nec torno, nec id genus ferramenta uti nosse, sed pro his præoptare me fateor uno chartario calamo me reficere poëmata, omnigenus aptus uirgæ, lyræ, socco, cothurno. Item satyras ac gẽryppos. Item historias uarias rerum, necnon rationes laudatas disertis, necnó dialogos laudatos philosophis, atq; hæc alia & eiusdẽ modi tam græcæ quàm latine gemino uoto, pari studio, simili stilo. Quæ utinam post se me quidem non singulatim ac discretim, sed cunctim & concertatim tibi proconsul uir optime offerre, ac prædicabili testimonio ad omnem nostram camœnam frui non hercule penuria laudis, quæ mihi dudum integra, & florens per omnes antecessores tuos ad te reseruata ẽ. Sed quoniam nulli me probatiorem uolo, quanquam

ipſe ante omneꝰ merito probo. Sic enim natura cõpro batum eſt, ut eum quem laudes, & ames. Porrò quẽ ames, laudari te ab illo uelis. Atq; ego me dilectorem tuum profiteor. Nulla tibi priuatim, ſed omnu publi= citus gratia obſtrictus. Nihil quippe à te impetraui, quia nec poſtulaui. Sed philoſophia me docuit, non tan tum beneficium amare, ſed etiam maleficiũ magnóq; inditio impartire, quàm commodo inſeruire, et quod in commune expediat malle, quàm quod mihi. Igi= tur bonitatis tuæ diligunt pleriq; fructum, ego ſtudiũ, idq; facere adorſus ſum, dum moderationem tuam in prouincialium negocijs contemplor, quàm effectim amare te debeant experti propter beneficium, exper tes propter exemplum. Nam & beneficio multis com modaſti, & exemplo omnibus profuiſti. Quis enim à te non amet diſcere, quanam moderatione obtineri queat tua iſta gratia, uita iocunda, mitis auſteritas, placida conſtantia, blandusq; uigor animi. Neminem proconſulum, quod ſciã, prouincia Africa magna re uerita eſt, minus uerita, nullo niſi tuo anno ad coer= cenda peccata plus pudor, quàm timor ualuit. Nemo te alius pari poteſtate ſæpius profuit, rarius terruit. Nemo ſimiliorem uirtute filium adduxit. Igitur ne mo Carthagini proconſulum diutius fuit. Nam etiam eo tempore quo prouincias circumbas, manente no bis Honorino minus ſenſimus abſentiã tuã, quã ut te magis deſideraremus. Paterna in filio æquitas, ſenilis in iuuene prudentia, conſularis in legato authoritas. Prorſus oĩs uirtutes tuas ita effingit ac repreſentat, ut medius fidius admirabilior eẽt í iuuene, q̃ í te parta

laus, nisi eam tu talem dedisses, qua utinam perpetuo licēret frui. Quid nobis cum istis proconsulum uicibus? quid cum annis breuibus & festinantibus mensibus? O' œleres bonorum hominum dies. O' præsidium optimorum citata curricula. Iam te Seueriane tota prouincia desideramus. Enim uero Honorinũ et honos suus ad præturam uocat, et fauor Cæsarũ. ad consulatum format, & amor noster in præsentiarũ tenet, & spes Carthaginis in futurum spondet, uno solatio freta exẽpli tui, quod qui legatus mittitur, proconsul ad nos cito reuersurus est. Sol qui candentem feruido cursu atq; equis flammam citatis feruido ardore explicas. Item q; luminis eius luna discipula. Necnon quinquæ cæteræ uagantiũ potestates. Iouis benefica, Veneris uoluptifica, pernix Mercurij, pernitiosa Saturni, Martis ignita. Sũt et aliæ mediæ deũm potestates, quas licet sentire, non datur cernere, ut amoris, cæterorum q; id genus, quorum forma non ui sitata, uis cognita, quæ item in terris, utcunq; prouidentiæ ratio poscebat, alibi montium uertices arduos extulit, alibi camporum supinam planitiem coæquauit. Item quæ ubiq; distinxit amnium fluores, pratorum uirores. Item dedit uolatus auibus, uolutus serpentibus, cursus feris, gressus hominibus. Pariter enim ut qui hærediolum sterilem, & agrum scruposum, meras rupinas, & senticeta miseri colunt, quoniam nullus in tesquis suis fructus est, nec ullam illic aliã frugem uident sed,

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ,
Suis frugibus indigent, aliena furatum eunt, & uicinorum

norũ flores decerpunt, scilicet ut eos flores carduis suis misceant. Ad eundem modum quæ suæ uirtutis, sterilis est. Psittacus auis, Indiæ auis est, instar illi, minimo munus, quàm columbarũ, sed nec colorũ columbarum. Non enim lacteus ille, uel liuidus, uel utrũq; subluteus, aut sparsus est. Sed color psittaco uiridis, & intimis plumulis, et extimis palmulis, nisi quod sola cæruicæ distinguitur. Enimuero cæruicula eius arculo muneo uelut aurea torqui pari fulgoris circumactu cingitur & coronatur. Rostri prima duritia, cum in petram quampiam concitus altissimo uolatu præcipitat, rostro se uelut anchora excipit. Sed et capitis eadem duritia, quæ rusticum sermonem nostrum cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat, hæc ferula discenti est. Discit autem statim pullus usq; ad duos ætatis suæ annos dum facile os uti conformetur, cum tenera lingua uti conuibretur. Senex autem captus & indocilis est & obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus, glande qui uescitur, & cuius in pedibus ut hominis, quinis digituli numerãtur. Nõ enim omnibus psittacis id insigne, sed illud omnibus proprium, quo eis lingua latior, quàm cæteris auibus, eo facilius uerba hominis articulantur patentiore plectro, & palato. Id uero quod dicit, ita similiter nobis canit, uel potius eloquitur, ut uocem si audias, hominem putes. Nam quidem si uideas idem conari nõ eloqui. Verum enimuero et coruus & psittacus nihil aliud quàm quod didicerunt pronunciant, si conuitia docueris, conuitiabitur diebus, ac noctibus perstrepẽs

maledictis. Hoc illi carmen est, hanc putat cantionem, ubi omnia quæ didicit maledicta percensuit, denuo repetit eandem cantilenam, si carere conuitio uelis, lingua excidenda est, aut quamprimum in syluas suas remittendus est. Non enim mihi philosophia id genus orationis largita est, ut natura quibusdam auibus breuem & temporarium cantum commodauit. Hirundinibus matutinũ, cicadis meridianũ, noctuis serum, ululis uespertinum, bubonibus nocturnũ, gallis antelucanũ. Quippe hæc animalia inter se uario tẽpore et uario modo occinũt et occipiũt carmine. Scilicet gallo exprobrico, bubones gemulo, ululæ querulo, noctuæ itorto, cicadæ obstreporo, hirũdines perarguto. Sed enim philosophi ratio et oratio tẽpore iugis ẽ, et auditu uenerabilis, et intellectu utilis, et modo omnicana. Hæc atq; hoc genus alia partim cum audiret a Diogene Crates, alias sibimet ipse suggereret, deniq; in forum exilit, rem familiarem abijcit, uelut onus stercoris, magis labori, quàm usui. Dein cœtu facto maximũ
» exclamat. Crates, inquit, Crates te manumittes. Exinde
» non modo solus, uerum nudus & liber omnium, quod uixit, beate uixit. Adeoq; eius cupiebatur, ut uirgo nobilis spretis iunioribus, ac ditioribus proceis, ultroneũ sibi optauerit. cumque inter scapulum Crates retexisset, quod erat aucto gibbere, peramq; cũ baculo et palliũ hum posuisset, eamq; supellectilem sibi esse puellæ profiteretur, eamq; formam, q̃ uideat, proinde sedulo consuleret, ne post querela eam caperet. Enimuero Hipparche conditionem accipit. Iamdudum sibi prouisum satis, & satis consultum respõ

dit, neq; ditiorem maritum, neq; formosiorem uspiam gentium posse inuenire, próinde duceret, quo liberet. Dux cynicus in porticum ibidem in loco celebri, cora luce clarissima accubuit, coramq; uirginem immi-nuisset paratam constantia, ni Zeno pro cinctu pallia stri, circunstantis coronæ obtutu, magistrum in secreto defendisset. * Samos icario in mari modica insu-la est, ex aduersum Miletos ad occidentem eius sita, nec ab ea multo pelagi dispiatur. Vtrumuis clementer na uigantem, alter dies in portu sistit. Ager frumento pi-ger, aratro irritus, fœcundior oliueto, nec uinitori nec oleri sculpitur. Ruratio omnis in sarculo & surculo, quorum prouentu magis fructuosa insula est, q̃ frugifera. Cæterum & incolis frequens, et hospitibus ce lebrata. Oppidum habet nequaquam pro gloria, sed quod fuisset amplum semiruta mœnium multifariam indicant. Enimuero fanum Iunonis antiquitus fami-geratum, id fanum secundo litore, si recte recordor, uī am uiginti huad amplius stadia oppido abest. Ibi do narium deæ perquam opulentum, plurima auri et ar genti ratio in lanabus, speculis, poculis & huiusce-modi utẽsilibus. Magna etiã uis æris uario effigiatu, ueterrimo & spectabili opere. Vel tamen ante arã Bathylli statua à Policrate tyranno dicata, qua nihil uideor effectius cognouisse. Quidam Pytha goræ eam fasò existimant. Adolescens est, uisenda pulchritudine, crinibus, fronte parili separata per malas reuulsus. Ponè autem coma prolixior inter-lucentem ceruicem scapularum finibus obumbrat. Ceruix succi plena, malæ uberes, genæ teretes,

ac modico mento laculatur, eiq; prorsus citharœdicus status, deam conspiciens canenti similis, tunicam picturis uariegatam deorsus ad pedes deiectus, ipsos græcanico cingulo chlamyde uelat, utrunq; brachium aduſq; articulos palmarum. Cætera decoris instrumentis dependent. Cithera baltheo cælata, apta structim sustinetur, manus eius tenera procerule leua distantibus digitis neruos molitur. Dextra psallentis gestu suo sabulum citharæ admouet, ceu parata percutere. Cum uox in cantico interquieuit, interim canticum uidetur ore tereti semihiantibus in conatu labellis eliquare. Verum hæc quidem statua esto cuiuspiam puberũ, qui Polycrati tyranno dilectus, Anacronteum amicitiæ gratia cantilat. Cæterum multũ abest, Pythagoræ philosophi statuam esse, & natu Samius & pulchritudine apprime insignis, & psallendi musicæq; omnis multo doctissimus, ac fermè id ævi, quo Polycrates Samum potiebatur. Sed haudquaquã philosophus tyranno dilectus est. Quippe eo commodum domnari orso, profugit ex insula clanculo Pythagoras, patre Mesarcho nuper amisso, quem comperior inter sellularios artifices gemmis faberrime scalpendis, laudem magis, quàm opem quæsisse. Sũt qui Pythagoram aiant eo temporis inter captiuos Cábysæ regis Aegyptum cum adueheretur, doctores habuisse Persarum magos, ac præcipue Zoroastrẽ, omnis diuini arcanum antistitem, posteáq; eum à quodam Gillo Crotoniensium principe recuperatum. Verum enimuero celebrior fama obtinet, sponte eum petisse Aegyptias disciplinas, atq; ibi à sacerdotibus cerimo

niarum incredendas potentias numerorum, admirandas uices, geometræ solertissimas formulas didicisse, Senecathis artibus animi expletũ, mox Chaldæos, atq; ĩde Bracmãas. Hi sapiẽtes uiri sunt, Indiæ gẽs est. Eorum ergo Brachmanum Gymnosophistas adisse, Chaldæi sideralem scientiam numinum uagantium status, ambitus, utrorumq; uarios effectus in genituris hominum ostendere, necnon mederide remedia mortalibus, latis pecunijs, terra, cæloq;, & mari conquisita. Brachmanæ autem pleraq; philosophiæ eius contulerunt, quæ mentium documenta, quàm corporum exercitamenta, quot partes animi quot uices uitæ, quæ dijs manibus pro merito suo cuiq; tormenta uel præmia. Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus uersuum nexu repudiato, conscribere ausus est, passim uerbis soluto loquutu, libera oratione, eum quoq; Pythagoras magistrum coluit, & insandi morbi putredine in serpentium scabiem solutum religiose humauit. Fertur & penes Anaximandrũ Milesiũ naturabilia commentatus, necnõ & Cretensem Epimenidẽ inclytũ fatiloquũ, & Platonẽ disciplinæ gratia sectatus. Itemq; Leodamãtẽ Creophili discipulũ, qui Creophilus memoratur poetæ Homeri hospes, et æmulator cænẽdi fuisse. Tot ille doctoribus eruditus, tot, tãq; multiugis comitibus disciplinarũ toto orbe hausti, uir præsertim ingenio ingenti, ac profecto sup captũ hominis animi augustior, primus philosophiæ nũcupator et creditor, nihil prius discipulos suos docuit q̃ tacere, primaq; apud eũ meditatio, sapiẽti futuro linguam omnẽ coercere, uerbaq; quæ uolã

tia poetæ appellant, ea uerba detractis pennis intra murum candentium dentiũ premere. Prorsus inquam hoc erat primũ sapiẽtiæ rudimentum, meditari, condiscere, litigari dediscere, nõ in totum æuũ tamen uocẽ desuescebant, nec oẽs pari tempore elingues magistrũ sectabantur, sed grauioribus uiris breui spatio satis uidebatur taciturnitas modificata, loquaciores enimuero fermè in quinquennium uelut exilio uocis punie bantur. Porrò noster Plato nihil ab hac secta, uel paululum deuius Pythagorissat. In plurimis æque & ipse in nomen eius à magistris meis adoptatus, utrũq; meditationibus academicis didici, et cũ dicto est opus, impigre dicere, et cum tacito opus est libenter tacere Qua moderatione uideor ab omnibus tuis antecessoribus, haud munus opportuni silentij laudem, quàm temestiuæ uocis testimonium consecutus.

PRius q̃ uobis occipiam principes Augusti gratias agere ob statuã, quam mihi præsenti honeste postulastis, & absenti benigne decreuistis, prius uolo cãusam uobis allegare, cur aliqua multos dies à cõspectu auditorij abfuerim, cõtulerimq; me ad Persianas aquas, gratissima prorsus et sanis natabula, et ægris medicabula. Quippe ita instituí omne uitæ meæ tempus uobis probare, quibus me in perpetuum firmiter dedicaui, nihil tantulũ faciã, quin eius uos et gnaros & iudicẽs habeã. Quid igitur de repẽtino ab hoc splendissimo cõspectu uestro distulerim exemplum eius rei paulo secus simillimum memorabo, q̃ improuisa pericula hominibus subito obortantur. De Philemone Comico, de ingenio eius qui satis nostis, de interitu pauca cognoscite. An etiam de ingenio pauca uultis. Poëta fuit hic Philemon mediæ cõmœdiæ scriptor, fabulas cum Menandro in scænã dictauit, certauitq; cum eo, fortasse impar, certe æmulus. Nanq; eum et uicit sæpenumero, pudet dicere. Reperias tamen apud ipsum multos sales, argumenta lepide inflexa, agnatos lucide explicatos, personas rebus cõpetentes, sententias uitæ cõgruentes, locã non infra socũm, seria non usq; ad cothurnũ, raræ apud illum corruptelæ, & uti erores cõcessi amores, nec eo minus et leno periurus, et amator feruidus, & seruulus callidus, et amica illudens, et uxor inhibens, et

mater indulgens, & patruus obiurgator, & sodalis opitulator, & mules præliator. Sed et parasiti edaces, & parentes tenaces, & meretrices procaces. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis, forte recitabat partem fabulæ, quam recens fecerat. Cumq; iam tertio actu, quod genus in comœdia fieri amat, iucundiores affectus moueret, hymber repentino cohortus, ita ut mihi ad uos uenit usus nuperrime, differri auditorij cœtum & auditionis cœptum coegit. Reliquum tum uanis postulantibus sine intermissione de incipiti die perlecturum. Postridie igitur maximo studio ingens hominum frequentia conuenere, sese quisq; exaduersum q̃proxime collocat. Serus aduenies amicus, annuit locum sessui, impertiunt, extimus quisq; excuneati queruntur, farto toto theatro, ingens stipatio occipiunt inter se queri. Qui non affuerant percontari antedicta, qui affuerant recodari audita. Cunctisq; iam prioribus gnaris sequentia expectare. interim dies ire, neq; Philemon ad conditum uenire. Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere. Sed ubi diutius æquo sidetur, nec Philemon uspiam comparet, missi ex promptioribus qui acciperent, atq; eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt. Commodum ille animæ edita obriguerat, iacebatq; incubans toro simulis cogitanti. Adhuc manus uolumini implexa, adhuc os recto libro impressum. Sed enim iam animæ uacuus, libri oblitus, & auditorij securus. Stetere pauliſper qui introierant perculsi tam inopinatæ rei, tam formosæ mortis miraculo, deinde regressi ad populum, renunciauere Philemonẽ poetam, qui expecta

retur, qui in theatro fictum argumentum finiret, iam domi ueram fabulam cõsumasse. Enimuero iam dixisse rebus humanis ualere, et plaudere. Suis uero familiaribus dolere & plangere. Hesternum illi imbrem lachrymas auspicasse, comœdiam eius prius ad funebrem facem, quàm ad nuptialem uenisse. Proin quoniam poeta optimus personam, uitæ deposuerit, recta de auditorio eius exequias eundem legenda eius esse, nunc ossa, mox carmina. Hæc ego ita facta, ut commemoraui, olim didicerã. Sed audies me, meo periculo recordatus. Nam, ut meministis, profecto cum impedita esset hymbri recitatio, in propinquum diẽ, uobis uolentibus, protuli, et quidem Philemonis exemplo, plenissime quippe eodem die in palæstra adeo uehementer talum inuerti, ut minimum affuerim, quin articulum etiam à crure destringerem, tamen articulus loco concessit, exq; eo luxu adhuc fluxus est, etiamdum eum ingenti plaga reconcilio, iam iam sudore affatim corpore diutile obrigui, inde acerbus dolor intestinorũ coortus, modico ante sedatus est, quàm me deniq; uiolentus exanimaret, et Philemonis ritu compelleret ante letum, abiret, quàm lectum, potius implere fata quàm fanda, cõsumare potius animam q̃ historiã. Cum primum igitur apud Persianas aquas, leni temperie, nec minus utili q̃ blando fomento gressum recuperaui nondum quidem ad innitendum idonee, sad quantum ad uos festinanti satis uidebatur, ueniebam redditum quod pepigeram, cum interim uos mihi beneficio uestro non tantum claudicatem depressistis, uerum etiã pernicitatem addidistis. An non prope

randum mihi erat, ut pro eo honore uobis multas gratias dicerẽ, pro quo nullas preces dixeram, non quia magnitudo Carthaginis mereatur etiam à philosopho precem pro honore, sed ut integrum et intemeratum uestrum esset beneficium, si nihil ex gratia eius petitio me adfregisset, idest ut usq; quaq; esset gratuitum. Neq; enim aut leui mercede emit qui precatur, aut parum precium accipit qui rogatur, adeo ut omnia utẽsilia emere potius uelis quàm rogare. Id ego arbitror præcipue in honore obseruandum, quem qui laboriose exorauerit sibi debet unam gratiã qđ impetrarit, qui uero sine molestia ambitus adeptus est, duplã gratiam præbentibus debet, et quod non petierit, et quod acceperit. Dulpam igitur gratiam uobis debeo, immo enumero multiugam, quam ubiq; equidem et semper prædicabo. Sed nunc in præsentiarũ libro isto ad hunc honorem mihi conscripto, ita ut soleo, publicæ protestabor. Certa est enim ratio, quæ debeat philosopho, ob decretam sibi publicæ statuam gratias agere, à qua paululum demutauit liber, quem Strabonis Emuliani excellentissimus honor flagitat, quem librum sperabo me commode posse conscribere scitis eum hodie nobiscum probare. Est enim in studijs tantus prænobilior sic proprio ingenio quàm patritio consulatu. Quibus namuerbis tibi Emilianæ Strabo uir omniũ qui unq̃ Numantiæ fuere aut sunt, aut etiam erunt inter optimos clarissime, et inter clarissimos optime inter utroq; doctissime, quibus tandẽ uerbis, pro hoc tuo erga me animo gratias habiturus es commemoratu meo, q̃ digna ratione tã honorifi-

cam benignitatẽ tua celebrem, remuneratione dicen
di gloriam tui facti æquiparem nondum hercle repe
rio. Sed sedulo et commentabor et connitar, Dũ me=
mor ipse mei, dũ spiritus hos reget artus. Nã nunc in
præsentiarũ (neq; enim diffitebor lætitia facundiæ ob
strepit, et cogitatio uoluptate impeditur, ac mẽs occu-
pata delectatione, mauult in præsentiarum gaudere
q̃ prædicare. Quid faciam? capio gratus uideri, sed
præ gaudio nõdum mihi uacat gratias agere. Nemo
me, nemo ex illis tristioribus uelit in isto uituperare,
qđ honorem meũ non minus uereor, q̃ intelligo, quod
clarissimi et eruditissimi uiri tanto testimonio exulto,
quippe testimonium mihi perhibuit in curia Cartha
ginensium non minus splendidissima q̃ benignissima
uir consularis, cui etiam notum esse tantummodo, sum
mus honor est, is etiam laudator mihi apud princi-
pes Africæ uiros quodammodo exititi. Nã ut compe
rior, nudius tertius libello misso, per quem postula-
bat locum celebrem statuæ meæ, cum primis commo
morauit inter nos iura amicitiæ ac commilitiæ stu-
diorum eisdẽ magistris inchoata honeste, tunc poste-
uota mea omnia, secundum dignitatis suæ gradus re
cognouit. Iã illud primũ beneficium, quod condisci-
pulum se meminit, ecce et hoc alterũ beneficiũ, quod
tantus se diligi ex pari prædicat. Quin et cõmemora
uit et alibi gentiũ, et ciuitatum honores mihi statua-
rum et alios decretos. Quid addi potest et hoc præco
nũ uiri consularis, immo etiã docuit argumẽto susce
pti sacerdotij, summũ mihi honorẽ Carthaginis ades
se. Iam hoc præcipuũ beneficiũ ac longe ante cæteros

excellens quod me uobis locupletissimus testis suo etiã suffragio commendat, ad summam pollicitus est, se mihi Carthagini de suo statuam positurũ, uir cui omnes prouinciæ quadriiuges, & seiuges currus, ubiq; gentium ponere gratulantur. Quid igitur supereſt ad honoris meitribunal, et culmen ad laudis meæ cumulum? immo enimuero quid supereſt? Emilianus Strabo uir consularis, breui uoce omnium futurus procõsul, sententiam de honoribus meis in curia Carthaginensium dixit, omnes eius authoritatẽ secuti sunt. Nõne uidetur hoc uobis senatusconsultum esse? quod Carthaginenses omnes, qui in illa sanctissima curia aderant, tam libenter decreuerunt omnes locum statuere, ut illo scires iccirco alteram statuam quantum spero insequentem curiam protulisse, ut salua ueneratione, salua reuerẽtia consularis sui, uiderentur factum eius non æmulati, sed secuti, ideſt ut integro die beneficium ad me publicum perueniret. Cæterum meminerant optimi Magistratus, et beniuolẽtissimi Principes, mandatum sibi à uobis quod uolebant, id ego ne scirem ac prædicarem, ingratus essem. Quin etiam uniuerso ordini nostro, amplissimus erga me meritis quãtas maximas possum gratias ago, atq; habeo, q me i illa curia honestissimis acclamatiõibus decorauere, in qua curia uel nomnari tantum modo summus honorum. Igitur quod difficile factu erat, quodq; reuera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus & principibus, id præfusiue dixerim, iam quodammodo mihi obtigit. Quid igitur supereſt ad statuæ meæ honorẽ,

niſi æris pretium & artificijs miniſteriũ, qua mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus unquam deſue re, ne in Carthagine deſint, ubi ſplendidiſſimus ordo etiam de rebus maioribus iudicare potius ſolet, quàm computare. Sed de hoc tum ego perfectius, cum uos effectius. Quin etiam tibi nobilitas ſenatorum, claritudo ciuium, dignitas amicorum mox ad dedicationem ſtatuæ meæ, libro etiam conſcripto plenius gratias, canacíq; libro mandabo, uti per omneis pro uincias eat, totóq; abhinc orbe, totóq; abhinc tempore laudes benefacti tui ubiq; gentium ſemper annorum repræſentet. Viderint quibus mos eſt, oggerere ſe & ociosis præſidibus, ut impatientia linguæ commendationem ingenij quærant & affectata amicitiæ ueſtræ ſpecie glorientur. Vtrunq; eius à me Sapiorfite longe abeſt. Nam & quantulumcunq; ingenium meum iampridem pro captu ſuo hominibus notius ẽ quàm ut indigeat nouæ commendationis, & gratiã tuam, tuorumq; ſimilium malo, quàm iacto, magisq; ſum tantæ amicitiæ cupitor, quàm gloriator, quoniã cupere nemo niſi uere putem poteſt. Poteſt autem quiuis falſò gloriari, ad hoc ita ſemper ab ineunte æuo bonas artes ſedulo colui, eamq; exiſtimationem morum ac ſtudiorũ cũ in prouincia noſtra tũ etiã Romæ penès amicos tuos quæſiſſe me, tu te ipſe locupletiſſimus teſtis es, ut nõ minus uobis amicitia mea capeſſenda ſit, quàm mihi ueſtra eſt cupiſcenda. Quippe nõ prõpte ueniã impertire rarenter adeundi aſſiduitatem eius requirentis eſt, ſummumq; argumentũ amoris frequẽtibus delectari, ceſſantibus obiraſci, perſeuerantem ce

lebrare, desinentem desiderare. Quoniam necesse est eiusdem esse cuius angat absentia. Cæterum uox cohibita silentio perpeti non magis usu iuerit, q̃ nares grauedine oppletæ, aures spiritu obseratæ, oculi albugine obducti. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coartentur? Iam rector nostri animus aut somno soluatur, aut uino mergatur, aut morbo sepeliatur, profecto ut gladius usu splendescit, situ rubiginat, ita uox in uagina silentij condita diutino torpere habebatur. Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia ueternum parit. Tragœdi adeo, ni cotidie proclamẽt, claritudo arteriæ obsolescit. Igitur identidem boando purgant raucum. Cæterum ipsius uocis homnis exercendi cæsus, labor superuacaneo studio plurifariam superatur, Siquidem uocę homnis et tubarudore toruior, et lyra concentu uariatior, & tibia quæstu delectabilior, & fistula susurru iucundior, & bucina significatu longinquior. Mitto decem mutorũ animalium immediatos sonores distinctis proprietatibus admirandos, ut est taurorum grauis mugitus, luporum acutus ululatus, elephantorum tristis barritus, equorum hylaris hinnitus, necnon auium instigati angores, necnon leonum indignati fremores, cæteræque id genus uoces animalium truces ac liquidæ, qua infesta rabies uel propitia uoluptas ciant. Pro quibus homni uox diuinitus data angustior quidem, sed maiorem habet utilitatem, mentibus quàm auribus delectationẽ. quo magis cælebrari debet frequentius usurpata, et quidem non nisi adiutorio tanto uiro præsidente, in hac excellenti cæle-

britate multorum eruditorum, multorũ benignorũ. quidem & fidibus apprime cãllerem non nisi confertos homines cõsectare. In solitudine cãtilauit Orpheus in syluis, inter delphines Arion. Quippe si fides fabulis, Orpheus exilio desolatus, Arion nauigio præcipitatus, ille immanium bestiarum delinitor, hic misericordium belluarũ oblectator, ambo miserrimè cantores, quia non sponte ad laudem, sed necessario ad salutem nitebantur. Eos ego impensius admirarer, si hominibus potius, quàm bestijs placuissent. Auibus hæc secretaria ut inquam magis cõgruerint Merulis et Luscinijs, & Oloribus, & Merulæ in remotis tesqs fringultiunt, luscinijæ in solitudine africana cãticum adolescentiæ garriunt, olores apud auios fluuios cãrmen senectæ meditantur. Enimuero qui pueris, et adolescentibus, & senibus utile cãrmen prompturus est, is in medijs milibus hominum cãtat, ita ut hoc meũ de uirtutibus orfica cãrmen est serum quidem fortasse sed serium, nec minus gratum quàm utile Carthaginensium pueris, iuuenibus, & senibus, quos indulgentia sua præcipuus omnium proconsul subleuauit, temperatóq; desiderio & moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuuenibus hylaritatem, senibus securitatem. Metuo quidem Scipio, quoniam laudes tuas attigi in præsentiarum refrenes, uel tua generosa modestia, uel mea ingenua uerecundia, sed nequeo qnin ex plurimis, quæ in te mutissimo admiramur, ex his plurimis, quin uel paucissima attingam. Vos ea mecũ aues ab eo seruati recognoscite.

FLORIDORVM LIBER QVARTVS.

Anta multitudo ad audiendum conueniſtis, ut potius gratulari Carthagini debeam, quod tam multos eruditionis amicos habet, quàm excuſare quod philoſuphus non recuſauerim diſſertare. Nam & pro amplitudine ciuitatis frequentia collecta, & pro magnitudine frequentiæ locus delectus eſt. Præterea in auditorio hoc genus ſpectari debet, nõ pauimenti marmoratio, nec proſcenij contabulatio, nec ſcenæ columnatio, ſed nec culminum eminentia, nec lacunarium refulgentia, nec ſedilium circunferentia, nec quod hic alias minus hallucinatur, cõmœdus ſermocinatur, tragœdus uociferatur, funerépus periclitatur, præſtigiator furatur, hiſtrio geſticulatur, cæteriq; oẽs ludiões oſtentant populo, quod cuiuſq; artis eſt. Sed iſtis omnibus ſuperſeſſis, nihil amplius ſpectari debet, quàm conuenientium ratio, & dicentis oratio. Quapropter ut poëtæ ſolẽt, hic ibidem uarias ciuitates ſubſtituere, ut ille tragicus
» q in theatro dia ſolet liber, Qui auguſta hæc loca
» citherois cõlis. Item ille comicus, Qui paruã partem poſtulat Plautus loci de noſtris magnis atq; amœnis mœnibus, athenas quos in architectis conferam. Non ſecus & mihi licet nullã longinquã et tranſmarinã ciuitatẽ hic, ſed enim ipſius Carthaginis, uel curiã uel bibliothecã ſubſtituere. Igitur proide habetote, ſi curia digna protulero, ut ſi in ipſa curia me audiatis, ſi erudita fuerint,

dita fuerint, ut si i bibliotheca legãtur. Quo utinã mihi pro ãplitudine auditorij prolixa oratio suppeteret, ac nõ hic maxime clauderetur, ubi me facundissimũ cuperem. Sed uerũ uerbum est profecto quod aiunt, Nihil quicquam homini tam prosperum diuinitus datum, quin & tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in ampliſſima quaq; lætitia subsit quæpiã uel parua querimonia conuugatione quadam mellis & fellis, ubi uber ibi tuber, id ego cum in alias tum etiam nunc in præsentiarũ usu experior. Nam quãto uideor plura apud uos habere ad commendationẽ suffragia, tanto sum ad dicendum nimia reuerentia uestri cunctatior. Et qui penè s extraneos sæpenumero promptissime disceptaui, idẽ nunc penè s meos hæsito, ac mirum dictu, ipsis illecebris deterreor, etsi multis refrenor, & incitamentis cohibeor. At nõ multa mihi apud uos adhortamina suppetunt, quod sum uobis nec lare alienus, nec pueritia inusitatus, nec magistris peregrinus, nec secta incognitus, nec uoce inauditus, nec libris illectus improbatus ue. Ita mihi et patria in concilio Africæ, i deſt uestro, & pueritia apud uos, et secta licet Atthenis atticis cõfirmata, ĩ hic et magistri uos, ĩchoata ẽ, et uox mea utraq; lingua iã uestris auribus ante proximum sexennium probe cognita. Quin & libri mei non alia ubiq; laude cãrius cẽsentur, quàm quod iudicio uestro comprobantur. Hæc tanta ac tot iuga inuitamenta communia non minus uos ad audiendum prolectant, quàm me ad dicẽdũ retardant, facilius q; laudes uestras alibi gentium quàm apud uos prædicarim, ita apud uos cuiq; mo-

desha obnoxiam est. Apud extraneos autem ueritas libera semper adeo, et ubiq;. Vos quippe ut parentes, ac primos magistros meos celebro, mercedemq; uobis rependo, non illam, quam Protagoras sophista pepigit, nec accepit, sed quam Thales sapiens nec pepigit & accepit. Video qd postuletis, utranq; narrabo. Protagoras, qui sophista fuit longe multiscius, & cũ primis rhetoricæ repertoribus pfacũdus Democriti physici ciuis æquæuus, inde ei suppeditata doctrina est, hunc Protagoram aiunt, cum suo sibi discipulo Euathlo mercedem nimis uberẽ conditione temeraria pepigisse, uti sibi tum demum id argenti daret, si primo tyrocinio agendi penès iudices uicisset. Igitur Euathlus, postquam cuncta illa exorabula iudicantium, & decipula aduersantium, et artificia dicentiũ uersutus, alioqui ingenuatus ad astuciam, facile perdidit, contẽtusq; scire quod concupierat, cœpit nolle quod pepigerat, sed cãlide nectendia moris frustrari magistrũ, diutuleq; nec asserere uelle, nec reddere, usq; dũ Protagoras eum ad iudices prouocauit, expositaq; conditione, qua docendum receperat, anceps argumentum ambifariam proposuit. Nam siue ego uicero inquit, soluere mercedem debebis ut condemnatus, seu tu uiceris, nihilominus reddere debebis ut pactus, quippe q hãc primã causam penès iudices uiceris, ita si uincis i conditionẽ incidisti, si uinceris in damnationẽ, p quæris. Ratio concluſa iudicibus acriter et inuincibiliter uidebatur. Enimuero Euathlus, utpote tanti ueteratoris perfectissimus discipulus, biceps illud argumentum retorsit. Nam si ita est, inquit, neutro modo, quod pe-

tis debeo. Aut enim uinco, & iudicio dimittor, aut uincor, & pacto absoluor, ex quo non debeo mercedem si hanc primam causam fuero penès iudices uictus. Ita me oĩmodo liberat si uinco, cõditio, si uincor, sententia. Nonne uobis uidentur hæc sophisinatum argumenta obuersa inuicem, uicespinarum, quas uentus cũ uoluerit inter se cohercere, paribus utrinq; aculeis, simili penetratione, mutuo uulnere. Atq; ideo merces Protagoræ tam aspera, tam sentiosa uersutis & auaris relinquenda est, cui sed multo tanto præstat illa altera merces, quam Thalem memorant sua fisse. Thales Milesius ex septem illis sapientia memoratis uiris facile præcipuus. Finit. n. geometricæ penès Graios primus repertor, et naturæ rerum certissimus explorator, et Astroon peritissimus cõtẽplator, maximas res paruis lineis reperit, tẽporũ ambitus, uentorũ flatus, stellarũ meatus, tonitruũ sonora miracula, syderũ obliqua curricula, solis annua reuerticula, idẽ lunæ uel nascẽtis icremẽta, uel senescentis dispẽdia, uel deliquẽtis obstacula. Idem sanè iã procliui senectute diuinã rationem de sole commentus est, quã equidem non didici modo, uerum etiam experiundo comprobaui, quoties sol magnitudine sua circulum, quem permeat, metiatur. Id a` se recens inuentũ Thales memoratur edocuisse Mandraytum Priennensem, qui noua & inopinata cognitione impendio delectatus, optare iussit, quãtam uellet mercedem sibi pro tanto documẽto repẽdi, satis inqt mihi fuerit mercedis Thales sapiens, si id, quod a` me didicisti, cum proferre ad quospiam cœperis, tibi non adsciueris, sed eius

inuẽti me potius, quàm aliũ repertorẽ prædicaueris, pulchra merces prorsum, ac tali uiro digna & perpetua. Nam et *in hodiernum, ac dehinc semper* Thali *ea merces persoluetur ab omnibus nobis, qui eius cœlestia studia uere cognouimus.* Hanc *ego uobis mercedem* Carthaginenses *ubiq; gentium dependo pro disciplinis, quas i pueritia sum apud uos adeptus.* Vbiq; *enim me uestræ ciuitatis alumnum fero, ubiq; uos omnimodis laudibus celebro, uestras disciplinas studiosius percolo, uestras opes glorioſius prædico, uestros ẽt deos religioſius ueneror.* Et *nunc quoq; igitur principium mihi apud uestras aures auſpicatiſſimum ab* Aeſculapio *deo capiam, qui arcem nostræ* Carthaginis *indubitabili numine propitius ſtrepit.* Eius *dei hymnum græco & latino carmine uobis ocinam, iá illi à me dedicatum.* Sũ *enim non ignotus illius agricola, nec recens cultor, nec ingratus antiſtes, ac iam & prorſa & uorſa facundia ueneratus ſum, ita ut etiam nunc hymnum eius utraq; lingua canam, cui dialogum ſimiliter græcum & latinum prætexui, in quo ſermocinabantur* Sauidius Seuerus, *&* Iulius Perſius, *uiri & inter ſe mutuo, & nobis & utilitatibus publicis merito amiciſſimi, doctrina, & eloquentia, & beniuolentia, paribus, incertum modeſtia quietiores, an induſtria promptiores, an honoribus clariores.* Quibus *cum ſit ſumma concordia, tamen hæc ſola æmulatio, & in hoc unum certamen eſt, uter eorum magis* Carthaginem *diligat, atq; ſumus medullitus uiribus contendunt ambo, uincatur neuter.* Eorũ *ego ſermonẽ ratus, et uobis auditu gratiſſimum mihi*

compoſite congruentem & dedicatur religio ſummo in principio libri ratio quendam ex his qui mihi Athenis cõdidicere percontari à Perſio græce, quæ ego pridie in templo Aeſculapij diſſeruerim, paulatimq; illis ſeuerum adiungo, cui interim romanæ linguæ partes dedi. Nam & Perſius quamuis & ipſe optime latine poſſit, tamen hodie uobis atticiſſabit. Aſclepiades ille inter præcipuos medicorum, ſi unum Hippocratem excipias, cæteris princeps primus etiã uino reperit ægris opitulari, ſed dando ſcilicet in tempore. Cuius rei obſeruationem probe callebat, & qui diligentiſſime animaduerteret uenarum pulſus inconditos, uel præclaros. Is igitur cũ forte in ciuitatẽ ſeſe reciperet, & rure ſuo ſuburbano rediret, aſpexit in pomerijs ciuitatis funus ingens locatum, plurimos homines ingenti multitudine, qui exequias uenerant circunſtare, omnis triſtiſſimos & obſoletiſſimos ueſtitu, propius accęſſit, ut incognoſceret more ingenij, quis nam eſſet, quoniam percontanti nemo reſponderat. At non ut ipſe aliquid in illo ex arte reprehenderet. Certe quidem iacenti homini, ac propè depoſito fatum attulit. Iam miſeri illius membra omnia aromatis perſperſa, iam os ipſius unguine odoro delibutum, iã eum pollinctum, iam cœnæ paratum, contemplatus enim diligentiſſime, quibuſdam ſignis animaduertit, etiam atq; etiam pertractauit corpus hominis, & inuenit in illo uitam latentem, confeſtim exclamauit, uiuere hominem. Procul igitur faces abigerent, procul ignes amolirentur, rogum demolirẽtur, cœnam feralem à tumulo ad menſam referent. Murmur interea

exortum, partim medico credendum dicere, partim etiam irridere medicinam. Postremo propinquis etiã hominibus inuitis, quod ne iam ipsi hæreditatem habebant. An quod adhuc illi fidem non habebant, ægre tamen, ac difficulter Asclepiades impetrauit breuem mortuo dilationem. Atq; ita uillispillonum manibus extortum, uelut ab inferis postlimnio domum retulit, confestimq; spiritum recreauit, confestim animam in corporis latibulis delitescentem quibusdam medicamentis prouocauit. Sapientis uiri super mensam celebre dictum est. Prima inquit cratera ad sitim pertinet, secunda ad hylaritatem, tertia ad uoluptatẽ, quarta ad insaniam. Verum enimuero musarum cratera uersa uice quanto crebrior, quantoq; meracior, tanto propior ad animi sanitatem. Prima cratera literatoris rudato exemit. Secũda grãmatici doctrina instruit. Tertia rhetoris eloquentia armat. Hactenus a' plerisq; potatur. Ego & alias crateras Athenis bibi, poëticæ cómentam, geometriæ limpidam, musicæ dulcem, dialecticæ austerulam. Iam uero uniuersitas philosophiæ inexplebilem scilicet nectariam. Canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos, Xenophon historias, Xenocrates satyras, Apuleius noster hæc oia, nouemq; musas pari studio colit, maiore scilicet uoluntate quã facultate, eoq; propensius fortasse laudandus est, quod omnibus bonis in rebus conatus in laude effectus in casu est. Ita ut circa in maleficijs etiam cogitata scelera non perfecta adhuc iudicantur cruenta mente pura manu. Ergo sicut ad pœnam sufficit meditari puni

enda, sic, & ad laudem satis est cõnari prædicanda. Quæ autem maior laus aut certior, quàm Carthagini benedicere, ubi tota ciuitas eruditissimi estis, penès quos omnem disciplinam pueri discunt, iuuenes ostẽtant, senes docent. Carthago prouinciæ nostræ magistra uenerabilis. Carthago Africæ musa cœlestis. Carthago cæmœna togatorum, habet interdum & necessaria festinatio honestatis mores, sæpe utinalis interpellatam uoluntatem. Quippe & illis, quibus curriculo confecta uia opus est, adeo uti præoptent pendere æquo, quàm carpento sedere, propter molestias sarcinarum, & pondera uehiculorum, & moras orbium, & salebras orbitarum, adde & lapidum globos, & caudicum toros, & camporum riuos, & collium cliuos. Hisce igitur moramentis omnibus qui uolunt deuitari, aduectorem sibimet equum deligunt dũ utinæ fortitudinis, uiuacis perniciatatis, idem & ferre ualidum, et iræ rapidum, qui campos collesq; gradu perlabitur, immo, ut ait Lucilius, Tum cum eo equo peruiam concito peruolant. Si quem interea conspicantur ex principalibus uiris nobilem hominem bene consultum, bene cognitum, quãquã oppido festinẽt, tñ honoris eius gratia cohibẽt cursum, reuelãt gradũ, retardãt equũ. Et ilico ĩpedes desiliũt, fructicẽ, quẽ uerberãdo equo gestãt, eã uirgã in leuã manum transferunt. Itaq; expedita dextra adeunt, ausultãt, & si diutile ille quippiam percœrtetur, ambulant diutile & fabulantur. Deniq; quantumuis moræ in officio libenter insumunt. Crates ille Diogenis sectator, qui ut lar familiaris apud homines ætatis suæ Athe

nis cultus est, nulla domus ei unquam clausa erat, nec erat patrisfamilias tam absconditum secretum, quin eo tempestiue Crates interueniret. Litium omnium, & iurgiorum inter propinquos disceptator, atq; arbiter, quod Herculem olim poëtæ memorant, monstra illa immania hominum ac ferarum uirtute subegisse, orbemq; terræ purgasse, similiter aduersum iracundiam, et inuidiam, atq; auaritiam, atq; libidinem, cæteraq; animi humani monstra & flagitia. Philosophus iste Hercules fuit, eas omnes pestes mentibus exegit, familias purgauit, malitiam perdomuit, seminudus & ipse et claua insignis etiam Thebis oriundus, unde Herculem fuisse memoria extet. Igitur prius q̄ planè Crates factus inter proceres Thebanos numeratus est, lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornato uestibulo, ipse bene uestitus, bene prædiatus, postubi intellexit nullum sibi uitæ famulare præsidiū legatum, quo fretus ætatem agat, omnia fluxa infimaq; esse, quicquid sub cælo diuitiarum est, eas omneis ad bene uiuēdum quicquam esse, sicuti nauem bonam fabrefactam, bene intrinsecus compactam, & extrinsecus eleganter depictam, mobili claua, firmis rudentibus, procero malo, insigni arcliesio, splēdētibus uelis, prostremo omnibus armamentis idoneis ad usum & honestis ad contemplationem. Eam nauem si aut gubernator non agat, aut tempestas agat, ut facile cum illis egregijs instrumentis, aut profunda hauserint, aut scopuli comminuerint, sed et medici cum intractauerint ad ægrum uti uisant, nemo eorū quod tabulina perpulchra in ædibus cer

nant, et lacunaria auro oblita, et gregatim pueros ac iuuenes eximia forma in cubiculo circa lectum stantes ægrum, iubet uti sit animo bono, sed ubi iuxtim consedit, manum hominis prehendit, eam pertractat, uenarum pulsum, et momenta captat, siquid illic turbatum, atq; inconditum offendit, illi renunciat, male morbo haberi, diues ille cibo interdicitur, ea die, in suas sibi copiosa domo panem non accipit. cum interea totum eius seruitium hilares sunt, atq; epulantur. Nec in ea re quicquam efficat conditione.

LVTII APVLEI MADAVRENSIS PHILOSOPHI PLATONICI. DE DEO SOCRATIS. LIBER.

Vi me uoluistis dicere extempore accipite rudimentum, post experimẽtum. Quippe prout mea opinio est, bono periculo periculũ faciam postquam reprobata meditata sum dicturus incognita. Nec enim metuo, ne in friuolis displiceam, qui in grauioribus placui. Sed ne omnifariam noueritis. & in isto, ut ait Lucilius, schedico & incondito. Experimini an idem sim repentinus, qui præparatus. Si qui tum uestrũ nondũ subitaria ista nostra cognoscitis quæ scilicet audietis, pari labore quo scribimus, uenia propensiore qua legimus. Sic enim fermè assolet apud prudẽteis uiros esse in operibus. iudicatio resectior, in rebus subitarijs uenia prolixior. Scripta enim pensiculati, s & examinatis. Repentinã autẽ noscitis simul et ignoscitis, nec iniuria. Illa eni quæ scripta legimus et tacẽtibus nobis talia erũt, qualia illata sunt. Hæc uero in præsentiarũ, et quasi nobiscum patiẽda sunt alia erunt qualia uos illa fauẽdo feceritis. Quãto enim exinde orationi modificabor tanto à uobis in maius tolletur. Vos enim aduerto libenter audire. Proinde in manu uestra situm est uela nostra sumere et iam immittere, ne pendula & flaccida ue restricta et caperata sint. At ego quod Aristippus dixit experiar. Aristippus ille Cyreniacæ sectæ repetor quodq; malebat ipse Socratis discipulus. Eum quidam tyrã

mus roganit. Quid illi philosophiæ studium tam im-
pensum tamq; diutinum profuisset. Aristippus respon-
» dit, ut cum omnibus, inquit, hominibus secure, & in
» trepide fabularer. Verbo subito sumpta sententia est
quia de repentino oborta est quasi uelit in materia la
pides temerario interiectu poni necesse est. Neq; inte
riecto intrinsecus pondere, neq; inclinato profunde si
tu, neq; cohibentibus ad regulam lineis. Quippe qui
structum orationis huius ego met non ne monte modo
lapide è directo cæsum afferam, probe omnifariam
complanatum leniter ad extremas oras ad unguem
cœquatum. sed quæ operi accomodem, uel inæquali-
tate aspera, uel lenitate lubrica, uel angulis eminu-
la. uel rotundo uolubilia, sine regulæ correctione, &
mensure parilitate & perpendiculi solertia. Nullæ
enim res potest esse eadem festinata simul & exani-
mata nec esse quicquam omnium, quod habeat et lau
dem diligentiæ suæ simul, et gratiam celeritatis. Præ
bui me quorundam uoluntati, qui oppido uoluerunt
quæ à me desiderabantur, ut dicerem extempore. Et
est Hercule formido, ne id mihi euenerit, quod coruo
suo euenisse Aesopus fabulatur. Id erit, nedum lau-
dem hac nouam captare apparo, illam quam ante pe
peri cogar amittere, sed de apologo quæritis. nó pig-
bit aliquid fabulari. Coruus et Vulpes unam offulá
simul uiderant, eamq; raptam festinabant pari stu-
dio, impari celeritate, Vulpes cursu Coruus uolatu.
Igitur ales bestia præuenit, & secundo flatu, passis
alis, utrúq; prælabitur, et iá anticipat, atq; ita præda
simul et uictoria lætus in sublime euectus in quadá

proxima quercu, in summo eius cacumine tutus sedit.

Eoque tamen Vulpes quo alipedē neqbat cōsequi. dolum iecit. Nanq; eandem arborem sucessit, & subsistens, cum superne victorem preda ouantem uideret, laudare astu adorta est. Næ ego inscita, quæ cum alite Apollinis frustra certauerim, quippe cum pridē tam cōcinnum est, neq; oppido paruum, neq; nimis grā de sit, sed quantum satis adusum decorremq; . pluma mollis caput argutum, rostrum ualidum. Iam ipse oculis perspicax. unguibus tenax. Nam de colore quid dicam? enimuero cum duo colores præstabiles forent piceus, & niueus. quibus inter se nox cum die differunt, utrunq; colorem Appollo suis alitibus cōdonauit, candidū olori, nigrū coruo. Quod utinam sicuti cygno cantū indulsit, ita huic quoq; uocē tribuisset, ne tam pulchra ales? quæ ex omni āuitio longe præcellit uiduata, delitiæ facundi dei muta uiueret et elinguis. Id uero ut Coruus audit hoc solum sibi præ cæteris deesse. dum uult clarissime clangere . ut ne ad hoc saltem olori concederet. oblitus offulæ, quam mordicus retinebat. tuto rictu hiauit, atq; ita quod uolatu pepererat, cantu amisit. Enimuero Vulpes quod cursu amiserat, astu recuperauit. Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri cōbibiliter. Coruus ut se uocalem præberet, quod solum deesse tantæ eius formæ Vulpes simulauerat. crocitare adortus, prædam quam ore gestabat, in se dutricem competiuit. Iam dudum scio quod hæc significari flagitetis, uobis latine, ut neutra pars uestrū nec qui græce, nec qui latine petebatis dictionis huius expertes

abiretis. Qua propter siita uidetur satis oratio nostra attica sauerit. Tempus est in latium demigrare de græca. Nam & quæstionis huius fermè media tenemus, & quantum mea opinio est, pars ista posterior per illa græca quæ anteuertit, nec argumentis sit effectior, nec sententijs rarior, nec exẽplis pauperior, nec oratione defectior. Plato omnem naturam rerum, quæ ad animalia iure pertineat. trifariam diuisit, Censuitq; summos deos, summum, medium, & infimum. Fac intelligas non modo, loci disclusione, uerũ etiam naturæ dignitate, quæ et ipsa neq; uno neque gemino modo, sed pluribus cernitur. Ordiri tum manifestius fuit à loci dispositione. Nam perinde ut maiestas postulabat, dijs immotalibus cælũ dicauit quos quidẽ deos cœlites partim uisu usurpamus, alios intellectu uestigamus. Ac uisu quidem cernimus.

» Vos o clarissima mundi
» Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.

Nec modo ista præcipua solem diei opificem, lunamq; solis æmulam noctis decus, seu cornicolata, seu diuidua, seu pertumida, seu plena sit, uaria igniũ facẽ, quãto longius ea cessat à sole, tanto longius collustrata, pari incremento itineris, et lumnis, mensem suis actibus, ac de paribus dispendijs extimãs. seu illa proprio seu ppeti candore, ut Chaldæi arbitrãtur, parte luminis copos, parte altera cassa, fulgoris pro circũuersione oris. oris discoloris multiuaga, pollens, speciẽ sui uariat, seu tota proprij candoris expers. Alienæ lucis indiga. denso corpore seu leui, ceu quondã speculo radij solis obsistit, et aduersi usurpat, ut uerbis utar Lucretij.

» Notam iactat de corpore lucem.

Vtraq; ex animarũ uera sententia est. Nec hæc posteà uideo cur neq; de sole, neq; de luna. quisq; Græcus, aut Barbarus facile coniectauerit deos esse, nec modo istos, ut dixi, uerum etiam stellas, quæ uulgo ab imperitis nuncupantur. quæ tamen in deflexo, & certo, & stato cursu meatus longe ordinatissimos diuinis uiciabus æternos efficiunt. Varia quippe curriculi uicissitudine assimulant pro situ, & flexu, & obstituto circulorum, quos probe callet, qui signorum ortus, & obitus comperit in eorum uisibilium deorum numero. Cætera quoq; sidera, qui cum Platone sentis locato arctu rum. Geminos Leonem, aliosq; itidẽ radiẽteis deos, qbus cœli chorũ comptum, et coronatũ suda tempestate uisimus pictis noctibus seuera gratia, toruo decore, suspicientes in hoc perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clypeo. miris fulgoribus uariata cælamina. Est aliud genus deorum, quod natura uisibus nostris denegauit. Nec non tamen intellectu eos mirabundi contẽplamur, facie mentis acrius contemplantes quorum in numero sunt illi duodecim numero, situ nominum in duos uersus ab Ennio coarctatis.

» Iuno Vesta Minerua Ceres Diana, Venus Mars
» Mercurius Iouis Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Cæteriq; id genus, quorum nomina quidem sunt nostris auribus iam diu cognita. Possumus uero animis coniectare, per uarias utilitates in uita agenda animaduersos in ijs rebus, quibus eorum singuli curant. Cæterum prophanæ philosophiæ turba imperitorũ, uana sanctitudinis prina ueræ rationis, inops religio=

nis, impos ueritatis, scrupulosissimo cultu, insolētissimo spiritu, deos negligit, pars in contēptū tumida. Hos nanq; cunctos deos, in sublimi ætheris uertice locatos ab humana contagione procul discretos plurimi, sed non rite uenerantur. omnes sed insciè metuunt. pauci sed impie diffitentur. Quos deos Plato existimat ueros, incorporeos, aideos, neq; sine ullo fine, neq; exordio, sed prorsus ac retro æuiternos, corporis contagione sua quidem natura remotos ingenio ad summā beatitudinem pro recto, nullius extrarij boni participatione, sed ex bono et ad omnia competentia prono nutu facili simplici libero, et absoluto quorum parentem qui omnium rerū dominator, atq; author est, solū ab omnibus nexibus patiendi aliquid gerendi ue nulla uice ad alicuius rei mutua obstrictum. Cur ergo nūc dicere exordiar cum Plato cœlesti facundia præditus æquiperabilia dijs immortalibus differens frequentissime prædicet. Hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate, et ineffabili non posse penuria sermonis humani quauis oratione uel modice comprehendi uix sapiētibus uiris cum se uigore animi quantū licuit à corpore se mouerint intellectū huius Dei, id quoq; interdū uelut in arctissimis tenebris rapacissimo corui fœmine lumen candidum intermicare. Missum igitur hunc locum fac iam in quo non mihi quidem tantum, sed ne Platoni quidē meo ualuerunt ulla uerba, pro amplitudine rei suppetere. Quid igitur faciā in rebus mediocritatem meam et quidem longe superātibus, receptui canam, tandemq; orationem de cœlo in terrā deuocabo, in qua præcipuū animal homines su

mus, quanquam pleriq; se incuria disciplinæ, ita omnibus erroribus deprauarunt, ac piaculatibus scæleribus præbuerunt, & propè exesa mansuetudine generis sui immane efferarunt, ut possit uideri nullum animal in terris homine postremius. Sed nũc non de errorum disputatione disseramus. Igitur homines ratione plaudẽtes, oratione pollentes, immortalibus animis, moribundos membris, & leuibus & anxijs mentibus, brutis & obnoxijs cœporibus, dissimillimis moribus, et similibus erroribus, puicaci audacia, ptinaci spe cæsso labore fortuna cæducæ sigillatim mortales cũti tñ uniuerso genere ppetui uicissim sufficiẽda prole mutabiles uolucri tempore tarda sapientia, cita morte, querula uita terras incolunt. Habetis interim bina animalia, deos ab hominibus plurimum differentes loci sublimitate, uitæ perpetuitate, naturæ perfectione, nullo inter se propinquo communicatu, cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigij dispescant, et uiuacitas illic æterna, & indefecta sit. Hic cæducæ & subsiciua, ingenia illa ad beatitudinem sublimata sint, hæc ad miseras infimata. Quid igitur nullo ne connexu hæc natura se iunxit, sed in diuinam & humanã partem seiugatam esse, & interruptam. & ueluti debilem passa est. Nam ut idem plato ait. Nullus deus miscetur hominibus, sed hoc præcipuum eorum sublimitatis specimen est, quod nulla contractione nostra contaminatur. Pars eorum tamen obtutu hebeti uisuntur, ut sidera, de quorũ adhuc et magnitudine, et coloribus homines ambigunt. Cælo autem soli

intellecta,

intellecta, neq; prompto noscuntur. Quod quidē mirari super his immortalibus nequaquam congruerit, cum alioqui & inter homines qui fortunæ munere opulentia elatus, & usq; ad regni mutabilē suggestū & pendulum tribunal euectus est raro aditus, et lō ge remotis arbitrijs in quibusdam dignitatis suæ penetralibus degens. Parit enim conuersatio cōtemptū, raritas conciliat ipsa rebus admirationem. Quid igitur orator obiecerit aliquis, primo istam cœlestem quidē sed penè inhumanā tuā sententiam missam faciam, si omnino homines à dijs immortalibus procul repelluntur. Atq; ita in hæc terræ tartara relegantur, ut omnis sit illis aduersus cœlestis deos cōmunio denegata, ne quisquam eos è cœlitū numero uelut pastor, uel equisio, uel busequa, seu balantum, uel hinnientium, uel mugientiū greges interuisat, qui ferocibus moderetur, morbidis medeatur, egenis opituletur. Nullus inquit deus humanis rebus interuenit. Cui igitur preces allegabo. Cui uota nuncupabo. Cui uictima cedam. Quem miseris auxiliatorē, quē fautorē bonis, quē aduersatorem malis cū uita cicbo? Quem deniq; quod frequentissimum est, iureiurēdo uti potero inter Troianos stirpe cognatos, & fortasse inter gentes prælio cognitas. At enim inter nuculos recens cognitos. Si nemo huic capiti crediderit. Quis pro te deus fidem dicet. An ut ferocissimo Mezentio, dextra & telum quod missile libro, apagesis tam cruentos deos d exterā cædibus fessam, telumq; sanguine rubigino sum, utrunq; idoneum non est per quod adiures, ut ue per ista iurent, cum sit summi deorū hic honor

proprius. Nam et iusiurandum dicitur, ut ait Ennius. Quid igitur iurabo, per Iouem lapidem, Romano uetustissimo ritu. Atqui si platonis uera sententia est, nunquam se deum cum homine cõmunicare, facilius me audierit lapis, quàm Iuppiter. non. Respondebit enim Plato pro sua sentẽtia mea uoce. Non usq; adeo seiunctos & alienatos à nobis deos prædico ut ne uota q dem uestra arbitrer peruenire. Neq; enim illos sacris rerum humanarum, sed à contrectatione sola remoui. Cæterum sunt quedam diuinæ mediæ potestates, inter summũ æthera & infimas terras, in isto interstitæ aëris spatio, per quas et desideria nostra, & merita ad deos commeant, hos græco nomine δαίμονας nuncupant, inter mortales cœlicolasq; uectores hinc præcum inde donorum q ultro citroq; portant, hinc petitiones, inde suppetias ceu quidam utrinq; interpretes & salutigeri, per hos eosdem, ut Plato in sympotio autumat, cuncta denunciata, & magorum uaria miracula, omnesq; præsagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero præditi curant singuli eorũ prouide, ut est cuiq; tributa prouincia uel somnijs confirmãdis, uel extis physiculandis, uel præpetibus gubernandis, uel oscinibus erudiendis, uel uatibus inspirãdis, uel fulminibus iaculãdis, uel nubibus corruscandis, cæterisq; adeo, per quæ futura dinoscimus, quæ cuncta cœlestium uoluntate, & numine, & authoritate, sed dæmonum obsequio & opera, atq; cura, ut Annibali somnia orbitatẽ oculi commoneãt, Flaminio auspicia periculum cladis prædicent. Accio Nauio miraculum cotis adjciant, atq; ut nonnulla

regni futuri signa præcurrant, ut Tarqnius Priscus aquila obumbretur ab apice. Seruius Tullius flama colluminetur à capite. Postremo cuncta ariolum præ sagia, fulgurum bidentalia, carmina Sibyllarũ quæ omnia, ut dixi, mediæ quæpiam potestates inter homines, ac deos obeunt. Neq; enim pro maiestate deũm cœlestium fuerit, ut eorũ quisquam, uel Annibali somnium pingat, uel Flaminio hostiam corrodat, uel accio Nauio cotificet, uel Sibyllæ fatiloquia uersificet, uel Tarquinio uelit apicem reddere. Seruio uero inflammare uerticem, nec exurere, non est operæ dijs superis ad hæc descendere. Mediorum ista sortitio est qui in aëris plagis terræ cõterminis, nec minus confinibus cælo perinde uersantur, ut in quacunq; parte naturæ propria sint animalia, & in æthere uolantia, & in terra gradiẽtia. Nam cum quatuor sint elementa notissima, ueluti quadrifariam natura magnis partibus distermina, sintq; propria animalia terrarum, et flũ marũ. Siquidem ẽ Aristoteles author est in fornacibus flagrantibus quædã propria animalia pennulis apta uolitare, totumq; æuum suum in igni diuersari, cum eo exoriri, cumq; eo extingui. Præterea cũ tot uaga sydera, ut prius dictum est, sursum in æthere, hoc est in ipso liquidissimo ignis ardore compareant, cur hoc solum ex quatuor, elementum aeris, quod tãto spacio intersitũ ẽ cassum ab omnibus, desertumq; à cultoribus suis natura pateretur. Quin in eo quoq; aere animalia gignerentur, ut in igni flammida, in unda fluxa, in terra glebulenta. Nã quod qdã aues aeri attribuat falsum sentire meritissimo dixeris,

quippe quæ aues nulla earum ultra olympi uerticem ſublimatur. Qui cum excelentiſſimus omnium perhibeatur, in altitudinem perpendiculo ſi metiare ut geometræ autumant, ſtadia altitudo faſtigij non æquiparat, cum ſit aëris augmentum immenſum uſq; ad ſtatima lunæ fẽlicem' que. porro ætheris ſurſum uerſus exordium ẽ. Quid igitur tanta uis aëris quæ ab humilibus lunæ anfractibus uſq; ad ſummum olympi uerticẽ iteriacet. Quid tum uacabit ne aí alibus ſuis, atq; erit iſta naturæ pars mortua ac debilis. imo eni ſi ſedulo aduertas, ipſe quoq; aues per terreſtre animal non aëriũ rectius phibeãtur. ſemp enim illis uictus ois i terra. ibidẽ pabulũ, ibidẽ cubile, tãtũq; aëra proximũ terræ uolãdo tranſuerberãt. Cæterũ cũ illis feſſa ſunt remigia pennarũ, terra ceu portus eſt. Quod ſi manifeſtum flagitat ratio debere propria etiã animalia in aëre intelligi, ſupereſt ut quæ tandẽ et cuiuſmodi ea ſint diſſeramus. Igitur terrena nequaq̃ deuergunt enim pondere, ſed nec flammea ne ſurſum uerſus calore rapiantur. Temperanda ergo nobis pro loci medietate media natura, ut ex regionis ingenio ſit, et in cultoribus eius ingenium. Cedo igitur mẽte formemus & gignamus omnino id genus corpus. Tertia quædam animalia quæ neque ſint tam bruta, q̃ terrea, neq; tam leuia, quàm ætherea, ſed quodammodo utrinq; ſeiugata. Velut enim utrinq; cõmixta ſint, ſiue amolita, ſeu modificata utriuſq; rei participatiõe, ſed facilius ex utroq; quàm ex neutro intelligentur. Habeant igitur hæc dæmonum corpora modicum põderis ne ad ſuperna incedant, aliquid leuitatis ne

ad'inferna præcipitẽtur. Quod ne uobis uidear poëtico ritu incredibilia cõfingere, dabo primũ exẽplũ huius libratæ mediętatis, neque enĩ procul ab hac corporis ſubtilitate nubes concretas uidemus, quæ ſi uſque adeo leues forent, ut ea quæ omnino cărent põdere nunquam infra iuga, ut ſæpenumero animaduertimus, grauate căput editi montis cœu quibuſdam curuis torquibus coronarent. Porrò ſi ſuapte natura tam ſpiſſæ, ac graues forent ut nulla illas uetuſtioris leuitatis admixtio ſubleuaret, profecto nõ ſecus quàm plumbi globus, uel lapis ſuapte ui căduæ terris illĩ derentur. Nunc enimuero pendulæ et mobiles huc et illuc uicæ nauium in aëris pelago uentis gubernantur paululum immutantes proximitate, et longinquitate. Quippe ſi aliquo humore fœcũdæ ſunt ueluti ad fletum edendum deorſum degraſſantur. Atq; omnino humectiores humilius meant. aquilonis agmine tractu ſegniores. Sudis uero ſublimior curſus, & cum lanarum uelleribus ſimiles aguntur căuo agmine uolatu perniciore. Nonne audis, quid ſuper tonitruum Lucretius facundſſime diſſerat?

» Principio tonitru quatiuntur cærula cœli,
» Propterea quia concurrunt ſublime uolantes.
» Aetheriæ nubes contra pugnantibus uentis.
» Nec fit enim ſonitus cæli de parte ſerena.
» Verũ ubicunq; magis denſo ſunt agmine nubes, Tă
» magis hic magno fremitus fuit murmure ſæpe. Quod ſi nubes ſublime uolitant, omniſq; et exortus, et terminus et retro defluxus earũ in terras eſt, qd tandẽ futura cẽſes dæmonũ corpora? quæ ſunt cõcreta multo mi

nus, & tantos subtiliora. Non enim sunt ex hac fece lenta nubecula tumida caligine conglobata sicut nubium tenus est, sed ex illo purissimo aëris liquido, et sereno elemẽto coalita, eaq; nemini hominum temere uisibilia, nisi diuinitus speciem sui offerãt, quod nulla in illis terrena soliditas locũ luminis occupauerit, q nostris oculis possit obsistere, qua soliditate nostra offensa acies immoretur, sed filia corporum possident rara & splendida & tenuia usq; adeo, ut radios omnis nostri tuoris & raritate transmittant, & splendore reuerberent, & subtilitate frustrentur. Hinc illa Homerica Minerua quæ mediis cœtibus Graium cohibendum Achilli interuenit, uersum græcum si paulisper operiamini latine enũciabo atq; adeo hic sit in præsentiarũ. Minerua igitur, ut dixi, Achilli moderando iussu Iunonis aduenit.

» Soli perspicua, ast aliorum nemo tuetur.

Hinc & illa Vergiliana matrona quæ in mediis mi libus auxiliabunda fratri conuersatur.

» Miscetq; uiris, nec cernitur ulli.

Protinusq; Plautinus miles sup clypeo suo gloriatur, præstringens oculorum aciem hostibus. Ac ne cunctos longius persequar. Ex hoc fermè dæmonum numero poetæ solent haud procul à ueritate censores causæ, & amatores quorũdam hominum deos fingere, & tueri illos interdum aduersari, & affligere. Igitur & misereri, & indignari & angi, & lætari, omnemq; humani animi faciem pati, ac simili motu cordis, & salo mentis ad omnes cogitationum æstus fluctuare. quæ omnes turbelæ tempestatesq; procul à deorum cœlestium tranquillitate exultant.

Cuncti enim cœlites semper eodem statu mentis æterna æquabilitate potiuntur. quæ nunquam illis nec ad dolorẽ, nec ad uoluptatem finibus suis pellitur. nec enim mens illa à sua perpetua secta ad quempiam subitum habitum demouetur nec alterius ui. Nam nihil est Deo potentius, nec suapte sponte, nam nihil est Deo perfectius. Porro autem quid potest uideri imperfectius fuisse, quàm is qui à priore statu ad alium rectiorẽ statum migrarit, cum præsertim nemo spõte cõpessat noua, nisi quem pœnituit priorum. Non enim potest subsequi illa mutatio sine præcendentium infirmatione. Quapropter debet Deus nullã ppeti, uel operis, uel amoris temporalẽ ꝓfunctionẽ, et ideirco nec indignatiõe, nec ira contingi, nullo angore contrahi, nulla alacritate gestire, sed ab oĩbus passionibus animi liber, nec dolere unquã, nec aliquãdo lætari, nec aliquid repentinum uelle, uel nolle. Sed & hæc cuncta, ut hoc genus cætera dæmonum mediocritati congruũt. Sunt enim inter homines, ac deos, ut loco regionis, ita ingenio mentis interſiti habẽtes communem cũ superis immortalitatem, cum inferis passionem. Nam perinde ut nos pati possunt omnia animorum placamenta uel incitamenta, ut in ira incitentur, & in misericordia flectantur, & donis inuitentur, et precibus leniantur, & contumelijs exasperantur, & honoribus mulceantur, alijsq; omnibus ad similẽ nobis modum uarientur. Quippe, ut finem comprehendam, dæmones sunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo passiua, corpore aëria, tempore æterna. Ex his quinq; quæ commemorauí tria principio eadem no-

biſcum, quartum proprium, poſtremum commune cũ
dijs immortalibus habent, ſed differunt ab his paſ-
ſione. Quæ propterea paſſiua non abſurde, ut arbi-
tror, nominaui, quia ſunt ijſdem, quibus nos pertur-
bationibus obnoxij. Vnde & religionum diuerſis ob
ſeruationibus, & ſacrorum uarijs ſupplicijs fides im
pertienda eſt. Etſi nonnulli ſunt ex hoc diuorum nu
mero, qui nocturnis uel diurnis promptis, uel occul-
lætioribus, uel triſtioribus hoſtijs, uel cærimonijs, uel ri
tibus gaudent, uti ægyptia minerua fermè plangori
bus, græca plerunq; choreis, barbara autem ſtrepitu
cymbaliſtarum, & tympaniſtarum, et choraularũ.
Itidem pro regionibus in ſacris differunt longe uarie
tate pomparum agmina miniſtrorum ſilentia, ſacer
dotum officia, ſacrificantium obſequia. Item deorum
effigies, ut eximiæ templorum religiones, hoſtiarum
cruores, & colores. Quæ omnia pro cuiusq; more ſo
lemnia & rata ſunt, ut plerunq; ſomnijs & uatici-
nationibus & oraculis comperimus ſæpenumero indi
gnata numina ſiquid in ſacris ſocordia, uel ſuperbia
negligatur, cuius generis mihi exempla affatim ſup-
petunt. Sed adeo frequentia, & celebrata ſunt, ut ne
mo ea cõmemorare adortus ſit, qn multo plura omiſe-
rit, quàm recenſuerit. Ideo reſidebo in præſentiarũ
in his rebus orationem occupare. Quod ſi non apud
omnes certam fidem, at certe penes cunctos notitiam
promiſcuam poſſidet, hæc potius præſtiterit latine
diſſertare, uarias ſpecies diuinorũ numiniũ à philoſo
phis perhiberi, quo liqdius, et plenius de præſagio So
cratis, deq; eius numine cognoſcatis. Nam quodam

significatu et animus humanus etiam nunc in corpore situs δαίμων nuncupatur.

» *Dij ne hunc ardorem mentibus addunt,*
» *Euriale? an sua cuiq; deus fit dira cupido?*

Igitur & bona cupido animi deus bonus est. Vnde nō nulli arbitrantur, ut iam prius dictum est. ὠδαίμονας dici beatos, quorū dæmon bonus id est animus uirtute perfectus est. quem nostra lingua ut ego interpretor, haud sciam, an bono, certe quidem meo periculo poteris genium uocare, quoniam is deus qui est animus sui cuiusq;, quanquam sit immortalis, in quo dam modo cum homine gignitur, ut eæ preces quibus genium præcamur ad coniunctionem nostram, nec desunt qui uideantur mihi obtestari, corpus atq; animū duobus nominibus comprehendentes, quorum communio & copulatio sumus, & secundo signatu species dæmonum sit animus humanus exutus et liber stipendijs uitæ corpore suo abiuratis hunc uetere latina lingua reperio lemurem dictatum. Ex hisce ergo lemuribus, qui posteriorum suorum curam sortitur pacato & quieto numine domum possidet. lar dicitur familiaris. Qui uero propter aduersa uitæ merita, nullis bonis sedibus interra uagatione, ceu quodam exilio punitur, inane terriculamētum bonis hominibus, cæterum noxium malis, hūc pleriq; laruam peribent, cū uero incertum est, quæ cuiq; eorum sortitio euenerit, utrunq; lar sit, an larua, nomine Manum Deū nuncupant, & honoris gratia dei uocabulum additum est. Quippe cū eos deos appellent, qui ex eorum numero iuste, ac prudēter uitæ curriculo gubernato,

pro noīe postea ab hominibus præditi, fanis & cerī monijs uulgo admittūtur, ut ī Bœotia Amphiaraus, in Africa Mopsus, in Aegypto Osiris, alius alibi gentium, Aesculapius ubiq;. Verum hæc omnis distributio eorum dæmonum fuit, qui quondam in corporis numero fuere. Sunt autem non posteriores præstantiore lōge dignitate. Genus aliud augustius animo dæmonū q̄ semper à corporis compedibus, et nexibus liberi procurātur certis precantibus. Quorū è numero somnus, atq; amor diuersa inter se uim possidēt. Amor uigilādi, somnus soporādi. Ex hac ergo sublimiore dæmonū copia, Pl to autumat singulis hominibus ī uita agenda testes, et custodes singulos additos, q̄ nemini conspicui, semper adsint omniū non modo actorū testes, uerum etiam cogitatorum. Ac ubi uita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit raptare ilico et trahere, ueluti custodiā suam ad iudiciū, atq; illic ī causa dicenda assistere si qua commētiatur, redarguere si qua uera dicat. asseuerare prorsus illus testimonio ferri sententiā. Proīde nos oēs q̄ hanc Platonis diuinam sententiā me interprete auscultatis, ita animos nostros ad quæcunq; uel agenda uel meditanda formate ut sciatis, nihil omnino præ istis custodibus, nec intra animum, nec foris esse secreti. quando omnia curiose ille participet, omnia uisat, omnia intelligat. & in illis penitissimis mentibus uice conscientiæ diuersetur. Hic quem dico prorsus custos singularis præfectus domesticus speculator īdiuiduus, arbiter inseperabilis, testis malorum improbator, bonorum probator si rite animaduertatur, sedulo cognoscatur, religiose colatur, ita ut à Socrate iusticia, et in

nocentia cultus est, in rebus incertis prospectator, dubijs præmonitor, periculosis uitator, egenus opitulator q tibi queat, tum somnijs, tum signis, tum etiam fortasse coràm, cum usus postulat mala auerte, bona prospera re, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, sydera aduersa corrigere. Igitur nimirũ si Socrates uir apprime perfectus, & Apollinus quoq; testimonio sapiens, hunc Deum suum cognouit, & coluit, ac propterea eius custos propè dicam par contubernio & præmonenda præmonuit. Si ubi tamen interfectis sapientiæ officijs, non consilio, sed præsagio indigebat, ut ubi dubitatione claudicaret, ibi diuinatione consisteret. Multa sunt enim de quibus etiam sapientes uiri ad ariolos, et oracula cursitent. Ac non apud Homerum, ut in quadam ingenti specula clarius cernis, hæc duo distributa, seorsus diuinationis, seorsus sapientiæ officia. Nam cum duo collumna totius exercitus dissident. Agamemnõ regno pollens, & achilles bello potens, desideraturq; uir facundia laudatus, & peritia uitæ moratus, qui Atridæ superbiam, Pellidæ ferociam compescat, exemplis moneat, oratione permulceat. Quis Igitur tali in tempore est ad dicendum exhortatus? Nempe Pylius orator, eloquio comis, experimentis cautus, senecta uenerabilis, cui omnes sciebant corpus annis abire. animum prudentia uigere, uerba dulcedine affluere. Itidem cum rebus creperis, & afflictis spectatores deligendi sunt q nocte intempesta castra hostiũ peneirent. Non ne Vlysses cum Diomede deliguntur, ueluti cõsiliũ et auxiliũ, mens et manus, animus et gladius. Enimuero in auli

de desidentibus obsessis ac retro uentis abnuentibus, difficultas belli, & facultas itineris, et tranquillitas maris, et clementia uentorum per fibrarum notas, & alitum uias, & serpentiũ escas explorata sunt. Tacent nempe muta duo illa sapientiæ græciæ summa cacumina Ithacensis, & Pylius. Chalcas autem longe præstabilis ariolus simul alites, et altaria, et arborẽ contemplatus est actutum sua diuinatione & tempestates flexit, et classem deduxit, et decenniũ prædixit. Non secus etiã in Troiano exercitu, cum diuinatione res indigent, tacet ille sapiẽs Senatus, nec audet aliq̃d pronunciare, uel Hector, uel Iambo, uel Bicias, sed omnes silentio auscultant aut ingrata auguria Helenæ, aut nõ credita uaticinia Cassandræ. Ad eũdẽ modũ Socrates quoq; siquibi locorũ alienæ sapientiæ consultatio ingruerat, ibi sui dæmonis præsagio regebatur. Verũ eius monitis sedulo obediebat, eoq; erat de suo lõge acceptior. Qui autẽ incœpta Socrati dæmon ille fermè prohibitũ ibat nunq̃ quod ad monẽdum ratio prædicta est. Enimuero Socrates ut pote uir apprime perfectus ex sese ad omnia congruenta sibi officia promptus, nullo adhortatore unq̃ indigebat. At uero prohibitore nõnunq̃, si q̃bus forte conatibus eius periculũ suberat, ut monitus præcaueret, ac omitteret cœpta in præsentiarũ quæ tutius uel postea capesceret, uel alia uia adoriretur. In huiusmodi rebus dũtaxat uocẽ quãpiã diuinitus exortã dicebat audire. Ita enĩ est apud Platonẽ. ne q̃sq̃ arbitretur oia cũ uulgo loquentiũ captasse. Quippe etiam semotis arbitris una cũ Phædro extra pomeriũ sub quõdã arbo-

ris opaco umbraculo signũ illud ad nunciũ sensit, ne prius transcenderet illius amnis modicum fluentum, q̃ increpitum inclinatũ amore retinẽdũ placasset, cũ præterea si omnia obseruitaret, aliquando corũ nonnulla etiam opinamenta habere, ut uidemus plerosq; q̃ nõ suopte corde, sed alterius uerbo reguntur, q̃ ex angiportu reptantes cõsilia ex alienis uocibus colligunt, et, uti ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant. Verũ enimuero ut ista sunt, certe qui omnium ariolorũ uoces audiunt, Sæpenumero auribus suis usurpant uocem, de qua nihil contentur, quã sciunt ex ore humano profectam. At enim Socrates non uocem sibi, sed uocẽ dixit quampiam diuinitus oblatam, quo additamento profecto intelligis non usitatam uocem, nec humanam significari. Quæsi foret frustra quæpiam, cur non potius aut uox, aut certe cuiuspiam uox diceretur, ut ait illa Terentiana meretrix.

» Audire uocem uisa sum modo mulitis.

Quid uero uocem quampiã dicat audiuisse, aut nescit unde exorta sit, aut in ipsa aliquid addubitat. Aut eã quiddã insolitum demonstrat habuisse. ita Socrates eã quidem sibi, ac diuinitus edita tempestiue accedebat. Quod eqdem arbitror nõ modo auribus, uerũ etiam cũ oculis signum dæmonis sui usurpasse. Nã frequentius nõ uocẽ, sed signũ diuinũ sibi oblatum præseferebat. Id signũ poterat ipsius spẽs habuisse, q̃ solus Socrates cerneret, ita ut Homericus Achilles Mineruã. Credo plerosq; uestrũ hoc q̃ modo dixi, cõtãtius credere, et ipẽdio mirari formã dæmonis Socrati usitatam. At enim Pythagoricos mirari oppido solitos si quis se de

negare unquam uidisse dæmonem, ut reor idoneus author ē Aristoteles. Quod si cuiuis potest euenire facultas cōtemplandi diuinam effigiem, cur non apprīme potuerit Socrati, quē cuius ampliſſimo numini ſapientiæ dignitas cōæquarat. Nihil eſt enim deo ſimilius & gratius, quàm uir animo perfecte bonus, qui tam hominibus cæteris antecellit quàm ipſe à dijs immortalibus diſtat. Quin potius nos quoq; Socratis exemplo & commemoratione erigimur. Ac nos ſecundū ipſum ſtudio philoſophiæ pari, ſimiliū numinū cōnentes promittimus, de quo quidem neſcio qua ratione diſrapimur, & nihil æq; muror, quàm cum omnes et cupiant optime, & ſciant quantum uiuax animus cōlēdus ſit, in animū ſuū nō cōlāt. At ſi qs uelit acriter cernere, oculi curandi ſunt qbus cernitur. Itidē ſi pugillare, uultus uel brachia uelanda ſunt, quibus pugillatur, ſimiliter in omnibus cæteris mēbris ſua cuiq; cura pro ſtudio eſt. Quod cum omnes facile reſpiciāt, nequeo ſatis mecum reputare, & perinde, ut res eſt, admirari, cur non etiam animum ſuum ratione excolant. Quandoquidem ratio uiuendi omnibus æque neceſſaria eſt, non ratio pingendi, nec ratio pſallēdi, quas quiſque bonus uir ſine ulla animi uituperatione, ſine turpitudine, ſine labe contemſerit. Neſcio, ut Hiſmenias tibijs cānere, ut Apelles pingere ut Lyſippus fingere, ſed non pudet me non eſſe ſignificum, et idē ut cæteris artibus ne omnes proſequar licēt tibi neſcire, nec pudeat. Enimuero dic ſodes, neſcio bene uiuere ut Socrates, ut Plato, ut Pythagoras uixerunt, nec pudet me neſcire bene uiuere. Nunquam hoc dicere au-

debis. Sed cum primis mirandum est quod ea quæ minime uideri uolunt nescire, discere tñ negligunt & eiusdem artis disciplinam simul, & ignorantiam decurritant. Igitur quotidiana eorũ ora dicere inue nies rationibus multa prodige profusa, et ĩ semet uel in sui dico dæmonis cultũ, q̃ cultus nihil aliud quàm philosophiæ sacramentum est, planè q̃dẽ uillas opipa re extruunt, & domos ditissime exornant, & fami lias numerosissime comparant, sed in istis omnibus in tanta affluentia rerum nihil est indignum præterquã ipse dominus ædium, nec iniuria cumulata enim ha bent quæ sedulo percolunt, ipsi autem horridi, indo= cti, incultí que circumeunt. Igitur illas ædificatiorũ species in quæ patrimonia sua profuderunt amœnis= simas & extructissimas deprehendas, aulas æmulas urbium cõditas, domos uicæ templorum exornatas, fa mulias numerosissimas, et cælamstratas, opiparam su pellectilem, omnia affluentia, omnia ornata, præter ip sum dominum, qui solus Tantali uicæ in suis diuitijs inops, egens, pauper non q̃dẽ fluentũ ullum fugitiuũ captat, & fallacis unde sitim, sed ueræ beatitudinis, & in synceræ uitæ & prudentiæ fortunatissimæ e= surit, & sitit, quippe non intelligit homines æque spe ctari solere, ut equos mercamur. Neq; enim in emẽdis equis faleras consideramus, & baltei polimina inspi= cimus, & ornatissimæ ceruicis diuitias contemplãtur, si ex argento, & auro, & gemmis monilia uanæ ga= zæ dependent, si plena artis ornamenta capiti, & col lo circumiacent, si frena cælata, si ephippia fucata, sin gula armata sint. Sed istis omnibus exuuijs amolitis

equum ipſum nudũ, et ſolum cœrpus eius et animũ contuemur, ut ſit ad ſpeciem honeſtus, ad curſuram uegetus, & ad uecturam ualidus. Iam primũ in cœrpore ſi ſit

» Argutum cæput breuis aluus. obeſá que terga,
» Luxuriet que toris animoſum pectus honeſtis.

Præterea ſi duplex agitur ꝑ lumbos ſpina. Volo enĩ nõ modo perniciter, uerum etiam molliter peruehat. Simuliter ergo & in hominibus contemplandis noli illa aliena æſtimare, ſed ipſum hominem penitus cõſydera. Ipſum ut meũ Socratem pauperem ſpecta, aliena autem uoco, quæ parentes perpererunt, et quæ fortuna largita eſt, quorum nihil laudibus Socratis mei admiſceo, nullam generoſitatem, nullã proſapiã, nullos lõgos natales, nullas inuidioſas diuitias. Hæc enim cũcta, ut dixi, aliena ſunt. Sat è Protomo gloria eſt, qui talis fuit ut eius nepotem non puderet. Igitur oĩa ſimiliter aliẽa numeres licebit, generoſus ẽ, parẽtes laudas, diues ẽ, nõ credo fortũæ, nec magis iſta demiror, ualidus ẽ ægritudine, fatigabitur, pernix ẽ. Abibit in ſenectutẽ, formoſus eſt, expecta pauliſper, & non erit. at enim bonis artibus doctus, & apprime eſt eruditus, & quantum licet homini ſapiens, & boni conſultus, tandem aliquando ipſum uirum laudas. Hoc enim nec à patre hæreditarium eſt, nec caſu pendulũ, nec à ſuffragio adminiculum, nec à cœrpore cæducũ, nec ab ætate mutabile. Hæc omnia meus Socrates habuit, et omnino cætera habere contempſit. Quin ergo et tu q te ad ſtudiũ ſapiẽtiæ ingeris, aliquando cæues ut nihil alienũ in laudibus tuis audias,

ſed ut qui te

ſed ut q te uolet nobilitare. æque laudet ut acius Vlyſſem laudauit i Philocteta ſuo i eius Tragœdiæ principio.

» *Inclyte parua prædite prima nomine cælebri*
» *Claroq; potens pectore achiuis claſſibus author.*
» *Grauis Dardanis gentibus ultor Laertiadæ.*

Nouiſſime patrem memorat. Cæterum omnes laudes eius uiri audiſti, nihil mihi nec Laertes, nec Anticlia, nec arctiſſimus uendicat. Hæc enim tota ut uides laudis huius propria Vlyſſis poſſeſſio eſt. Nec aliud te in eodē Vlyſſe Homerus docet, qui ſemper ei comitem uoluit eſſe prudentiam, quam poëtico ritu Mineruā nūcupauit. Igitur hac eadem comite omnia horrenda ſubijt, omnia aduerſa ſuperauit. Quippe ea adiutrice Cyclopis ſpecus introit. ſed egreſſus eſt. Solis boues uidit et abſtinuit, ad inferos demeauit, et aſcendit eadē ſapientia comite. Scyllam præternauigauit, nec abreptus eſt. Carybdim conſpectus eſt, nec retentus eſt. Circes poculum bibit, nec mutatus eſt. Ad Loophagos accęſſit, nec remanſit. Sirenes audijt, nec accęſſit.

L. APVLEII DE PHILOSOPHIA LIBER.

Oralis Philosophia caput est Faustine fili, ut scias quibus ad beatam uitam perueniri rationibus possit. Verum ad beatitudinem ante alia bonorum fine contingenti, ut ostendã quæ de hoc Plato senserit. Bonorum igitur alia exima, ac prima p se dicebat eẽ, per perceptionẽ cætera fieri bona existimabat. Prima bona esse deum summũ, mentemq; illam quam τὸν νοῦν idem uocat. Secundum ea, illas, quæ ex priorum fonte profluerent, esse animi uirtutes, prudentiam, iustitiam, pudicitiam, fortitudinem. Sed his omnibus præstare prudentiam. Secundam numero ac potastate continẽtiam posuit. Has iustitiam sequi. Fortitudinem quartam esse. Differẽtiam hanc bonorum esse constituit. Partim diuina per se & prima, simplicia dici bona, alia hominum, nec eadem omnia existimari, diuina quippe esse, atq; simplicia uirtutes animi. Minora autem bona eaq; quorũdam esse quæ cum corporis commodis congruunt, ut illa quæ nominamus externa, sapientibus, & cum ratione ac modo uiuentibus, sunt sanè bona stolidis, & eorum usum ignorantibus, oportet esse mala. Bonum primum est uerum, & diuinum, illud optimũ, et amabile, & concupiscendum, cuius pulchritudinẽ rationabiles appetunt mentes, natura ducæ, instructæ eandem eius ardore, & quod non omnes adipisci queunt. Qui neq; primi boni adipiscendi facul

tatem possunt habere, ad id feruntur, quod hominum est. Secundum, nec commune multis, nec quidē omnibus similiter bonum. Nanq; appetitus, & ad aliquid cupido, aut uero bono incitatur, aut eo, quod uideatur bonum, unde natura ducē cognatio quædam est cum bonis, ei animæ portioni, quæ rationi consentit. Accidens autem bonum esse putatur, quod corpori, rebusq; uenientibus extrinsecus copulatur, & aliquando quidem, qui natura imbutus est, ad sequēdū bonum, non modo sibimet intimatum putat, sed omnibus etiam hominibus, nec pari, aut simili modo, uerū ēt unumquēq; acceptum esse, debinc proximis, & mox cæteris, qui familiari usu, uel notitia iunguntur, hominem ab stirpe ipsa, neq; absolute bonum, nec malum nasci, sed ad utrunq; procliue ingenium esse, habere quidem semina quædam utrarunque rerū, cum nascendi origine copulata, quæ educationis disciplina, in partem alteram debeant emicare. Doctoresq; puerorū, nihil antiquius curare oportet, quàm ut amatores uirtutum, uel inter se moribus, & institutis eos ad id prorsus imbibere, ut regere, & regi discant magistra iustitia. Quare præter cætera induci ad hoc cætoros oportere, ut sciant, quæ sequenda, fugiendaq; sint, honesta esse, ac turpia, illa uoluptatis, hæc laudis, hactenus dedecoris ac turpitudinis, honesta eademq; quæ sunt bona, confidenter optare nos oportere. Tria genera ingeniorum ab eo sunt comprehensa, quorum præstans, egregium appellat unum, alterū deterrimum, pessimumq;, tertiumq; ex utroq; medio temperatum, mediū nūcupa-

uit. Mediocritatis huius uult esse participem puerum docilem & uirum progredientem ad modestiã, eundemq; commodum, ac uenustum. Eiusmodi enim mediocritates inter uirtutes & uitia intercedere dicebat. Tertium quiddam ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. Inter scientiam ualidam, alterã falsam peruicaci uanitate iactatam. Inter pudicitiam, libidinosamq; uitam, et abstinentiam, intemperãtiamq; posuit, fortitudini ac timori medios pudorem, & ignauiam fecit. Horum quoq;, quos mediocres uult uideri, neq; synceras esse uirtutes, nec uitia tamen mera et intemperata, sed hic, atq; inde permixta esse. Malitiam uero, deterrimi & omnibus uitijs imbuti hominis dicebat esse, quod accidere dicebat, cum optima et rationabilis proportio, & quæ etiam imperare cæteris debet, seruit alijs. Illæ uero uitiorum doctrices iracundia & libido, ratione sub iugo missa dominantur, eandem malitiam de diuersis constare, abundantia inopiaq;. Nec solum ea in qualitatis uitio claudicare arbitratur, sed etiam incumbere dissimilitudinem. Neq; enim posset cum bonitate congruere, quæ à semet ipsa tot modis discrepet, & non solum disparilitatẽ, sed etiam concinnitatẽ præsegerat. Quapropter tres partes animæ, tribus dicat uitijs urgeri. Prudentiam indocilitas impugnat, quæ non abolitionẽ infert sciẽtiæ, sed contraria est disciplinæ discendæ. Huius duas ab eo species acepimus, imperitiã, et fatuitatẽ. quarũ imperitia sapiẽtiæ, et fatuitas prudẽtiæ iueniũtur inimicæ. Iracũdiã, audaciã. Eius comitatum sequuntur indignatio et incommobilitas, dicta græce, ἀναισθησία.

Ita enim dixerim quæ non extinguit inclamẽta irarum, ſed ea ſtupore deſicat immobili. Cupiditatibus luxuriam applicat, ideſt appetitus uoluptatem, et deſiderium ad fruendum potiendumq; hauſtus inexplebileis. Ex hac manat auaritia, atq; laſciuia, quarum altera liberalitatem cœrceat, altera immoderatius fundendo, patrimonij prodigat facultates. Sed uirtutes Plato habitum eſſe dicat mentis, optime & nobiliter figuratæ, quæ concordem ſibi quietem, conſtantẽ etiam eum faciunt, cui fuerint fideliter intimatæ, nõ tantummodo uerbis, ſed factis & etiam ſecum et cum cæteris. Hoc uero procliuius, ſi ratio in regni ſui ſolio conſtituta ſit, appetitus & iracundias ſemper domitas & in frenis habet. Ipſæq; ita obediunt, ut tranquillo miniſterio fungãtur. Vnimodam uero eſſe uirtutem, quod bonum ſuapte natura adminiculo non indiget, perfectum autem cum ſit, ſolitudine debet eſſe contentum, nec ſolum qualitas, uerum etiam ſimilitudo cum uirtutis ingenio coniungitur. Ita enim ſecum ex omni parte congruit, ut ex ſe apta ſit, ſibiq; reſpõdeat. Hinc etiã medietates, eaſdemq; uirtutes, ac ſummitates uocat. Nec ſolum quod cæreant redundantia & egeſtate, ſed quod in meditullio quodam uitiorum ſitæ ſunt. Fortitudo quippe circunſiſtitur hinc audacia, inde timiditate. Audacia quidem confidentiæ fit abundantia, metus uero uitiũ deficientis audaciæ. Virtutum perfectæ quædam ſunt, imperfectæ aliæ. Et imperfectæ ſunt, quæ in omnibus beneficio ſolo naturæ proueniunt, uel quæ ſolis diſciplinis traduntur, & magis ratione diſcuntur. Eas igitur, quæ ex omnibus

his cõstant, dicimus esse perfectas. Imperfectas uirtutes semet cõmutari negat. Eas uero, quæ perfectæ sunt, indiuiduas sibi, et inter se connexas esse, ideo maxime arbitratur, quod ei, cui sit egregium ingenium, si accedat industria usus & disciplina, quam dux rerum ratio fundauerit, nihil relinquetur quod non uirtus administret. Omnes uirtutes cum animæ partibus diuisit, et illam uirtutem, quæ ratione sit nexa, et est spectatrix omnium rerum, prudentiam dixit, atq; sapiẽtiam. Quarum sapientiam, disciplinam uult uideri diuinarum humanarumq; rerum. Prudentiam uero scientiam esse intelligendorum bonorum, et malorum, eorum etiam media, quæ dicuntur. In eaue ro parte, quæ iracundior habeatur fortitudinis sedes esse, uires animæ, neruosq; ad ea implenda, quæ nobis seuerius agenda legum imponuntur imperio. Tertia pars mentis est cupidinum, & desideriorum, cui necessario abstinentia comes est, quam uult esse seruatricem conuenientiæ eorum, quæ natura recta pranaq; sunt. In homine ad placentiam, ac mediocritatẽ libido reflectitur, actusq; uoluptarios ratione huius dicit, ac modestia coercẽri. Per has tres animæ partes iustitiam æqualiter diuidentes, quæ causam esse dicit, ut unaquæq; potiorem ratione, ac modo ad fugiendum munus obediat. Hanc ille heros iustitiam modo nominat, nunc uniuersæ uirtutis nuncupatione complectitur, & item fidelitatis uocabulo nuncupatur, sed cum ei, à quo possidetur, est utilis, beniuolentia est, at cum foras spectat, & est fida speculatrix utilitatis alienæ, iustitia nominatur. Est et illa

iustitia, quæ quartum uulgata diuisione uirtutum, locum possidet, quæ cum religiositate copulantur, quarum religiositas deum honori, ac supplicijs diuinæ rei mancipata est, illa uero hominum societatis & concordiæ remedium, atque medicina est. Duabus autem æqualibus de causis utilitatem hominum iustitia regit, quarum est prima minorum obseruantia, & diuisionum æqualitas, & eorum quæ pacta sunt symbole, ad hæc ponderum mensurarumq; custos, et communicatio opum publicarum. Secunda finalis est, et ueniẽs ex æquitate partitio, ut singulis in agros dominatus conguẽs deferatur, ac scrutetur bonus optimus potior, minor non bonis. Ad hæc bonus quisque natura & industria in honoribus & officijs præferatur. Pessimi ciues luce careant dignitatis. Sed ille iustus in deferendo honore, ac seruando, modus est ei, qui est suffragator bonorum, & malorum subiugator ut semper in ciuitate emineant, quæ sunt omnibus profutura, iaceant & subiecta sint, cum suis actoribus uitia. Hinc rhetoricæ duæ sunt apud eum partes, quarũ una est disciplina contemplatrix bonorum, iusti tenax, apta & conueniens cum secta eius qui publicitus uult uideri. Alia uero adulandi scientia est captatrix uerisimilium, usus nulla ratione collectus. Hanc rem diffiniuit Plato, quam ciuilis articuli umbram, idest imaginem nominauit. Ciuilitatem, quam πολιτικὴν uocat, ita uult à nobis intelligi, ut eam esse ex uirtutum numero sentiamus, nec solum agentem, atq; in ipsis administrationibus, uerum spectari ab ea uniuersa atque

discerni. Nec solum prouidentiam prodesse ciuilibus rebus, sed omnem sensum eius, atque propositum fortunatum, & beatum statum facere ciuitatis. Haec eadē utilitatem animæ procurat duobus modis. Altera nāq; legalis est, iuridicialis altera. Sed prior consimilis est exercitationi, per quam pulchritudo animæ et robur acquiritur, sicut exercitatione ualitudo corporis, gratiáq; continetur. Iuridicialis illa medicinæ pars est. Nam morbis animæ medetur, sicut illa corporis. Has disciplinas uocat, plurimumq; earum curationem commoditatis afferre profitetur. Harū imitatrices esse coquinariam et unguentariam. Sed artem sophisticam professionemq; iuris blandam, et assentationum illecebris turpes profitentibus, inutiles cunctis, quorum sophisticam coquinæ coniungit. Nam ut illa medicinæ professione interdum opinionem imprudentium captat, quasi ea quæ agit cum morborū medela conueniant, sic sophisticæ imitata iuridicialem statum dat opinionem stultis, quasi iustitiæ studeat, q̄ iniquitati fauere constat. Vnguentariam uero professores iuris imitantur. Nam sicut illa remedio uult esse, per quod species corporibus, ac ualitudo seruentur, nó modo utilitatem corporum munuit, sed robur etiam uiresq; frangit, et iterum colorem ad desidiam sanguinis mutat. Sic hæc inscientiam mutata iuris, simulat quidem uirtutem se animis augere eneruato quod in illis natiuæ fuerit industriæ uirtutes eas doceri et studeri posse arbitratur, quæ ad rationabilem animā pertinent, idest sapientiam, et prudentiam, & illas quæ uitiosis partibus pro remedio resistunt, idest

fortitudinem & continentiam rationabiles quidem esse. Superiores uirtutes pro disciplinis haberi. Cæteras si perfectæ sunt, uirtutes appellat, si semiperfectæ sunt, non illas disciplinas uocandas esse censet, sed non in totum existimat disciplinis alienas. Iustitia uero quod trinis animæ regionibus sparsa sit, artem uiuendi ac disciplinam putat, et nunc docilem esse, nunc usu, & experientia prouenire. Bonorum autem quædam sui gratia asserit appetenda, ut beatitudinem, ut bonum gaudiū. Alia non sui gratia, ut medicinam. Alia sui et alterius, ut prouidentiam, cæterasq; uirtutes, quas et sui causa expetimus, ut præstäteris per se, & honestas, et alterius, ideſt beatitudinis, quæ est uirtutum exoptatissimus fructus. Hoc pacto etiã mala quædam sui causa fugienda sunt, alia cæterorũ, pleraq; et sui & aliorum, ut stultitia et huiusmodi uitia, quæ et sui causa uitanda sunt, & eorum quæ accidere ex his possunt, ideſt miseriæ, atq; infelicitates. Eorum quæ appetenda sunt, quædã absolute bona dicamus, quæ semper, atq; omnibus cum assunt, inuehunt commoda, ut uirtutes, quarum beatitudinitas fructus est. Alia quibusdam, nec cunctis, uel perpetuo bona, ut uires, ualituo, diuitiæ, et quæcunq; corporis ac fortunæ sunt. Pari pacto et eorum quæ declinãda sunt, quædã omnibus ac semper uideri mala, quoniam nocent, atq; obsunt, ut sunt uitia, & infortunia quædam alys, nec ea semper nocere, ut ægritudinem, egestatem, et similia. Sed uirtutem liberam, et in nobis sitam, et nobis uoluntate appetenda, peccata uero esse non minus libera, et in nobis sita, non tamẽ

ea ſuſcipi uoluntate. Nanq; ille uirtutis ſpectator, cũ eam penitus intellexit bonam eſſe, et beneficentia præſtare, eam affectabit profecto, et eam ſectandam exiſtimabit ſui cauſa. Acitem ille qui ſenſerit uitia, non ſolum turpitudinem exiſtimationi inuehere, ſed nocere alio pacto, fraudiq; eſſe. Quis poteſt ſponte ad earum conſortium ſe ingerere? Sed ſi adhuiuſmodi mala pergit, ac ſibi uſum eorum utilem credit, deceptus errore, et imagine bonii, ſollicitatus quidem, ſciẽs uero ad mala præcipitatur. diſcrepes quidem à communi ſententia, ſi nõ quidem ignores quid inter pauperiem, ac diuitias interſit, et cum hæc in procliui ſita ſint, nec pauperies honeſtatem, uel turpitudinẽ diuitiæ allaturæ ſint. Si egeſtatem rerum uictui neceſſariarum copijs præferas, ineptire uidearis, & adhuc illud abſurdius, ſi quis ſanitatẽ corporis ſpernat, eligẽs morbos. Sed illud poſtremæ dementiæ eſt, cum quis pulchritudinem uirtutis oculis animæ uiderit, utilitatemq; uſu & ratione perſpexerit, non ignarus, quantum dedecoris atq; incommodi adipiſcatur, ex participatione uitiorum, tamen addictum ſe uelit uitijs. Corporum ſanitatem, uires, indolentiam, cæteraq; eiuſmodi bona extraria, item diuitias, et cætera, quæ fortunæ commoda dicimus, ea non ſimpliciter bona nuncupanda eſſe. Nam ſiquis ea poſſidens uſu ſe abdicet, ea ſibi inutilia erunt. Siquis autem eorum uſum conuerterit ad malas artes, ea illi etiam noxia uidebũtur. Vnde colligitur bona hæc ſimpliciter dici non oportere, nec etiã ea, quæ ſunt morboſa, ut pauperiem, cæteraq; exiſtimari mala oportet. Nã qui tenuis eſt, ſi mo

dificetur, nullam noxã ex eo sentiet. Etiam qui recte pauperie sua utitur, non solum nihil cæpiet incommodi, uerum ad toleranda cætera melior, atq; præstantior erit. Si igitur nec habere pauperiem, neq; eam ratione regere contrarium est, paupertas malum non est. uoluptatem uero neq; bonũ esse absolute, neq; simpliciter malum, sed eam, quæ sit honesta, nec pudendis rebus, sed glorioſis actibus ueniat, non esse fugiendam. Illam uero, quàm aspernatur natura ipsa turpi delectatione quæsitam, uitari oportere censebat. Solitudinem et laborem, si naturales essent, et ab ipsa uirtute descenderent, et essent pro aliqua pæclara administratiõe susceptæ, appetibiles dicebat esse. Sed si aduersum naturã turpissimarũ rerũ causa gignerẽtur, malas detestabilesq; esse. Ex his quæ in nobis sunt, primũ bonũ, atq; laudabile est uirtus bonũ studẽti. Ideo honestum appellari oportet, solũ quippe quod honestũ est, bonũ dicimus, et malum, turpe, et merito quod turpe est, bonũ non potest dici. Amicitiam ait sociam, eãq; consensu cõsistere, reciprocamq; esse, ac dilectionis uicem reddere quando reclamat æqualiter. Hoc amicitiæ cõmodo prouenit, cũ amicus eũ quẽ diligit, parẽter ac se cupit prosperis rebus potiri. Aequalitas ista nõ aliter prouenit, nisi similitudo in utroq; parilitate, caritateq; conueniat. Pares enim paribus irresolubili nexu iungũtur, ita discrepantes, et inter se disiuncti sunt, nec aliorũ amici. Inimicitiarũ autem uitia gignuntur ex maleuolentia per morũ dissimilitudinẽ, & distantiam uitæ, et sectas, atq; ingenia contraria.

Alia etiam amicitiæ genera dicit esse, quarum pars uoluptatis gignitur causa, pars necessitatis. Necessitudinis et liberorum amor naturæ congruus est. Alius abhorrens ab humanitatis clementia, qui uulgo amor dicitur, et est appetitus ardens, cuius instinctu per libidinem capti amatores corporum, in eo quod uiderint, totum hominem putant. Eiusmodi calamitates animarum, amicitias idem appellari uetat, quæ nec mutuæ sunt, nec reciprocari queant, ut ament, quæ redamantur, nec constantia illis assit, & diuturnitas desit, amoresq; eiusmodi societate ac pœnitentia terminentur. Plato tres amores hoc genere dinumerat, qđ sit unus diuinus, cum incorrupta mente, et uirtutis ratione conueniens, non pœnitendus. Alter degeneris animi, & corruptissimæ uoluptatis. Tertius ex utroq; pmixtus, mediocris ingenij, et cupidinis modicæ. Vtigitur ille amor deterrimus, ac inhumanissimus, atq; turpis, nõ ex rerum natura, sed ægritudine corporali, morboq; colligitur, sic ille diuinus deorum munere, beneficioq; concessus aspirante cæleſti cupidine in animos hominum credatur uenire. Est amoris tertia species, quam diximus mediam diuini atq; terreni proximitate collectus, nexuq; & consortio parili copulatus, & ut rationi propinquus est diuinus ille, ita terrenus ille turpitudini iunctus est uoluptatis. Culpabilium autem uirorum quatuor formæ sunt, quarum prima honoripetarum est, sequens abstemiorum, tertia popularis, tyrannicæ damnationis ultima. Quapropter euenit primum illud mentibus uitium, cum uigor rationis elanguerit, superiorq; robustior fuerit animæ

portio, in qua ira dominatur, oligarchia dicitur. Ea sic nascitur, cum propter pessimum pastum eius partis animæ, quæ ex cupiditatibus constat, non solum rationabilis et irascentiæ loca possidentur, sed etiã eius quæ non necessarias cupidines acuunt. Hunc talem Plato lucri cupidinem atq; accipitrem pecuniæ nominauit, qualis popularis existit, cum indulgentia cupidines laboratæ, non solum iustis desideriis exardescunt, sed his æque obuiæ, atq; occursantes, et illam cõsiliariam, et illam alteram rationabilem animam conditionibus suis presserunt. Tyrannidis ex luxuriosa et plena libidinis uita, quæ ex diuersis & illicitis uoluptatibus conflata, mente tota dominatur. Quis itaq; ut pessimum eum, non solum turpem, et damnosum, & contemptorem deorum, et immoderatam, & inhumanam, atq; insociabilem uitam, ait uiuere? Sed nec cum proximis secum'ue congruere, atq; ideo nõ modo à cæteris, uerum etiam à se discrepare, nec alijs tantum, sed sibi inimicum esse, et iccirco hunc talem, neq; bonis, nec omnino cuiquam, nec sibi quidem amicum esse, sed illum pessimum uideri, quod nulla malignitatis superlatio possit excedere. Hunc talem nunquam in agendis rebus expedire se posse, non solum propter insciitiam, sed quod ipse etiam sibimet sit ignotus, et quod perfecta malitia seditionem mentibus pariat, impediens incepta eius, atq; meditata consilia, nec permittens quicquam eorũ quæ uolet. Qua propter pessimo deterrimoq;, non ea tantũ uitia quæ secundũ naturam sunt, pariunt execrabilitatem, ut est inuidentia, nec est de alienis incommodis gaudiũ,

ſed etiam quæ natura reſpuit, uoluptatem dico, atq; ægritudinem, deſiderium, amorem, miſericordiam, metum, pudorem, iracundiam. Ideo autem hoc euenit, quod immoderatum ingenium in quæcunq; proruerit, modum non habet, atq; ideo ſemper ei aut deeſt aliquid, aut redundat. Hinc eiuſmodi hominis amor omni tenore corruptus, quod nō ſolum effrenatis cupiditatibus et inexplicabili ſiti haurire auet omnia genera uoluptatis, ſed etiam quod formæ iudicio, irrationabili errore diſtrahitur, ignorans uerā pulchritudinem, & corporis effœtam & eneruem & fluxam cutem deamās. Nec ſaltem coloratos ſole, aut exercitatione ſolidatos, & opacos umbra, uel molles deſidia, ſed cura nimia modulatos artus magni facit. Non ſponte graſſari malitiam, multis modis conſtat. Nanq; iniuriam inordinatam paſſionem, & ægritudinem mentis eſſe ait, unde liquido arbitratur homines non ſponte ferri. Quis enim tantum mali uoluntate ſuſciperet, ut in optima mentis ſuæ parte ſcelus & flagitium ſciens ueheret? Cum ergo poſſeſſio mali ab imprudentibus capitur, uſum eius & actiōes oportet ab ignorantibus ſuſtineri. Ideoq; id peius eſt quàm noceri. Etenim i his rebus nocetur quæ ſunt uiliores, corporis ſcilicet, quæ uel immunui poſſunt, uel fraudibus interire, illæſis potioribus, quæ adipſam attinent animam. Sed eis nocere longe peius eſſe. Ex quo intelligi poteſt quod animus bonis eo uitio pernicies infertur, plusq; illi nocet, qui alium cupit perditum, quàm illi nocet, aduerſum quem talia machinatur, et cum nocei alteri malorum omnium noxiū

sit, multo grauius est, si qui nocet abeat impune, gra uiusq; & acerbius est omni supplicio, si noxio impu nitas differatur, nec hominũ interim animaduersione plectatur. Sed grauius q̃ acerbissimorũ morborum carere medicina medẽtes fallere, nec uri, nec secari eas partes, quarum dolore incolumitati residuarum par tiũ cõsulatur. Quare ut optimi medici conclamatis desperatisq; corporibus non adhibent medentes ma nus, ne nihil profutura ratio doloribus spatia promul get, ita eos quorum animæ uitijs imbutæ sunt, nec cu rari queunt, medicina sapientiæ emori præstat. Nam cui nec ex natura, nec ex iduſtria, recte uiuẽdi studiũ cõciliari potest, uita existimate populo eẽ pellẽdũ, uel si cupido uitæ eũ teneat, oportere sapiẽtibus tradi, quorũ arte quadã ad rectiora flectãtur. Et est sanè melius talẽ regi, nec ipsum i alios habere potestatẽ, nec dominari, sed seruire, ipsũ aliorũ adjci potestati, parẽdi potius q̃ iubẽdi officia sortitũ. Virũ pessimũ nõ solũ deteriorẽ esse dicebat, q̃ distrahatur semper additióe uitiorũ, et sĩ desideriũ æstibus differtur. Qui quãto plurium cupidior sit, tãto sibimet egẽtior, et pro pterea alijs uideri potest. Sperata q̃ppe, atq; exoptata uix pauca et cũ maxima erũna proueniũt. His q; fla grãtiores cupidines floresq; sucedũt, nec futuris tã-tũmodo angitur malis, uerũ ẽt præteritis trãsactisq; torquetur, quos omneis morte sola ab ciusmodi malis deduci posse manifestũ ẽ. Sed apprime bonos, ẽt sine me diocritate deterrimos, paucos admodũ rarioresq; ẽt ut ipse ait, inumerabileis eẽ, qui nec planè optimi, nec oppido deterrimi sint, sed quasi medie morigerati.

Sed neq; superiores obtinere recta oia, neq; inferiores in oibus labi. Perfecte sapiẽtẽ esse nõ posse dicit Plato, nisi cæteris ingenio præstet artibus, et prudentiæ partibus absolutus, atq; a puero iã imbutus factis congruẽtibus et dictis assuetus, purgata et effœta animi uoluptate, eiectis ex animo hic abstinẽtia atq; patientia, atq; doctrinis ex rerũ sciẽtia eloquẽtiaq; ueniẽtibus. Eũ q per hæc profectus fidenti et securo gradu uirtutis uia graderetur, adeptũ solidã uiuẽdi rationẽ repẽte fieri pfectũ, hoc ẽ repente præteriti futuriq; æui ultimas partes attingere, et esse quodãmodo in tẽpora lætũ. Post hæc ut his exclusis, isertisq; et imissis oibus, quæ ad beatã uitã fuerũt, nõ ex alijs pẽdere, nec ab alijs deferri sibi posse, sed in sua manu esse sapiens recte putat. Quare nec in secundis rebus effertur, nec cõtrahitur in aduersis, cum se ornamentis suis ita instructum sciat, ut ab ijs nulla ui segregetur. Hunc talem non solum inferre, sed nec referre quidẽ oportet iniuriam. Non enim eam contumeliam putat, quã patientia firmiter tolleret. Qua quidem naturæ lege in animo eius scalptum sit, quod nihil horũ possit nocere sapienti quæ opinantur cæteri mala esse. Equidẽ sapientem illum conscientia sua fretum, securum, et cõfidentẽ, in omni uita dicã futurũ, quod et oia accidẽtia reputet, & ad meliores rationes trahat, & quod nihil morose uel difficulter excipiat, sibiq; persuaserit pertinere res suas ad immortaleis deos. Idem ille diem mortis suæ propitius nec inuitus expectat, quod de animæ immortalitate confidat. Nam uinculis liberata corporeis, sapientis anima remigrat ad deos,

& pro

& pro merito uitæ purius, castius'ue transactæ, hoc ipso deorum se conditioni conciliat. Eundem sapientem optimũ nominat, ac bonũ, ac prudentem recte arbitratur, cuius sanè consilia cũ factis rectissimis cõgruunt, et cui principia profecta sunt à iusti ratiõe. Ad hæc & sapientem & fortissimum dicit esse eum, qui uigore mentis ad omnia percipienda sit paratus. Inde est quod fortitudinem neruos animi, ipsasq; cæruices ait, ut ignauiam animi animæ ait imbecillitati esse finitimam, diuitem hunc solum quidem recte putat, quippe cum thesauris omnibus pretiosiores solus uideatur possidere uirtutes, quia etiam solus sapiens, opes potest in usibus necessarijs regere, uideri ditissimus debet. Nam cæteri quamuis sint opibus affluẽtes, tamen quod uel usum earum nesciant, uel diducant eas ad pessimas partes, inopes uidẽtur. Egestatẽ nanq; non abstinẽtia pecuniæ, sed præsentia immoderatarum cupidinum gignit. Philosophũ oportet, si nihil indigens erit & omni fortunæ contumax, et superior ijs, quæ homenes acerba toleratu arbitrãtur, nihil sic agere, q̃ ut semper studeat animam corporis consortio separare, et ideo existimandam philosophiam esse mortis affectum, consuetudinemq; moriendi. Bonos omneis inter se oportet amicos esse, et si sint minus noti, & potestate ipsa, qua mores eorum, sectæq; conueniunt, amici sunt habendi. Paria quippe à similibus nõ abhorrent. Vnde inter solos bonos fidem amicitiæ eẽ constat. Sapiẽtia boni amatorẽ adolescẽtẽ facit, sed eũ qui probitate ingenij sit ad artes bonas promptior. Nec deformitas corporis talem poterit abigere appe=

titum. Nã cũ ipsa anima cõplacita est, homo totus ad amatur, sed cum corpus expetitur, pars eius deterior est cordi dure. Igitur putandum est, eum qui sit ignarus bonorum, cupidum quoq; eiusmodi rebus eẽ. His enim solus bonus desideriis accenditur, qui bonum illud oculis animi uidet, hoc est esse sapientem. Istud quoq; quoniam qui est ignarus, osor quoq; nec amicus uirtutum sit necesse est. Nec frustra hic talis amator est turpium uoluptatum. Sapiens non modo mere uoluptatis quidem, alicuius gratia ueniet ad agendum, nisi præstò fuerint honesta emolumenta uirtutis. Hũc eundem cum huiusmodi uoluptate oportet uitam uiuere honestam, & admirabilem, plenamq; laudis & gloriæ. Neq; harum modo rerum causa cæteris omnibus præferri, uerum etiam iucunditate & securitate solum & semper frui, nec angetur clarissimis affectibus, uel quod ex se omnia sunt apta quæ ad beatitudinem pergunt, uel quod decreto & lege rectæ rationis interdictatur eiusmodi afflictatio. Sed neq; obitus causa lamentationes suscipi oportet, si sciamus illum. Neq; aliquid mali passum, ac si fuerit bonæ uoluntatis etiam melioribus aggregatur. Neq; enim alieni gratia ut qui in se reponit omnia. igitur sapiens non erit tristis, sapientiæ finis est ut dei meritis sapiẽs prouehatur, hancq; futuram eius operam ut æmulatione uitæ ad deorum actus accedat. Verum hoc ei poterit prouenire, si uirum perfecte iustum, pium, prudentem se præbeat. Vnde non solum in prospectandi cogitatione, uerum etiam agendi opera sequi eum cõuenit, quæ dijs atq; hominibus sunt probata. Quip

pe cum ſummus deorum cuncta hæc non ſolum cogitationum ratione conſyderet. Sed prima, media, & ultima obeat, compertaq; intimæ prouidentiæ ordinationis uniuerſitate & conſtantia regat. Verum enimuero illud omnibus beatum uideri, cui et bona ſuppetunt, & quemadmodum carere uitijs debeat, callet. Vna quidem beatitudo eſt, tum ingenij noſtri præſentia tutamur, quæ perficimus. Alia cum ad perfectionem uitæ tuhil deeſt, atq; ipſa ſumus contemplatione contenti. Vtrarunq; autem felicitatum origo et exuirtute manat, et ad ornamentum quidem genialis loci eſt uel uirtutis, nullis extrinſecus eorum quæ bona dicimus, adminiculis indigere. Ad uſum autem uitæ communis, corporis cura, & eorum quæ extrinſecus ueniunt, præſidijs opus eſt. Ita tamen ut hæc eadem fiant uirtute meliora, eiusq; ſuffragio beatitudinis commodis copulentur, ſine qua hæc in bonis minime ſunt habenda. Nec fruſtra eſt, quod ſola uirtus fortunatiſſimos poteſt facere, cum abſq; hac ex alijs proſperis non poſſit felicitas inueniri. Sapiẽtem quippe pediſſequum & imitatorem dei dicimus, & ſequi arbitramur deum, ideſt τὸν θεὸν. Non ſolum autem oportet, dum uitam colit, digna diſcere, nec ea agere, quæ eorum maieſtati diſpliceant, uerum & tunc cum corpus relinquit, quod non faciet inuito deo. Nam & ſi in eius manu eſt mortis facultas, quamuis ſciat ſe terrenis relictis conſecuturum eſſe meliora, niſi ꝑpetiendũ iſtud lex diuina decreuerit, acerſire tamen eum mortem non debere, et ſi ante actæ uitæ ornamenta cohoneſtant. Honeſtiorẽ tamen

esse, & secundi rumoris oportet, cum securus de posteritatis suæ uita, ad immortalitatẽ animam ire permittit, coq́; , quod pie uixerit, capit fortunatorũ habitaturam locum in deorum choreis, semudeumq́; permistam. De ciuitatum uero constitutione, de obseruatione regendarum rerum publicarum, ita iubet Plato. iam principio ciuitatis diffiniuit formam ad hunc modum, ciuitatem esse coniunctionem hominum plurimorum in quibus sunt regentes, alij citeriores, coniũcti inter se concordia, & inuicem sibi opem, atq; auxilium deferentes, ijsdem legibus, rectis tamẽ, officia sua temperantes, unamq́; ciuitatem ijsdem mœnibus illã futuram, & eadem uelle, & nolle incolarum mentem assueuerunt. Quare suadendum fundatoribus rerum publicarum, ut usq; ad id locorum, plebes suas ab eodem eidem rectori noti esse possint, nec sibi met incogniti, sic enim fiet, ut omnes una mente sint, æquumq́; sibi factum uelint, magnam sane ciuitatem non habitantium multitudine, eorumq́; magis uiribus uti oportet. Vires enim nó corporis, nec pecuniæ collectas, dominatione multorum æstimandas putat, cum uecordia impotentiaq́; , sed cum decreto cómuni uirtutibus omnibus ornati uiri, incolæ, & omnes fundati legibus obsequuntur, cæteras uero, quæ non ad hunc modum forent constitutæ, non arbitrabatur sanas ciuitates. Eas demum fundatas ratione dicebat esse, quæ ordinatæ ad instar animarũ forent, ut pars optima, quæ sapientia, prudentiaq́; præcellit, imperaret multitudini, et ut illa totius habet curam corporis, ita prudentiæ delectus tueatur, uniuersæ com=

moda ciuitatis. Fortitudo etiam pars uirtutis secunda, ut uisua appetentiam castigat, & reprimit, ita in ciuitate uigilet, excubitorum loco quidem militet iuuentus, pro utilitate cunctorum, sed inquietos & indomitos, ac propterea pessimos ciues refrenet, contineat, ac si necesse sit, frãgat potioris cum consilij disciplina. Illam uero desideriorum tertiam partem plebi, et agricolis parem dicit, quam existimat moderatis utilitatibus sustinendam. At enim rẽpublicam negat posse cõsistere, nisi is qui imperat habeat sapientiæ studium, aut is ad imperandum eligatur, quem esse inter oẽs sapientissimum constet, et huiusœmodi moribus cunctos ciues imbuendos esse dicit, ut ijs in quorum tutelam atq; fidem respublica ulla credatur, auri atq; argenti habendi cupido nulla sit. Nec specie communi priuatas opes appetant, nec huiusmodi hospitia succedant, ut cæteris ianua non recluſa cibos, uictumq; ita sibi curent, ut acceptam mercedem ab his quos protegunt, communibus epulis insumant. Matrimoniaq; non priuatim maritanda esse, sed fieri communia, disponentibus ipsis eiusmodi nuptias, publicæ ciuitatis, sapientibus & magistratibus, & sorte quadam ei negocio præditis, idq; præcipue curantibus, ne dispares sui, uel inter se dissimiles copulentur. His aduertitur utilis necessariaq; confusio, ut permixta nutrimenta puerorum, ignotorum, ad hæc agnitionis parẽtibus afferat difficultatem, ut dum suos liberos nesciunt omnes, quos uiderint eius ætatis, suos credant, & ueluti communium liberorum omnes omnium sint parentes. Hæc ipsorum connubiorum quæritur tem-

peſtua coniunctio, cuius futuram ſtabilem fidem credit, ſi cum armonia muſicæ dierum conſonent numeri, & qui de talibus nuptijs erunt orti, ſtudijs congruentibus imbuentur, & optimis diſciplinis communi præceptorum magiſterio docebuntur, non uirile tantummodo, uerum etiam fœminarum, quas uult Plato omnibus partibus, quæ propriæ uirorum putantur, coniũgendas eſſe, bellicis etiam, quippe cum utriſq; natura una ſit, eandem eſſe uirtutem. Eiuſdem ciuitatem nullis extrinſecus latis legibus indigere, regia quippe prudentia et eiuſmodi inſtitutis ac moribus, quibus dictum eſt fundata, cæteras leges non requirat. Et hanc quidẽ, ut figmentum aliquod ueritatis, exempli cauſa per ſe compoſitam uult eſſe rempublicam. Sed et alia optima quidem, & ſatis iuſta, et ipſa quidem ſpecie & ditis cauſa ciuitatis fabricata, non ut ſuperior ſine euidenti. Sed iam cum aliqua ſubſtantia in hac non ſuo nomine & de ſtatu, & de commodo ciuitatis requirens originis eius principia & fundamenta diſponut. Sed eo tendit, quemadmodum ciuilis gubernator eiuſmodi locum conuentusq; multitudinum nactus iuxta naturam præſentium rerũ, et conuenarum debeat facere ciuitatem plenam bonarũ legum & morũ bonorũ. In hac equidẽ eaſdẽ puerorum nutricationes, eaſdem uult eſſe artium diſciplinas. Sed in connubijs & partubus ac dominibus deſciſcit à prioribus obſeruatione reipublicæ matrimonia priuata, et ſingularia faciens pro quoque ipſorum. Et ſi in contrahendo matrimonio conſulere uolũtatem ſuam debeant, uniuerſæ tamen ciuitatis prin

opibus, ut communis commodi causam decernit spectandam esse. Quare & duces inferiores nuptias nó recusent, & locupletium consortium inopes consequátur, & si uires opum congruunt, ingenia tamen diuersa miscenda esse, ut iracundo tranquilla iungatur, et sedato homini incitatior mulier applicetur, ut talibus obseruationum remedijs, soboles natura discrepante confecta, mox prouentu meliore coalescat, & ita compositarum domorum opibus ciuitas augeatur. Domos uero et possessiones habeant priuatas, ut queunt singuli, quæ quidem nec immensum augeri per auaritiam, nec prodigi per luxuriam, aut deseri per negligentiam sinant, legesq; ciuitati huic promulgari iubet, et legum moderatorem, cum aliquid tale concipiet, ad contemplandas uirtutes hortatur. Hi tales complectentur proximos, honores custodient, intemperantiam arcebunt, iniuriam refrenabunt, prudentiæ ornamentis cæterisq; honores maximos deferentes. Nec temere multitudo conuolet ad eiusmodi rerum publicarum status, nisi qui optimis legibus, & egregijs institutis fuerint educati, moderati ergá cæteros inter se congruentes. Quatuor culpabilium ciuium genera sunt, unum eorum qui sunt honore præcipui, alterum paucorum, penes quos rerum est potestas. Tertium omnium. Vltimum dominationis tyrannicæ. Et primum quidem fit, cum prudentiores uiri per magistratus seditiosos ciuitate pelluntur, deferturq; ad illos potestas, qui sunt manu tantummodo strenui, nec ij, qui blandiore consilio agere res possint, adipiscuntur iam iam im-

perij facultatem, sed qui turbidi, uiolentiæq; sunt pau
corum uero status obtinetur, cũ inopes criminosi mul
ti simul paucorum diuitum potentiæ subiacentes de-
derint se, atq; permiserint, omnemq; regendi potesta-
tem, nec mores boni, sed opulentia fuerit consecuta.
Popularis autem factio, roboratur, cum inops multitu
do obtinuerit aduersus diuitum facultates, lexq; iuss-
su populi fuerit promulgata, ut ex æquo liceat omni-
bus honores capescere. Ad hæc tyrãnis illa singulare
dominationis caput tunc oritur, cum ciuis, q leges con
tumacia sua ruperit, simuli legum coniuratione adopta
tus imperium inuaserit, constituens deinceps, ut omnis
ciuium multitudo desideriis eius & cupiditatibus pa-
rens, obsequium suum tali fine moderetur.

FINIS.

ASCLEPIVS HERMETIS TRISMEGISTI DIALOGVS A` L. APVLEIO MADAVRENSE PLATONICO IN LATINVM CONVERSVS.

Sclepius iſte pro ſole mihi eſt deus.
Deus te nobis ó Aſclepi, ut diuino
a ſermoni intereſſes, adduxit, eiq; tali,
qui merito omnium antea a` nobis ſactorum, uel nobis diuino munere inſpiratorum, uideatur eſſe religioſa pietate diuinior, quem ſi intelligens uideris, eris omnium bonorum tota mente pleniſſimus. Sed cum multa ſint bona, et non unum, in quo ſunt omnia, alterum enim alterius conſentaneum eſſe dinoſcitur, omnia unius eſſe, aut unum eſſe omnia. Ita enim unum alteri connexum, ut ſeparari alterum ab utroq; nó poſſit. Sed de futuro ſermone hoc diligenti intentione cognoſcès. Tu uero ó Aſclepi procede paululum, atq; nobis, qui interſit, euocato. Quo ingreſſo. Aſclepius etiam Ammonem intereſſe ſuggeſſit. Triſmegiſtus ait nulla inuidia Ammonem prohibet a` nobis. Etenim ad eius nomen multa meminimus a` nobis eſſe ſcripta, ſicut & ad amantiſſimum et bonum filium, multa de phyſica, & ex ethica q̃plurima, tractatum hunc autem tuo aſcribã nomini. Præter Ammonem uero nullum uocat alterum, ne tantæ rei religioſiſſimus ſermo multorum interuentu uenientium præſentiáq; uioletur. Tractatum autem

tota numinis maiestate pleniſſimum irreligioſæ mentis eſt, multorum conſcientiæ publicare. Ammone etiã *aditum ingreſſo, ſanctóq; illo, quatuor uirorum religione, et diuino dei completo præſentia, competenti uenerabiliter ſilentio ex ore* Hermes, *animus ſingulorũ mentibuſq; pendentibus, diuinus* Cupido *ſic exorſus eſt dicere.*

O' *Aſclepi omnis humana immortalis eſt anima, ſed nõ uniformiter cũctæ, ſed aliæ, alio more, uel tẽpore.* ASCLEPIVS. *Non enim o'* Triſmegiſte *omnis unius qualitatis eſt anima?* TRISMEGISTVS. O' *Aſclepi, ut cæleriter de uera rationis contineutia decidiſti. Non enim hoc dixi, omnia unum eſſe, et unũ omnia, ut' pote quia in creatore fuerint omnia, anteq; creaſſet omnia, nec immerito dictus eſt omnia, cuius membra ſunt omnia.* Huius itaq; *qui eſt unus omnia, uel ipſe eſt creator omnium, in hac tota diſputatione curato meminiſſe.* De cœlo *cuncta deſcendunt in terram, & in aquam, et in aëra.* Ignis *ſolum, quod ſurſum uerſum fertur, uiuificat, quod deorſum ei deſeruiens.* At *uero quicquid de alto deſcendit generans eſt, quod ſurſum uerſus emanat nutriens.* Terra *ſola in ſeipſam conſiſtens, omnium eſt receptrix, omniũq; generum quæ accipit, reſtitutrix.* Hoc *ergo totum, ſicut meminiſti, quod eſt omnium uel omnia anima & mundus à natura comprehenſa agitantur, ita omniũ multiformi imaginum qualitate uariata ut infinitæ qualitatum ex iteruallo ſpecies eſſe noſcantur, aduna tæ tamen ad hoc ut totum unum & ex uno omnia eſſe uideãtur.* Totus *itaq; quibus formatus eſt mundus,*

elementa ſunt quatuor, ſcilicet ignis, aqua, terra, aër, mundus unus, anima una, deus unus. Nunc mihi adeſto totus inquam quantum mente uales, quantum callet aſtucia. Diuinitatis etenim ratio diuina ſenſus intẽtione noſcenda torrenti ſimillima eſt fluuio è ſummo in pronum præcipiti rapacitate currenti, quo efficitur ut intentionem noſtram non ſolum audientium, uerum etiam tractantium ipſorum œleri uelocitate prætereat. Cœlum ergo ſenſibilis deus adminiſtrator eſt omnium corporũ, quorum augumenta detrimentáq; ſol et luna ſortiti ſunt. Cæli uero & ipſius animæ & omnũ quæ in mundo inſunt, ipſe gubernator eſt, qui eſt omniũ effector deus. A ſupradictis enim omnibus, quorum idem gubernator deus omnium frequentatio fertur influens per mundum & per animam omniũ generum & ſpecierum omnium, perq; rerum naturam. Mũdus autem præparatus eſt à deo receptaculum omniformum ſpecierũ. Naturam autem per ſpecies imaginans, mundum per quatuor elemanta ad cœlum uſq; perduxit, cuncta dei uiſibus placatura. Omnia autem deſuper pendentia in ſpecies diuiduntur, hoc quod dicturus ſum genere. Genera rerum omnium ſuas ſpecies ſequuntur, ut ſit ita ſoliditas genus. Species generis particula. Genus ergo deorum, dæmonumq; genus æque & hominum ſimiliter uolucrum, & omnium quæ in ſe mundus habet, ſui ſimiles mundi ſpecies generat. Genus eſt & aliud animal, genus ſine anima quidem, nec carens tamen ſenſibus. Vnde & beneficijs gaudet, & aduerſis nutuitur atq; uitiatur. Omniũ dico quæ in terra radicũ

ſtirpiumq; incolumitate uiuiſcunt, quorum ſpecies per totam terram ſparſæ ſunt. Ipſum cœlum plenum eſt deo. Supra dicta autem genera inhabitant uſq; ad loca ſpecierũ, quarũ omnium rerũ immortales ſunt ſpecies. Species enim generis eſt pars, ut homo humanitatis, quam neceſſe eſt ſequi qualitatem ſui generis. Vnde efficitur, ut quamuis omnia genera ſint immortalia, ſpecies tamen nõ omnes immortales. Diuinitatis enim genus & ipſum & ſpecies immortales ſunt. Reliquorum genera, quorum æternitas eſt genus, quis per ſpecies occidat, naſcendi tamen fœcunditate ſeruatur, ideoq; ſpecies mortales ſunt, ut homo mortalis ſit, immortalis humanitas. Omnibus tamẽ generibus, omnium generum ſpecies miſcentur, quædam quæ ante factæ ſunt, quædam quæ de his factæ ſunt. Fiunt itaq; quæ fiunt, aut à dijs, aut à dæmonibus, aut ab hominibus, omnes ſimillimæ generibus ſuis ſpecies. Corpora enim impoſſibile eſt conformari ſine nutu diuino, ſpecies figurari, ſine audiutorio dæmonum, animalia inſtitui et coli ſine hominibus non poſſunt. Quicunq; igitur dæmonum à genere ſuo deſluentes, in ſpeciem fortuito coniuncti ſunt, alicuius ſpeciei generis diuini proximitate, et conſortio, dijs ſimiles habentur. Quorum uero dæmonũ ſpecies, qualitate ſui generis perſeuerant, hi amantes hominum rationem, dæmones nuncupantur. Similis eſt enim hominum, aut eo amplior. Multiformis enim uariaq; humani generis ſpecies, & ipſa à prædicto deſuper adueniens conſortio, omnium aliarum ſpecierum multas et propè omnium per neceſſitatem coniunctiones facit, propter quod

& propè deos accedit, qui se mente, qua dijs iunctus est diuina religione dijs iunxerit, & dæmones qui ijs iũctus est. Humani uero qui medietati sui generis contenti sunt, et reliquæ omnium species ijs simules erunt, quorum se generis speciebus adiũxerunt. Propter hoc o' Asclepi magnum miraculum est homo animal adorandum, & honorandum. Hoc enim in naturam dei transit, quasi ipse sit deus, hoc dæmonũ genus nouit, ut pote qui cum ijsdem ortum se esse cognoscat. Hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit, alterius partis diuinitate confisus. O' hominum quanta est natura, temperata felicius, ac dijs cognata diuinitate coniunctus, partem sui, qua terrenus est, despicit, cætera omnia quibus se necessarium esse cœlesti dispositione cognoscit, nexu secum caritatis astringit, sicq; suspicit cœlum, sic ergo feliciori loco medietatis est positus, ut quæ infra se sunt, diligat, ipse à superioribus diligatur, colit terrã, elementis uelocitate miscetur, acumine mentis in maris profunda descendit, omnia illi licent, non cœlum uidetur altissimum, quasi enim è proximo sagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius nulla aëris caligo confundit, nõ depressitas terræ opera eius impedit, non aquæ altitudo profunda despectum eius obtundit, omnia idem est, & ubiq; idem est. Horum omnium generum, quæ sunt animalia, desuper, deorsum radices peruenientes habẽt, animalia de immo in superna uiua radicæ sylue sunt. Quædam duplicibus aluntur elementis, quædam autẽ simplicibus. Alimenta autem sunt bina animæ & corporis, è quibus animalia constant. Anima

mundi inquieta semper agitatione nutritur. Corpora ex aqua et terra inferioris mundi alimentis augescũt. Spiritus quoq; plena sunt omnia, permixtus cunctis cuncta uiuificat, sensu addito ad hominis intelligẽtiá, quæ quinta pars sola homini concessa est ex æthere. Sed de animalibus cunctis humanos tantum sensus ad diuinæ rationis intelligentiam exornat erigit atq; sustolit. Sed quoniam de sensu commoneor, paulo post et huius rationẽ uobis exponã. estenim sanctissima et magna, et non minor q̃ ea, quæ est diuinitatis ipsius. Sed nunc uobis expediam quæ cœperam. Dicebam enim in pso initio rerum de coniunctione deorum, quomodo homines soli eorũ dignatione perfruũtur. Quicunq; etenim hominum tantum felicitatis adepti sunt, ut illum intelligentiæ diuinum peraperent sensum, qui sensus est diuinior in solo deo, & in humana intelligentia. ASCLE. Non enim omnium hominum o' Trismegiste uniformis ẽ sensus? TRISME. Nõ omnes o' Asclepi intelligentiã ueram adepti sunt, sed imaginem temerario impetu, nulla uera ratione inspecta sequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal in naturam feræ, moresq; bestiarum. De sensu autem et de omnibus sensualibus, quando & de spiritu, tunc totá uobis præstabo rationem. Solum enim animal homo, & eius una pars simplex est, quæ, ut græci aiunt, οὐσιωδὴς, aut quã uocamus diuinæ similitudinis formam. Est autem quadruplex, nos mũdanum dicamus, ex quo factum est corpus, quo circumtegitur illud quod in homine diuinum esse iam diximus, in quo

mentis diuinitas recta sola cum cognatis suis, idest mentis puræ sensibus secum ipsa conquiescat, tãquam muro corporis septa. ASCLE. Quid ergo oportuit o' Trismegiste hominem in mundo constitui, et nó in ea parte, qua Deus est, eum in summa beatitudine degere? TRISMEGI. Recte quæris o' Asclepi. Et nos enim rogamus deum ut tribuat nobis facultatem reddendæ rationis istius. Cum enim omnia uoluntate eius dependeant, tum illa uel maxime quæ de tota summitate tractantur, quam rationem præsenti disputatione conquirimus. Audi ergo Asclepi. Dominus & omnium conformator, quem recte Deum dicamus, quem a' se secundum fecerit, qui uideri & sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo quod ipse sentiat (de hoc enim an ipse sentiat, an non, alio dicemus tempore) sed eo quod uidentium sensus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex se primum & a' se secundum, uisúsq; est ei pulcher, ut' pote qui sit omnium bonitate pleniſſimus, amauit eũ ut diuinitatis suæ partem. Ergo ut tantus et tam bonus esset, uoluit alium, q illum, quem ex se fecerat, intueri potuisset, simulq; et ratiõis imitatorẽ, et diligentiæ fecit hominẽ. Volũtas etenim dei ipsa summa ẽ pfectio, ut' pote cũ uoluisse, et pfecisse, uno eodemq; tẽporis puncto cõpleat. Cum itaq; οὐσιώδη animaduerteret Deus nó posse omniũ rerũ esse diligentẽ, nisi eũ mũdano itegumẽto cõtegeret, texit eũ corporea domo, talesq; oẽs esse præcepit, ex utraq; natura in unũ cõfundẽs, miscensq; quantum satis esse debuisset. Itaq; hominem conformauit

ex animi & corporis, ideſt ex æterna et mortali natura, ut animal ita conformatum utriq; origini ſuæ ſatisfacere poſſit, & mirari, atq; orare cœleſtia, & æterna, incolere atq; gubernare terrena. Modo autem dico mortalia non aquam et terram, quæ duo de quatuor elementis ſubiecit natura hominibus, ſed ea quæ ab hominibus, aut in his, aut de his fiunt, ut ipſius terræ cultus, paſcua, ædificatio, portus, nauigationes, communicationes, commodationes alternæ, qui eſt humanitatis firmiſſimus nexus, & pars mundi, quæ eſt aqua & terra, quæ pars terrena mundi artium diſciplinaruḿq; cognitione, atq; uſu ſeruatur, ſine quibus mundum Deus noluit eſſe perfectum. Placitum enim dei neceſſitas ſequitur, uoluntatem comitatur effectus. Neq; enim credibile eſt deo diſpliciturum eſſe, quod placuit, cum & futurum id, & placiturum, multo ante ſciuerit. Sed o' Aſclepi animaduerto, ut celeri mentis cupiditate feſtines audire, quomodo homo cœli, uel quæ in eo ſunt, dilectum poſſit habere, uel cultum. Audi itaq; o' Aſclepi dilectus dei cœli, cum his, quæ inſunt omnibus, una eſt obſequiorũ frequẽtatio, hanc aliud animal non fecit, nec diuinorũ, nec animalium, niſi ſolus homo. Hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obſequijs, cœlum, cœleſteſq; delectantur. Nec immerito in hominum cœtum muſarũ chorusẽ à' ſumma diuinitate demiſſus, ſcilicet ne terrenus mundus uideretur incultior, ſi modulorũ dulcedine caruiſſet, ſed potius inuſitatis hominũ cantilenis concelebraretur, & laudibus, qui ſolus omnia, aut pater ẽ omniũ, atq; ita cœleſtibus laudibus. Nec

dibus. Nec in terris harmoniæ suauitas defuisset. Alii qui autem, ipsíq; paucissimi pura mẽte prædit, sortiti sunt cœli suspiciendi uenerabilem curam. Quicunq; autem ex duplici naturæ suæ cõfusione interiorẽ intelligentiam mole cõporis resederunt, curandis elemẽtis, hisq; inferioribus sunt præpositi. Animal ergo homo, non quidem est minor, quod ex parte mortalis sit, sed eo forte aptius efficaciusq; compositus ad certam rationem mortalitate auctus esse uideatur, scilicet quoniam utrunq;, ubi ex utraq; materia substinere non potuisset, ex utraq; formatus est, ut & terrenorũ cultum, & diuinitatis posset habere delectum. Rationem uero tractatus istius o' Asclepi, non solum sagaci intentione, uerum etiam cupidate animi uiuacitate percapere. Est enim ratio plurimis incredibilis. Integra autem & uera percapienda sanctioribus mentibus, itaq; hinc exordiar. Aeternitatis dominus Deus primus est. Secundus é mũdus. Homo est tertius. Effector mundi Deus, & eorum quæ insunt omnium, simul cuncta gubernando, cum ipso homine gubernatore cõposita, quod totum suscipiens homo idem curá proprie efficat diligentiæ suæ, ut sicut & ipse mundus uterq; ornamẽto sibi, ut ex hac hominis diuina compositione mundus græce rectius κόσμος dictus uideatur. Is nouit se, nouit & mundum, ut meminerit, quid partibus conueniat suis, quæ sibi utenda, quibus sibi in seruiendum sit, recognoscat. Laudes gratesq; maximas agens deo, eius imaginem uenerans, non ignarus se secundũ esse imaginem Dei, cuius sunt imagines duæ, mundus scilicet & homo. Vnde efficitur, ut quoniam

est ipsius una compago, parte qua ex anima & sen-
su & spiritu atq; ratione diuinus est, uelut ex elemẽ
tis superioribus ascendere posse uideatur in cœlum,
parte uero mundana, quæ constat ex igni & aqua
& aere, mortalis resistat in terram, ne curæ suæ o-
mnia mandata uidua desertaq; dimittat. Sic enim hu
manitas ex parte diuina, & ex parte mortalis est ef
fecta in corpora consistens. Est autem mensura eius u-
triusq;, idest hominis ante omnis religio, quam sequitur
bonitas. Ea demum tunc uidetur esse perfecta, si contra
cupiditatum omnium alienarum rerum sit despiciens
uirtutem munita. Sunt enim ab omnibus diuinæ co-
gnationis partibus aliena omnia, quæcunq; terrena
corporali cupiditate possidentur, quæ merito possessio-
num nomine nuncupantur, quoniam non nata no-
biscum, sed postea à nobis possideri cœperũt. Omnia
ergo huiusmodi ab homine aliena sunt, etiam corpus,
ut & ea quæ appetimus, & illud ex quo appetentiæ
nobis est uitium, despiciamus. Vt enim meum animũ
rationis ducat intentio, homo hactenus esse debuit, ut
contemplatione diuinitatis partem, quæ ibi iũcta mor-
talis est, mundi interioris necessitate seruandi despici-
at atq; contemnat. Nam ut homo ex utraq; parte possit
esse plenissimus, quaternis eum utriusq; partis elemẽtis
animaduerte esse formatum, manibus & pedibus utri
usq; binis, aliisq; corporis membris, quibus inferiori
idest terreno mundo deseruiat. Illis uero partibus qua
tuor sensus animi, memoriæ, atq; prouidentiæ, quarũ
ratione cuncta diuina norit atq; suspiciat. Vnde ef-
ficitur ut rerum diuersitates, qualitates, effectus, quã

titates, ſuſpicioſa indagine homo ſectetur. Retardatus ergo graui & nimio corporis uitio, has naturæ rerũ cauſas, quæ ueræ ſunt proprie, prouidere non poteſt. Hunc ergo ſic effectum conformatumq́; et tali miniſterio obſequioq́; præpoſitum, à ſummo deo, eumq́; cõpetenter munde mundum ſeruando, deum pie colẽdo, digne & competenter in utroq; dei uoluntati parentem, talem quo munere credis eſſe munerandum? Siquidem cum dei opera ſit mundus, eiusq; pulchritudinem, qui diligentia ſeruat, atq; auget, operamq́; ſuam cum Dei uoluntate coniugit, cum ſpeciem quam ille intentione diuina formauit, adminiculo ſui corporis, diuino opere curaq́; componit, quo munere credis eſſe munerandum? niſi eo quo parentes noſtri muneratí ſunt, quo etiam nos quoq; munerari, ſi fuerit diuinæ pietati complacitum, optamus piſſimis uotis, ideſt ut emeritos atq; exutos mundana cuſtodia, nexibus mortalibus obſolutos, naturæ ſuperioris partis, ideſt diuinæ, puros ſanctoſq; reſtituat. ASCLE. Iuſte & uere dicas o' Triſmegiſte. Hæc eſt enim merces pie ſub deo, diligenteq́; cum mundo uiuentibus, ſecus enim impieq́; qui uixerint, & reditus denegatur in cœlũ, et cõſtituitur in corporalia, alia indigna ſancto animo, & fœda commigratio, ut iſte rationis ſermo proceſſit o' Triſmegiſte futuræ æternitatis ſpe animæ in humana uita periclitantur. Sed aliis incredibile, aliis fabuloſum, aliis forſitan uideatur eſſe deridendum. Res enim dulcis eſt in hac corporali uita, qui capitur de poſſeſſionibus fructus. Quare animã, obtorto ut aiunt, detinet collo, ut in parte ſui, quæ mortalis

est, inhæreat, nec sinit partem diuinitatis agnoscere, inuidens immortalitati malignitas. Ego enim tibi quasi prædiuinãs dixero, nullum post nos habiturum delectum simplicem, qui est philosophiæ, quæ sola est in cognoscenda diuinitate frequens obtutus, & sancta religio. Multi etenim eam multifaria ratione confundunt. Quomodo ergo multi incomprehensibilem philosophiam afficiunt, aut quemadmodum eam multifaria ratione confundũt? TRISME. O' Asclepi hoc modo in uarias disciplinas, nec comprehensibiles, eam callida commentatione miscentes, Arithmeticen, Musicem, Geometriã. Puram autem philosophiã, eãq; tantum diuina religione pendentem, tantũ intendere i reliquas oportebit, ut apocatastasis astrorũ stationes præfinitas, cursumq; cõmutationis numeris constare miretur. Terræ uero dimẽsiões, qualitates, quãtitates, maris profunda, & ignis uim, et horum omniũ effectus naturam cognoscens miretur, adoret, atq; collaudet artem, diuinamq; mentem. Musicæ uero nosse nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire, quæq; ratio diuina sortita est. Ordo enim rerum singularũ in unum omnium artifici ratione collatus, concentum quendam melo diuino dulcisonum uerissimumq; conficiet. ASCLEPIVS. Quid ergo homines post nos erũt? TRISMEGISTVS. Sophistarũ calliditate decepti, a uera, pura, sanctaq; philosophia auertentur. Simplici enim mente & anima diuinitatẽ colere, eiusq; facta uenerari, agere etiam dei uoluntati gratias, quæ est bonitatis sola plenissima, hæc est nulla animi importuna curiositate uiolata philoso-

phia, & de his sit hucusq; tractatum. De spiritu uero, & de his similibus hic sumatur exordium. Fuit Deus & ὕλη, quem græce credimus mundum, & mundo comitabatur spiritus, sed non similiter ut deo, nec deus sunt hæc de quibus mundus est, icirco non erãt quãdo nata nõ erant, sed in eo iam tunc erant unde nasci habuerunt. Non enim ea sola non nata dicuntur, quæ nec dum nata sunt, sed ea quæ carent fœcunditate generandi, ita ut ex eis nihil nasci potest. Quæcunq; ergo sunt quibus inest natura generandi, generabilia sunt, de quibus nasci potest, tametsi ea ex se nata sint. Neq; enim dubitatur ex his quæ ex se nata sunt facile nasci posse, de quibus cuncta nascũtur. Deus ergo sempiternus, Deus æternus, nec nasci potest, nec potuit, hic est, hic fuit semper, hic erit. Hæc ergo est, quæ ex se tota est, natura dei. Hyle autem uel mundi natura, & spiritus quamuis nata uideãtur à principio, tamen ex se nascendi procreãdiq; uim possident atq; naturam fœcunditatis. Etenim initium in qualitate naturæ est, quæ conceptus et partus in se possidet uim atq; materiam. Hæc itaq; sine alieno concepto est sola generabilis. At uero quæ uim solam concipiẽdi habeãt, ex alterius cõnexione naturæ, ita discernẽda sunt, ut hic locus mũdi cũ his, quæ in se sunt, uideatur esse non natus, q utiq; in se uim totus naturæ habet. Locũ autẽ dico, in quo sunt oĩa. Neq; enim hæc omnia esse potuissent, si locus deesset, qui omnia sustinere potuisset. Omnibus enim rebus quæ fuerunt, præcauendum est loco, nec qualitates, etenim nec quãtitates, nec positiones, nec effectus dignosci potuissent

earum rerum, quæ nusquam sunt. Sic ergo & mundus quamuis natus non sit, in se tamen omnium naturam habet, ut'pote qui omnibus ijs ad concipiendum sinus præstat fœcundissimos. Hoc ergo est totum qualitatis, materiæq; creabilis est, tametsi creata non est. Sicut enim in natura materiæ, qualitas fœcunda est, sic et malignitatis eadem est æque fœcunda. Nec eo dixi ô Asclepi, & Ammon, quod à multis dicitur, non poterat deus incidere atq; auertere à rerum natura malitiam, quibus respondendum nihil omnino est. Vnde tamen causa, & id prosequar, quod cœperam, & rationem reddam, dicunt enim ipsi deum debuisse omnifariam mundum à malitia liberare. Ita enim in mundo est, ut quasi membrum ipsius uideatur esse prouisum cautumq; quàm rationabiliter à summo deo, tunc cum disciplina, sensu, intelligentia mentes hominum est munerare dignatus. Hisce enim rebus quibus cæteris antestamus animalibus, soli possumus malitiæ fraudes, dolos, uitiaq; uitare. Ea enim, qui antequam ijs implicitus est, ex aspectu uitarit, is homo est diuina intelligentia, prudentiaq; munitus. Fundamentum enim est disciplinæ in summa bonitate consistens. Spiritu autem ministrantur omnia, et uegetantur in mundo, et quasi organum uel machina summi dei uoluntati subiectus est. Itaq; hactenus intelligatur à nobis mente sola intelligibilis, summus, qui dicitur deus rector, gubernatorq; sensibilis dei, eius, qui in se complectitur omnem locum, omnem rerum substantiam, totamq; gignentium creantiumq; materiam, & omne quicquid est quantumcunque est.

Spiritu uero agitatur, seu gubernatur omnis in mundo species unaquæq; secundum naturam suam à deo distributam sibi. ὕλη autem uel mundus omniũ est receptaculum, omniumq; agitatio atq; frequentatio, quorum deus gubernator dispensans omnibus rebus humanis q̃tum unicuiq; necessarium. Spiritus autem implet omnia. cuiuscunq; naturæ qualitas est. Est enim caua mundi rotunditas in modũ sphæræ. Ipsa sibi qualitatis, uel formæ suæ causa inuisibilis tota. Quippe cum quécunq; in ea summũ, subter despiciendi causa delegeris locum, ex eo in imo quid sit, uidere non possis, propter quod multis locis instat, qualitatemq; habere creditur. Per formas enim sola specierum, quarũ imaginibus uidetur insculpta, quasi uisibilis creditur, cum depicta monstratur. Re autem uera est sibiipsi inuisibilis semper, ex quo eius unum uel pars locus est in sphæra, græce, ἀειδὴς dicitur. Siquidẽ εἰδεῖν græce uidere dicitur, quo uisu primum sphæræ careant, unde & ideo dicuntur species quod sint inuisibilis formæ. Ab eo itaq; quod uisu priuantur, græce ἀειδὴς ab eo quod in imo sphæræ sunt, latine inferi nuncupantur. Hæc ergo sunt principalia et antiquiora, & quasi initia, uel capita omnium quæ sunt in his, aut per hæc, aut de his. ASCLEPIVS. Omnia ergo ipsa, ut dicis, ó Trismegiste mundana, ut ita dixerim, specierũ omniũ, quæ insunt in uniuscuiusq; sicuti est tota substantia? TRISMEGI. Mundus itaq; nutrit corpora, spiritus, animas, sensus autem quo dono cœlesti sola felix sit humanitas, alit mentem. Neque enim omnes, sed pauci quorum ita mens est, ut tanti

beneficij capax esse possit. Vt enim sole mundus, ita mens humana isto lumine clarescit, & eo amplius. Nam sol quicquid illuminat, aliquando terræ & lunæ interiectu interueniente nocte, eius priuatur lumine, sensus autẽ cum semel fuerit animæ commixtus humanæ, fit una ex bene coalescẽte commixtione. Materia ita, ut nunquam eiusmodi mentes caliginis impediantur erroribus. Vnde iuste sensus deorum animas esse dixerunt. Ergo nec eorum dico omnium, sed magnorum quorumcunq; & principalium.

ASCLEPIVS. Quos dicis rerum capita uel initia primordiorum ó Trismegiste? TRISMEGISTVS. Magna tibi pando, et diuina nudo mysteria, cuius rei initiũ facio ex optato fauore cœlesti. Deorum genera multa sunt, eorumq; omnium pars intelligibilis dicitur, alia uero sensibilis. Intelligibilis dicitur, non ideo quod putentur non subiacere sensibus nostris, magis enim sentimus eos, q̃ quos uisibiles nuncupamus, sicut disputatio perdocebit. Sublimis enĩ ratio, eoq; diuinior ultra hominum mentes intentionesq; consistens, si non attentiore aurium obsequio uerba loquentium acceperit, transuolabit et transfluet, aut magis refluet, suiq; potis liquoribus nusquam bit se. Sunt ergo omnium specierum principes dij. Hos sequuntur dij, quorum est princeps, οὐσία. Hi sensibiles utriusq; originis suæ consimiles, qui per sensibilem naturam conficiunt omnia, altera per alterum. Vnusquisq; opus suum illuminans cœli, uel quicquid est quod eo nomine comprehẽditur οὐσιάρχης, est Iuppiter. Per cœlum enim Iuppiter omnibus præbet uitam. Solis οὐσία

est lumen. Bonum enim luminis per orbem solis nobis infunditur. XXXVI. quorum uocabulum est Horoscopi, in eodem loco semper defixorum syderũ. Horum ἀσιάρχης uel princeps est, quem παντόμορφον uel omniformem uocant, qui diuersis speciebus diuersas formas facit septem sphæræ, quæ uocantur. *

Habent. * ideſt sui principes, quam fortunam dicunt. ἀίμαρμένην, quibus imitantur omnia lege naturæ stabilitate firmissima & sempiterna agitatione uariata. Aër uero organum uel machina omnium, per quam omnia fiunt. Est autem ἀσιάρχης huius secundus mortalibus & his simulia. His ergo ita se habentibus, ab imo ad summum se mouentibus, sic sibi connexa sunt omnia pertinentia ad se naturaliter, ut mortalibus mortalia sensibiliáq; sensibilibus annexa sint. Summa uero gubernationis summo illi domino paret, ut non multa aut potius unum ex uno etenim cuncta pendentia, ex eoq; potius defluentia cum distantia uidentur, creduntur esse plurima diuisim, adunata uero unum uel duo, unde fiunt omnia, et à quo fiunt omnia, ideſt de materia, de qua fiunt, & ex eius uoluntate, cuius nutu efficiuntur alia. ASCLE. Hæc iterum ratio quæ est ὁ Trismegiste? TRISME. Talis ὁ Asclepi Deus. Etenim uel pater, uel dominus omnium, uel quocunq; nomine ab hominibus sanctius & religiosius nuncupetur, quod inter nos intellectus nostri cauſa debet eẽ sacratum, tanti eius numinis contemplatione nullo ex ijs nominibus cũ definite nũcupamus. Si enim uox hæc est ex aëre percusso spiritu sonus declarans omnẽ homi-

nis uoluntatem, uel sensum, quem forte ex sensibus mẽte perceperit, cuius omnis tota substantia paucis composita, syllabis definita, atq; circunscripta est, ut esset in homine necessarium uocis, auriumq; commertium, similiter etiam sensus & spiritus, & aëris & omnium in his, & per hæc, aut cum his nomen est totum dei. Non enim spero totius maiestatis effectorem, omniumq; rerum patrem uel dominum uno posse, quãuis è multis composito nomine, nuncupari. Hũc uero uno nomine, uel potius omni nomine, siqdẽ sit unus, et omnia, ut sit necesse, aut oia esse eius nomine, aut ipsum omnium nominibus nuncupari. Hic ergo solus ut omnia, utriusq; sexus fœcunditate pleniſſimus, semper uoluntatis suæ prægnans parit semper quicquid uoluerit procreare. Voluntas eius est bonitas omnis, hæc eadem bonitas omnium rerum est, ex diuinitate eius natura nata, ut sint omnia sicut sunt, et fuerunt, & futuris omnibus dehinc natura ex se nascendi sufficiat. Hæc ergo ratio o' Asclepi tibi sit reddita, quare et quomodo fiant omnia utriusq; sexus. ASCLE. Ergo Deum dicis ó Trismegiste? TRISME. Non solũ Deũ o' Asclepi, sed animalia omnia et inanimalia. Impossibile enim est aliquid eorũ quæ sunt, infœcũdum esse. Fœcunditate enim dempta ex omnibus, quæ sunt, impossibile erit semper esse quæ sunt. Ego enim & naturam et sensum, & mundum dico in se continere naturam, & nata omnia conseruare. Procreatione enim uterq; plenus est sexus, & eius utriusq; connexio, aut quod est uerius, ueritas incomprehensibilis est, quam siue Cupidinem, siue Venerem, siue utrunq;

poteris recte nuncupare. Hoc ergo omni uero uerius manifestiusq; mente percepto, quod ex omnium illo totius naturæ Deo hoc sit in æternum cunctis procreandi inuentum tributumq; ministerium, cui summa charitas, lætitia, hilaritas, & cupiditas, amorq; diuinus innatus est. Et dicendum foret quanta sit eius ministerij uis atq; necessitas, nisi ex sui cõtẽplatione unicuiq; ex intimo sensu nota esse potuisset. Si enim illud extremũ temporis, quo ex cerebro ad ritũ pueninus, utraq; in utranq; fundat natura progeniem animaduertas, ut altera alterius auide rapiat semen, interiusq; recondat. Deniq; eo tempore ex connexione communi, uirtutem marium etiam fœminæ adipiscuntur, & mares fœmineo corpore lassescunt. Effectus itaq; huius tam blandi necessariiq; mysterij in occulto perpetratur, ne uulgo irridentibus imperitis utriusq; naturæ diuinitas ex cõmixtione sexus cogatur erubescere, multo magis etiam si uisibus irreligiosorum hominum subiciatur. Sunt autem non multi aut admodũ pauci, ita ut numerari etiam in mundo possint religiosi. Vnde contingit in multis remanere malitiam defectu prudentiæ scientiæq; rerum omnium quæ sunt. Ex intellectu enim religionis diuinæ, qua constituta sunt omnia, contemptus, medelaq; nascitur uitiorum totius mundi. Perseuerante autem imperitia atque insciti a, uitia omnia conualescunt, et uulnerant animam insanabilem, uitijsq; infecta ijsdem atq; uitiata quasi uenenis tumescit, nisi eorum quorum animarũ disciplina & intellectus summa curatio est. Si ergo solis et paucis hoc proderit, dignum est hunc prosequi

atq; expedire tractatum. Quare scilicet solis hominibus intelligentiam et disciplinam suã diuinitas sit impartiri dignata. Audi itaq;. Deus pater & dominus, cũ post deos homines efficeret ex parte corruptore mundi, et ex diuina, pari lance cõpõderans, contigit uitia mundi corporibus commixta remanere. Et alia propter cibos uictumq;, quem necessario habemus cum omnibus animalibus communem, quibus de rebus necesse est cupiditatum desideria, & reliqua mentis uitia animis humanis insidere. Dijs uero, utpote ex parte mundissima naturæ effectis, & nullis indigentibus rationis disciplinæq; adminiculis, quamuis immortalitas & unius semper ætatis uigor ipse sit eis prudentia & disciplina, tamen propter rationis unitatem pro ratione & intellectu, ne ab his essent alieni, ordinẽ necessitatis lege conscriptum æterna lege constituit, hominem ex animalibus cunctis de sola ratione disciplinaq; cognoscens, per quæ uitia corporum homines auertere, atq; abalienare potuissent ipsos ad intentionem spemq; immortalitatis prætendens. Deniq; et bonum hominem, & qui posset immortalis esse, ex utraq; natura composuit, diuina atq; mortali, & sic compositum per uoluntatem dei, hominem constitutum est esse meliorem dijs, qui sunt ex sola immortali natura formati, & omnium mortaliũ, propter quod homo dijs cognatione coniunctus, ipsos religione, & sancta mente ueneratur, dijq; pio affectu humana omnia respiciunt atq; custodiunt. Sed de hominibus paucis istud dictum est pia mente præditis. De uitiosis uero nihil dicendum est, ne sanctissimus

sermo eorum contemplatione uioletur. Et quoniam de cognatione & consortio hominum deorumq; sermo nobis indicitur, potestatẽ hominis o' Asclepi uimq; cognosce. Dominus & pater, uel quod est summũ Deus, *ut effector est deorum cœlestium, ita homo effector est deorum, qui in templis sunt, humana proximitate cognuncti, & non solum illuminantur, uerum etiam illuminant, nec solum ad deum proficit, uerum etiã confirmat deos. Miraris o' Asclepi, an nunquid diffidis, ut multi?* ASCLEPIVS. *Confundor o' Trismegiste, sed tuis uerbis libenter assensus, felicissimum hominem iudico, qui sit tanta ui felicitatem consecutus.* TRISMEGISTVS. *Nec immerito, miraculo enim dignus est, qui maximus est omnium deorum. Genus enim omnium confusione manifestum est, de mundissima parte naturæ propagatum, signaq; eorum sola pro omnibus esse, quasi capita, species uero deorum quas conformat humanitas ex natura utraque conformata est, ex diuina quæ est prior, multoq; diuinior, & ex ea, quæ intra homines est, idest ex materia qua fuerũt procreatæ, uel fabricatæ, & non solum capitibus solis, sed membris omnibus, totoq; corpore configurantur. Ita humanitas semper uicina naturæ, & origini suæ in illa diuinitatis imitatione perseuerat, ut sicut* Deus *ac dominus, ut sui simules essent, deos fecit æternos, ita humanitas deos suos ex sui uultus similitudine figuraret.* ASCLE. *Statuas dicis o' Trismegiste?* TRISME. *Statuas o' Asclepi, uides'ne quatenus tuipse diffidas, statuas animatas sensu, & spiritu ple-*

nas, tanta et talia facientes, statuas futurorũ præsciãs, easq; forte uates oẽs somniis, multisq; alijs rebus prædicentes, imbecillitatesq; hominibus faciẽtes, easq; curãtes, tristitiamq; pro meritis. An ignoras o' Asclepi, quod ægyptus imago sit cœli, aut quod est uerius trãslatio & descensio omniũ, quæ gubernantur, atq; exercentur in cœlo? Et si dicendum est, uerius terra nostra totius mundi est templum, & quoniam præscire cuncta prudentes decet, istud uos ignorare fas non ẽ. Futurum tempus est, cum appareat ægyptios incassum pia mente diuinitatẽ sedula religione seruasse, & omnis eorum sancta ueneratio in irritum casura frustrabitur. E' terris enim ad cœlum est recursura diuinitas, liquetur Aegyptus, terraq; quæ fuit diuinitatis sedes, religione uiduata numinum præsentia destituetur. Alienigenis enim regionem istam terramq; complentibus non solum neglectus religionum, sed quod est durius, quasi de legibus à religione, pietate, cultuq; diuino statuetur proscripta pœna, prohibitio. Tunc terra ista sanctissima sedes delubrorũ atq; templorum, sepulchrorum erit mortuorumq; plenissima. O' Aegypte Aegypte religionum tuarũ solæ supererunt fabulæ, & æque incredibiles posteris suis, solaq; supererunt uerba lapidibus incisa, tua pia facta narrantibus, et inhabitabit Aegyptum Syrus aut Indus, aut aliquis talis. Diuinitas enim repetet cœlũ, deserti homines toti morientur, atq; ita Aegyptus deo & homine uiduata deseretur. Te uero appello sanctissimum flumen, tibiq; futura prædico torrenti sanguine plenus ad ripas usq; erumpes, undæq; diuinæ nõ

ſolum polluentur ſanguine, ſed totæ rumpentur, & uiuis multo maior erit numerus ſepultorum, ſuperſtes uero qui erit, lingua ſola cognoſcetur Aegyptius, actibus uero uidebitur alienus. Quid fles o' Aſclepi? & his ăplius, multóq; deterius ipſa Aegyptus ſua debitur, ĩbuetúrq; maioribus malis, quæ ſancta quõdă, et diuinitatis amantiſſima deorũ in terra religionis ſuæ merito, ſola ſeductio ſanctitatis & impietatis magiſtra erit maximæ crudelitatis exemplum, & tunc tedio hominum non admirandus uidebitur mundus, neq; adorandus. Hoc totum bonum, quo melius nec ẽ, nec fuit, nec erit, quod uideri poſſit, periclitabitur. Eritq; tædiũ omnibus, ac per hoc cõtemnetur, nec diligetur totus hic mundus, dei opus immutabile, glorioſa conſtructio, bonum, multiformi imaginum uarietate compoſitum, machina uoluntatis dei in ſuo opere ſine inuidia ſuffragantis omnium in unum, quẽ uenerari, laudari, amari deniq; à uidentibus poſſunt, multiformis adunata cõgeſtio. Nă et tenebræ præponẽtur lumini, et mors uita melior iudicabitur, nemo ſuſpiciet cœlũ. Religioſus pro iſano, irreligioſus putabitur prudẽs, furioſus, fortis, pro bono habebitur peſſimus. Anima eniet oia circùm eă qbus aut mortalis nata ẽ, aut ĩmortalitatẽ ſe cõſecutură eẽ præſumit, ſecundũ quod uobis expoſui, non ſolum riſus, ſed etiam putabitur uanitas. Sed mihi credite etiam periculum capitale conſtituetur in eum, qui ſe mentis religioni dederit. Noua conſtituentur iura, lex noua, nihil ſanctum, nihil religioſum, nec cœlo, nec cœleſtibus dignum audietur aut mente credetur. Fit deorum ab hominibus ſe-

cessio dolenda, soli nocentes angeli remanent, qui humanitati commixti ad omnia audaciæ mala miseros, manu iniecta compellẽt ad bella, in rapinas, in fraudes, & in oia quæ sunt animarũ naturæ contraria. Tunc nec terra constabit, nec nauigabitur mare, nec cœlũ astrorũ cursibus, nec siderũ cursus constabit in cœlo, ois uox diuina necessaria taciturnitate mutescet, fructus terræ corrũpẽtur, nec fœcunda erit tellus, & aër ipse mœsto torpore lãgueſcet. Hæc et talis senectus ueniet mundi, irreligio, & inordinatio, & irrationabilitas bonorum hominum. Cum hæc cuncta contigerint o' Asclepi, tũc ille dominus, et pater, deus primipotens, & unus gubernator mundi, intuens in mores facta q; uoluntaria uoluntate sua, quæ est dei benignitas, uitijs resistens, & corruptelæ omnium errorem reuocans, malignitatem omnem, uel alluuione diluens, uel igne consumẽs, uel morbis pestilẽtibus ubiq; per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam faciem mundum reuocabit, ut & mundus ipse adorandus uideatur, & mirandus, & tanti operis effector et restitutor deus, ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconijs benedictionibus q; celebretur. Hæc enim mundi genitura cunctarum reformatio rerum bonarum, & naturæ ipsius, sanctissima et religiosissima restitutio, peracto temporis cursu, quæ est, & fuit sine initio sempiterna. Voluntas etenim dei caret initio, quæ eadẽ est, et ubiq; est sempiterna. ASCLE. Dei enim natura consilium est uoluntatis bonitas summa o' Trismegiste? TRISMEGISTVS. O' Asclepi uoluntas consilio nascitur, & ipsum uelle est ex uoluntate.

ex uoluntate. Neq; enim impense aliquid uult qui ẽ omnium pleniſſimus, & ea quæ uult habet. Vult autem omnia bona, et habet omnia quæ uult, omnia autem bona et cogitat & uult, hic autem ẽ Deus eius boni imago mundus. ASCLEPIVS. Bonus o' Triſmegiſte? TRISMEGISTVS. Bonus o' Aſclepi, ut ego te docebo. Sicuti enim Deus omnibus ſpeciebus, uel generibus, quæ in mũdo ſunt, diſtributor, diſpenſatorq; eſt bonorum, ideſt ſenſus animæ, et uitæ, ſic & mundus præſtitor eſt, & tributor omnium, quæ mortalibus uidentur bona, ideſt alternatiõis partium, temporalium fructuũ, natuitatis, augmẽtorum, & maturitatis, & horum ſimilium. Ac per hoc Deus ſupra uerticem ſummi cœli conſiſtens, ubiq; eſt, omniaq; circunſpicit. Sic eſt enim ultra cœlum locus ſine ſtellis ab omnibus rebus corpulentis alienus. diſpenſator, qui eſt inter cœlum & terram, locum obtinet, quem Iouem uocamus. Terræ uero & mari domnatur Iuppiter Plutonius, et hic nutritor eſt animantiũ mortalium, et fructiferarũ. Horum omniũ uiribus fructus, arbuſta & terra uegetantur. Aliorum uero uires & effectus per omnia quæ ſunt, diſtribuuntur. Diſtribuentur uero qui terræ dominantur, et collocabuntur in ciuitate, in ſummo initio Aegypti, quæ à parte ſolis occidentis condetur, ad quá terra mariq; feſtinabit oẽ mortale genus. ASCLE. Modo tamen hoc tempore ubi iſti ſunt o' Triſmegiſte? TRISMEGISTVS. Collocati ſunt in maxima ciuitate, in monte Libyco, & hæc eouſq; narrata ſint. De immortali uero & mortali, modo differendũ eſt.

Multos enim ſpes timorq; mortis, ueræ rationis ignaros excruciat. Mors igitur efficitur diſſolutione corporis labore defeſſi, & numeri completi, quo corporis membra in unam machinam ad uſus uitales aptantur. Moritur enim corpus quando hominis uitalia ferre poſſe deſiterit. Hoc ergo eſt mors, corporis diſſolutio, & corporalis ſenſus interitus. De quo ſollicitudo ſuperuacua eſt. Sed alia neceſſaria, quam aut ignorantia, aut incredulitas contemnit humana. Audi ergo o' Aſclepi.

Cum fuerit animæ à corpore facta diſceſſio, tunc arbitrium examenq; meriti eius tranſiliet in ſummi dæmonis poteſtatem, usq; eam cum piam iuſtamq; prouiderit, in ſui competentibus locis manere permittet. Si autem delictorum illitam maculis uitijsq; oblitam uiderit, deſuper ad ima deturbãs procellis turbinibusq; aëris, ignis, & aquæ, ſæpe diſcordantibus tradet. Atq; inter cœlum & terram mundanis fluctibus in diuerſa ſemper æternis pœnis agitata raptabitur. Vt in hoc obſit animæ æternitas, quod ſit immortali ſententia æterno iudicio ſubiugata. Ergo ne his implicemur, cauendum, uerendum, timendumq; eſſe cognoſce. Incredibiles enim poſt delicta cogentur credere, non uerbis, ſed exemplis, nec minis, ſed ipſa paſſione pœnarum. ASCLEPIVS. Non ergo Triſmegiſte hominũ delicta ſola humana lege puniuntur. TRISMEGISTVS. Primo enim o' Aſclepi terrena omnia quæ ſunt, mortalia ſunt, nunc omnia etiam quæ ſunt rationi corporali uiuentia, & à uiuendo eadem corporali lege deficientia, ea omnia

pro uitæ meritis, aut delictis pœnis obnoxia tãto post mortem sæuioribus subijciuntur, quanto multa forsitan fuerunt cælata dum uiuerent. Præscia etenim rerum omnium diuinitate reddentur, périnde ut sint pro delictorũ qualitatibus pœnæ. ASCLEPIVS. Qui sunt digni maioribus pœnis ó Trismegiste? TRISMEGISTVS. Qui damnati humanis legibus uitam uiolenter amittunt, ut non naturæ animam debitam, sed pœnam pro meritis reddidisse uideantur. Contra iusto homini in Dei religione ei summa pietate præsidium est. Deus enim tales ab omnibus tutatur malis. Pater enim omnium & dominus, qui solus est omnia, omnibus se libenter ostendit. Non ubi sit loco nec qualis qualitate, nec quantus quantitate, sed homunem sola intelligentia, mentis illuminans, qui discussis ab animo errorum tenebris, & ueritatis claritate percepta toto se sensu intelligentiæ diuinæ cõmiscet, cuius amore à parte naturæ, qua mortalis est, liberatus imortalitatis futuræ cõcipit fiduciã. Hocergo inter bonos malosq; distabit. Vnusquisq; enim pietate, religione, prudẽtia, cultu, et ueneratione Dei clarescit, quasi oculis ueneratione perspecta, et fiducia credulitatis suæ, tantum inter homines præstans, quantum sol cæteris astris lumine suo antestat. Ipse enim sol non tam magnitudine numinis, quàm diuinitate & sanctitate cæteras stellas illuminat. Secundum enim Deum hunc crede ó Asclepi cætera gubernantẽ, omniaq; mũdana illumunãtem animalia, siue animantia, siue inanimantia. Si enim animal mundus uiuens semper, et fuit, et ẽ, & erit, nihil in

mundo mortale est. Viuentis etenim uniuscuiusq; partis, quæ in ipso mundo, sicuti in uno eodemq; animali semper uiuente, nullus est mortalitatis locus. Ergo uitæ æternitatisq; Deus ipse esse debet plenissimus, si semper eum uiuere necesse est. Sol ergo sicut mundus sempiternus, sic & ipse semper gubernator uitalium, uel totius uiuacitatis eorum frequentator, & dispensator est. Deus ergo uiuentium, uel uitaliũ, quæ sunt in mundo sempiternus gubernator est, ipsiusq; uitæ dispensator æternus. Semel autem dispensauit æterna lege cunctis uitalibus uitam præstans, hoc more quo dicam.

In ipsa uiuacitate æternitatis mundus agitatur, & ipsa uitali æternitate locus est mundi, propter quod nõ corrumpetur aliquando, stabili sempiternitate uiuendi circumuallatus, & quasi constrictus ipse mundus. Est igitur dispensator uitæ omnibus, quæ in se sunt, & est locus omnium, quæ sub sole gubernantur, cuius mundi commotio ex duplici constat effectu. Viuificatur enim ipse extrinsecus ab æternitate, uiuificatq; ea quæ intra se sunt, omnia differens, numeris & temporibus statutis atq; infixis, cuncta per . solis effectum, stellarumq; discursum, omnia temporalia ratione diuinaq; lege conscripta. Terrenum autem tempus, aëris qualitate, æstuumq; frigorisq; uarietate dinoscitur. Cœleste uero recursionibus syderum ad eadem loca temporaria conuersione recurrentium, & mundus est receptaculum temporis, cuius cursu & agitatione uegetatur. Tempus autem ordine seruatur. Ordo & tempus innouatione omnium rerum quæ

in mundo sunt, per alternationem faciunt. Cunctis ergo ita se habentibus, nihil stabile, nihil fixum, nihil immobile, nec nascentium, nec cœlestium, nec terrenorum. Solus enim Deus, et merito solus, ipse in se, & a' se, & circùm se, totus est plenus atq; perfectus, isq; sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu nec loco moueri potest, cum in eo sint omnia, & in omnibus ipse est solus, nisi aliquis audeat dicere ipsius commotionem in æternitate esse, sed magis & ipsa immobilis æternitas, in quam omnium temporum agitatio remeat, & ex qua omnium temporum agitatio sumit exordium. Deus igitur stabilis fuit, semperq; est, & cum eo similiter æternitas consistit. Mundum uero non natum, quem recte sensibilem dicimus intra se habens. Huius Dei imago hic mundus effectus est æternitatis imitator. Habet autem tempus stabilitatis suæ uim atq; naturam, quamuis semper agitetur, ea ipsa in se reuertendi necessitate. Itaq; quãuis sit æternitas, stabilis, immobilis, atq; fixa, tamen quoniam quod mobile est tempus, in æternitatem semper reuocatur agitatio, eaq; mobilitas ratione temporis uertitur, efficiturq;, ut et ipsa æternitas immobilis quidem sola per tempus in quo ipsa est, & est in eo, omnis agitatio uideatur agitari. Ergo sic efficitur, ut & æternitatis stabilitas moueatur, & temporis stabilis mobilitas fiat, fixa lege currendi. Sic & Deum agitari credibile est in seipsum eandem mobilitate stabilitatis. In magnitudine enim ipsius est imobilis agitatio. Hoc ergo quod est tale, quod non subijcitur sensibus, infinitum, incomprehensibile, inæstimabile est, nec substine-

ri, nec ferri, nec indagari potest. Vnde enim, et quo, et ubi, aut quomodo, aut quale sit, incertum est. Fertur enim in summa stabilitate, & in ipso stabilitas sua, seu Deus, seu æternitas, seu uterq;, seu alter in altero, seu uterq; in utroq; sint. Propter quod æternitas sine definitione est temporis. Tempus autem quod definitur, potest uel numero, uel alternatione, uel per alterius ambitudinem rediens æternum esse. Vtrunq; ergo infinitum, utrunq; uidetur æternum. Stabilitas enim, ut pote defixa, quo sustinere quæ agitabilia sunt possit, beneficio firmitatis, merito obtinet principatum. Omnium enim quæ sunt, primordium Deus est, & æternitas. Mundus autem, quod sit mobilis, non habet principatum. Præuenit enim mobilitas stabilitatem suam in legem agitationis sempiternæ habendo immobilem firmitatem. Omnis ergo sensus diuinitatis immobilis, ipse in stabilitate sua se commouet. Sanctus, & incorruptus, & sempiternus est, & siquid melius potest nuncupari, Dei summi in ipsa uolũtate assistens æternitas pleniſſimus omnium sensibilium, & totius disciplinæ consistens, ut ita dixerim, cum Deo. Sensus uero mundanus receptaculum est omnium sensibilium, & specierum, & disciplinarum. Humanus uero ex memoriæ tenacitate, quod memor sit omnium, quas gesserit, rerum. Vsq; ad humanum tamen animal sensus diuinitatis descendẽdo puenit. Deus enim sensum summum, diuinumq; cunctis confundi noluit, ne erubesceret commixtione aliorum animantium. Intelligentia enim sensus humani qualis aut quanta sit, tota est in memoria præteritorum. Per eam enim

memoriæ tenacitatem gubernator effectus est terræ. intellectus autem naturæ qualitate & sensus mundi ex omnibus quæ in mundo sensibilia sunt, poterit peruideri. Aeternitas quæ secunda est ex sensibili mundo, sensus datus, qualitasq; dinoscitur, at intellectus qualitatis, qualitasq; sensus summi Dei sola ueritas est, cuius ueritatis in mundo ne quidem extrema linea umbra dinoscitur. Vbi sunt mendacia, ubi genituræ, ubi errores uidentur. Vides ergo o' Asclepi in quibus constituti, quæ tractemus, aut quæ audeamus attingere. Sed tibi Deus summe gratias ago, qui me uidendæ diuinitatis tuæ illuminasti lumine, & uos o' Tati, & Asclepi, et Ammon intra secreta pectoris diuina mysteria silentio tegite, & taciturnitate seruate. Hoc enim differt intellectus à sensu, quod intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intelligendam, & dinoscendam mentis præuenit intentionem. Intellectus autem mundi peruenit ad æternitatem, et Deos noscendos, qui supra se sunt, & sic contingit hominibus, ut quasi per caliginem quæ in cœlo sunt, uideamus, quantum possibile est per conditionem sensus humani. Hæc autẽ intentio angustissima est peruidendis tantis bonis. Latissima uero cum uiderit felicitate conscientiæ. De inani uero, quod ẽt magnum uidetur esse quamplurimis, sic sentio. Inane nec esse aliquid, nec esse potuisse, nec futurum unquam. Omnia enim mundi sunt membra plenissima, ut ipse mundus plenus sit, atque perfectus corporibus, qualitate formaq; diuersis speciem suam habentibus, & magnitudinem. Quorum unum est alio maius,

aut alio minus, & ualitudine & tenuitate diuersa. Nam et quædam eorum ualidiora uidentur, sicuti et maiora, minora autem & tenuiora, aut uix aut omnino uideri non possunt, quas solum esse attrectatione cognoscimus. Vnde contingit multis credere hic non esse corpora, sed inanes locos, quod est impossibile. Sicuti enim quod dicitur est extra mundum, si tamen est aliquid (nec enim istud credo) sic ab eo plenum esse intelligibilium rerum, ideſt diuinitatis suæ similium. Vt hic etiam sensibilis mundus qui dicitur, plenissimus sit corporum, & animalium, naturæ suæ & qualitati conuenientium, quorum facies non omnis uidemus, sed quasdam ultra modum grandes, quasdam breuissimas, aut propter spatij interiecti longitudinem, aut quod acie sumus obtusi, tales nobis esse uideantur, aut omnino propter nimiam breuitatem à multis non esse credantur. Dico nunc dæmonas, quos credo cómorari nobiscum, et heroas, quos inter aëris purissimam partem supra nos, et terrã, ubi nec nebulis locus, nec ex signorũ aliquorũ agitatione commotio. Propter quod ó Asclepi inane nihil eẽ dixeris, nisi cuius rei inane sit. Hoc quod dicas inane, prædixeris, ut inane ab igne, et ab aqua, & ab his similibus. Quod et si contigerit uideri, quid inane possit esse à rebus huiusœmodi, quamuis breue sit, uel magnum quod inane uidetur, spiritu tamen, & aëre uacuum esse non possit. Similiter uero de loco dicendũ, quod uocabulum solum intellectu careat. Locus enim ex eo cuius est, quid sit apparet. Principali etenim nomine dempto significatio mutatur. Quare aquæ lo-

cus, ignis locus, aut his similium recte dicamus. Sicut enim inane esse aliquid impossibile est, sic & locus solus quid sit dinosci non potest. Nam si posueris locum sine eo cuius est, inanis uidebitur locus, quem in mundo esse non credo. Quod si inane nihil est, nec per se, quid sit locus apparet, nisi ei aut longitudines aut latitudines, aut altitudines addideris, ut corporibus hominũ signa. His uero sic se habentibus ὁ Asclepi, et uos qui adestis, scitote intelligibilem mũdum et Deum, qui mentis solo obtutu dinoscitur esse incorporalem, nec eius naturæ misceri posse aliquid corporale, id est quod possit qualitate, quantitate, numeris q; dinosci. In ipso enim nihil tale consistit. Hic ergo mundus, qui dicitur sensibilis, receptaculum est omnium sensibilium specierum, qualitatum uel corporum, quæ omnia sine Deo uegetari non possunt. Omnia enim Deus, & à Deo omnia, & eius uoluntatis omnia. Quod totum est bonum, decens, immutabile & prudens, & ipsi soli sensibile, atq; intelligibile, & sine hoc nec fuit aliquid, nec est, nec erit. Omnia enim ab eo, & in ipso, et per ipsum, & multiformes qualitates, et magnæ quantitates, et omnem mensuram excedentes magnitudines, et uniformes species, quas si intellexeris ὁ Asclepi gratias acturus es Deo. Si totum animaduertes uera ratione perdisces mundum ipsum sensibilem, & quæ in eo sunt, omnia à superiore illo mundo quasi ex uestimento eius contecta. Vnum quodq; enim genus animalium ὁ Asclepi, cuiuscunq; uel mortalis, uel immortalis, uel rationalis, siue sit animãs, siue sine anima sit, prout cuiq; est genus, sic sin

gula sui generis imagines habent. Et quamuis unumquodq; animalis genus omnem sui generis possideat formam, in eadem tamen sui forma singula dissimilia sunt. Species enim quæ diuina est, incorporalis est, & quicquid mente comprehenditur. Cum itaq; hæc duo ex quibus constat forma & corpus incorporalia sint, impossibile est unãquanq; formam alteri simillimam nasci, horarum & climatum distantibus punctis. Sed immutantur toties quot hora momenta habet circuli arcũ currentis, in quo est ille omniformis quẽ diximus Deus. Species ergo permanet ex sẽ toties pariens imagines tantas, tamq; diuersas, quanta habet conuersio mundi momenta, qui mundus in conuersione mutatur. Species uero nec mutatur, nec conuertitur. Sic generum singulorum formæ sunt permanentes in eadem forma sua dissimiles. ASCLEPIVS. Et mundus speciem mutat o' Trismegiste? TRISMEGISTVS. Vides ergo o' Asclepi tibi omnia quasi dormienti esse narrata. Quid est enim mundus, aut ex quibus constat, nisi ex omnibus natis? Ergo uis dicere de cœlo, terra, & elementis. Nanq; alia magis frequenter mutantur in species, cœlum humescens, uel arescens, uel frigescens, uel igniscens, uel clarescens, uel sordescens in una cœli specie, hæ sunt quæ spe alternantur species. Terra uero suæ speciei multas immutationes semper habet, & cum parturit fruges, & cum eadem partu nutriat suo, tum reddit omnium fructuum uarias diuersas q; qualitates, & quantitates, ac stationes, & cursus ad omnes arborum, florum, baccarum qualitates, odores, sapores, spe

cies. Ignis etiam facit conuersiones plurimas atque diuersas. Solis enim & lunæ omniformes imagines. Sũt autem quasi speculorum nostrorum similes imaginum similitudines æmulo splendore reddentium. Sed iam de talibus sint satis dicta talia. Iterum ad hominem, rationemq; redeamus, ex quo diuino dono homo animal dictum est rationale. Minus autem miranda, et si miranda sunt quæ de homine dicta sunt, sed omnium mirabilium uincit admirationem, quod homo potuit inuenire naturam, eamq; efficere. Quoniam ergo proaui nostri multum errabant contra orationem deorum increduli, & non animaduertentes ad cultum, religionemq; diuinam, inuenerunt artem qua Deos efficerent, cui inuentæ adiunxerunt uirtutem de mundi natura conuenientem, eamq; miscentes, & quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmonum, uel angelorum, eas indiderunt imaginibus suis, diuinisq; mysterijs, per quas sola idola & benefaciendi & malefaciendi uires habere potuissent. Auus enim tuus o' Asclepi medicinæ primus inuentor, cui templum consecratum est in monte Libyæ circa litus crocodilorum, in quo eius iacet mũdanus homo, idest corpus, reliquus enim uel potius totus, si est homo totus in sensu uitæ melior, remeauit in cœlum, omnia etiam nunc adiumenta hominibus præstans infirmis numine suo, quæ ante solebat medicinæ arte præbere. Hermes, cuius nomine auitum mihi nomen est, sibi cognomen patrium consistens, omnes mortales undiq; uenientes adiuuat, atq; conseruat Isin uero & Osirin q̃ multa bona præ-

stare propitia, tantum obesse scimus irata. Terrenis enim Dijs atq; mundanis facile est irasci, ut pote qui sint ab hominibus facti atq; compositi, extraq; naturã. Vnde contigit ab Aegyptijs hæc sancta animalia nuncupari, et per singulas ciuitates coli eorum animas, quorum sunt consecratæ uiuentes, ita ut eorum legibus incolantur, et eorum nominibus nuncupentur. Per hanc causam o' Asclepi quæ aliis colenda uidentur atq; uenerauda, apud alios dissimiliter habentur, ac propterea bellis se lacessere Aegyptiorũ ciuitates solent. ASCLEPIVS. Et horum Trismegiste deorum qui terreni habentur, cuiusmodi est qualitas? TRISMEGISTVS. Constat o' Asclepi de herbis, de lapidus, & de aromatibus uim diuinitatis naturalem habentibus in se, & propter hanc causam sacrificijs frequentibus oblectantur, hymnis, et laudibus, & dulcissimis sonis in modum cœlestis harmoniæ concinentibus, ut istud quod est cœlesti usu & frequentatione illectum, in idola possit lætum humanitas patiens longa durare per tempora, sic deorum actor est homo, & ne putes fortuitos effectus esse terrenorum deorum o' Asclepi, Dij cœlestes inhabitant summa cœlestia unusquisq; per ordinem quem accepit complens, atq; custodiens. Hi uero nostri sigillatim quædam curantes, quædam præuidentes, quædam sortibus & diuinatione prædicentes, his pro modo subuenientes humanis, quasi amica cognatione auxiliantur. ASCLEPIVS. Quam ergo partem rationis ἱμαρμένη, uel fata incolunt. O' Trismegiste, si cœlestes Dij dominantur, terreni incolunt singula, quam

ἑιμαρμένη nuncupamus? TRISMEGI. O Asclepi ea est necessitas omnium quæ geruntur, semper sibi catenatis nexibus iuncta. Hæc itaq; est aut effectrix rerũ, aut summus Deus, aut ab ipso Deo qui secundus effectus est Deus, aut omnium cœlestium terrenarumq; rerũ firmata diuinis legibus disciplina. Hæc itaq; ἑιμαρμένη & necessitas, ambæ sibi inuicem indiuiduo cõnexæ sunt glutino, quarum prior ἑιμαρμένη rerum omnium parit initia. Necessitas uero cogit ad effectum quæ ex illius primordijs dependet. Has ordo consequitur, idest contextus, & distinctio temporis rerum perficiendarum. Nihil est enim sine ordinis compositione. In omnibus istis mundus iste perfectus est. ipse enim mundus ordine gestatur, uel totus constat ex ordine. Hæc ergo tria, ἑιμαρμένη idest fatum, necessitas, ordo, uel maxime Dei nutu sunt effecta, qui mundum gubernat sua lege, & ratione diuina. Ab his ergo omne uelle, et nolle diuinitus auersum est totum. Nec ira etenim commouentur, nec flectuntur gratia, sed seruiunt necessitati rationis æternæ, quæ æternitas inauersibilis, immobilis, insolubilis est. Prima ergo ἑιμαρμένη est, quæ uelut iacto semine futurorum omniũ suscipit prolẽ. Sequitur necessitas, qua ad effectum coguntur omnia. Tertius ordo textum seruans earum rerum quas ἑιμαρμένη, necessitasq; disponit. Hæc ergo æternitas quæ nec cœpit esse, nec desinet, quæ fixa immutabili lege currẽdi sempiterna commotione seruatur, oriturq;, et occidit alterna sæpe per mẽbra, ita ut uariatis temporibus, ijsdem quibus occiderat membris, oriatur, sic

enim & rotunditatis uolubilis ratio, ut ita sint sibi coarctata cuncta, ut quid sit uolubilitatis initiũ ignores, cum omnia se semper & præcedere, & sequi uideãtur. Euentus autem uel sors insunt omnibus per mixta mundanis. Dictum est nobis de singulis, ut humanitas potuit, ut uoluit, permisitq; diuinitas. Restat hoc solum nobis, ut benedicentes Deum, orãtesq;, ad curam corporis redeamus. Satis enim de diuinis rebus tractantes mentem uelut animi pabulis saturauimus.

De adyto uero egressi, cum Deum orare cœpissent, in austrum respicientes erant. Sole etenim occidente, cum quis Deum orare uoluerit, illuc debet respicere, sicut & sole oriente, in eum qui subsolanus dicitur. Iam ergo dicentibus præcationem Asclepius ait, submissa uoce oranti suggeramus patri, quod iusserit, ut thure addito, et pigmentis precem dicamus Deo. Quem Trismegistus audiens, atq; commotus ait, melius melius omnare o' Asclepi. Hoc enim sacrilegijs simile est, cum Deum roges thus atq; cætera incendere. Nihil enim deest ei, qui ipse est omnia. Sed nos agentes gratias adoremus. Ha enim sunt summæ incensiones Dei, cum aguntur grates a' mortalibus.

Gratias tibi agimus summe et exuperantissime. Tua enim gratia tantum sumus cognitionis tuæ lumen consecuti. Nomen sanctum, et honorandum nomẽ unũ, quo solus Deus est benedicendus religione paterna, quoniam omnibus paternam pietatem, et religionem, & amorem, & quæcunq; est dulcior efficacia præbere dignaris, & donas nos sensu, ratione intelligen-

tia. Sẽsu, ut te cognoscamus. Ratiõe, ut te suspicionibus indagemus. Intelligentia, ut te cognitione cognoscentes gaudeamus, ac numine saluati tuo gaudeamus, quod nobis te ostenderis totum gaudeamus, quod nos in corporibus sitos, & æternitate fueris consecrare dignatus. Hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio maiestatis tuæ. Cognouimus te, & lumen maximum solo intellectu sensibili. Intellexim̃us te o' uitæ uera uia, o' natorum omnium fœcunda generatio, cognouimus te totius naturæ tuo conceptu plenissime, cognouimus te æterna perseueratio. In omni enim ista oratione adorantes bonũ bonitatis tuæ, hoc tantum deprecamur, ut nos uelis seruare perseuerantes in amore cognitionis tuæ, et nũquã ab hoc genere uitæ separari. Hoc optantes conuertimus nos ad puram, & sine animalibus cœnam.

FINIS.

VITA, INSTITVTA, DOGMATA PLATONIS PER APVLEIVM.

Platoni habitudo corporis cognomentum dedit. nanq; Aristocles prius nominatus. Aristo ei fuisse pater dictus est. Cæterum Perictione Glauci filia mater fuit, & de utroq; nobilitas satis clara. Nam Aristo pater per Codrum ab ipso Neptuno originem duxit. ab Solone sapientissimo, qui legum atticarum fundator fuit, maternus deriuatus est sanguis. Sunt qui Platonem augustiore conceptu prosatum dicunt. Cum quidem Apollinis figuratio Perictione se miscuisset. mense etiam qui apud atticos θαργηλιὼν dicitur, natus est, die, qua apud Delon Latona fertur Apollinem Dianaḿq; peperisse, pridie Socratem genitum accepimus. somnium etiam Socratis circunferunt. nam uidisse sibi uisum esse Cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, uolasse, & in eius gremio resedisse, & postea olorem illum, pennis cœlum petisse, cantore musico auditus hominum, Deoruḿq; mulcentem. Cum hoc ergo Socrates in conuentum hominum referret, Aristo Platonem puerũ oblaturus Socrati magistro cómodum prosequebatur, quem ubi aspexit ille, ingeniíq; intimum de exteriori conspicatus facie, hic ille erat amici, inquit, de academia Cupidinis Cygnus. Talis igitur, ac de talibus Plato, non solum heroũ uirtutibus

præstitit,uerum etiam æquiparauit diuum potestatibus. Nam Speusippus domesticis instructus documentis,pueri eius in ære partiendo ingenium,& admirandæ uerecundiæ indolem laudat,et pubescentis primitias labore,atq; amore studendi imbutas refert,et in uiro harum incrementa uirtutum & cæterarum conuenisse testatur. Ex ijsdem genitoribus Glauco & Adimanthus ei fratres fuerunt. Doctorem habuit in prima literatura Dionysium. At in palæstra Aristonẽ Argis oriundũ,tantosq; progressus exercitatio contulit ei,ut Pythia,Isthmia de lucta certauerit,picturæ non aspernatus artem. Tragœdis & dithyrãbis se utilem finxit. iamq; carminum confidentia elatus,certatorem se profiteri cupiebat, nisi Socrates humilitatẽ cupidinis ex eius mentibus expulisset,et ueræ laudis gloriam in eius animum inserere curasset,& antea quidem Heracleti secta fuerat imbutus. Verum cum se Socrati dedidisset,non solum ingenio, atq; doctrina cætoros Socraticos uicit, uerum etiam labore & elegantia illustrauit. Sapientiam ab eo sibi traditam, labore quoq; asserere nisus est & elegantia,per quã, uenustate et maiestate uerborum,plurimum adhibuit dignitatis. Sed postquam Socrates homines reliquit, quæsiuit unde proficeret,& ad Pythagoræ disciplinam se contulit,quam,et si ratione diligenti & magnifica instructam uidebat,rerum tamen continentiã & castitatem magis cupiebat imitari,et quod Pythagoreorũ ingenium adiutum alijs disciplinis sentiebat, ad Theodorum Cyrenis,ut geometriam disceret, est profectus,et astrologiam aduſq; Aegyptum iuit peti-

tum, ut inde prophetarũ etiam ritus addisceret, & ad Italiam iterum uenit, et Pythagoreos, Euritum tarentinum, & seniorem Archytam sectatum, atq; ad Indos & Magos intendisset animum, nisi eum bella tũc uetuissent asiatica. Quapropter inuenta Parmenidis, ac Zenonis studiosius executus, ita omnibus, quæ admirationi sunt singula, suos libros expleuit, ut primus tripartitam philosophiam copularet, sibiq; inuicem necessarias partes neq; pugnare inter se tantummodo, sed etiã mutuis adiuuare auxilijs, ostenderit. Nã q̃uis de diuersis officinis hæc ei essent philosophiæ membra suscepta, naturalis ab Heracliteis, intellectualis à Pythagoreis, rationalis atq; moralis ab ipso Socratis fonte, unũ tamen ex omnibus, et quasi proprij partus corpus effecit, et cũ princeps harum familiarũ impolitas sentẽtias et incõptas auditoribus tradidissent, eas hic, cum oratione limando, tum ad orationis augustæ honestissimam speciem deducẽdo, perfectas atq; etiã admirabiles fecit. Multi auditorum eius utriusq; sexus in philosophia floruerunt. Patrimonium in hortulo, qui Academiæ iunctus fuit, et in duobus ministris, et in patera, qua Dijs supplicabat, reliquit. Auri tantum, q̃tum puer nobilitatis insigne in auricula gestauit. Cæterũ tres eius ad Siciliam aduẽtus, mali quidã carpũt, diuersis opinionibus disserentes. Sed ille primo historiæ gratia, ut naturam Aetnæ, et incendia concaui montis intelligeret. secũdo, petitu Dionysij, ut Syracusanis assisteret, profectus ẽ, et ut municipales leges eius prouĩciæ disceret. Tertius eius aduẽtus, fugientẽ Dionẽ ĩpetrata à Dionysio uenia, patriæ suæ reddidit. Quæ aũt cõsul

ta, quæ dogmata, græce licet dici ad utilitatē hominū uiuendiq; & intelligendi, et loquendi rationem extulerit, hinc ordiemur. Nam quoniam tres partes philosophiæ congruere inter se primus obtinuit, nos quoq; separatim dicemus de singulis, à naturali philosophia facientes exordium.

INITIA RERVM ESSE TRIA ARBITRATVR *Plato, deū, et materiam, rerūq; formas, quas ἰδέας idē uocat, inabsolutas, informes, nulla specie uel qualitatis significatione distinctas. Sed hæc de deo sentit, quod sit incorporeus is unus et, ut ait ἀπηρίμετρος genitor, rerumq; omnium extortor, beatus, et beatificus, optimus, nihil indigens, ipse conferens cuncta, quem quidem cœlestem pronunciant indictum innominabilem, ut ait ipse. οὐράνιον ἀμύθητον, καὶ ἄῤῥητον Cuius naturam inuenire difficile est, si inuenta sit, in multos eam enunciari non posse. Platonis hæc uerba sunt. θεὸν μὲν εὑρεῖν οὐ ῥάδιον. γνῶναι δὲ ἀδύνατον id est deum quidem inuenisse haud facile est, intellexisse autem impossibile. Materiam uero improcreabilem, incorruptamq; commemorat, nō ignem, neq; aquam, nec aliud de principijs absolutis elementis esse, sed ex omnibus primam figurarum capacem, factioniq; subiectam, adhuc rudem & figurationis qualitate uiduatam. Deus artifex conformat uniuersa. infinitam uero iccirco, quod ei sit interminata magnitudo. nam quod infinitum est, indistinctum magnitudinis habet finem, atq; ideo, cum uiduata sit fine, infinibilis recte uideri potest. Sed neq; corpoream, neq; sanè incorpoream esse concedit. ideo au-*

tem nō putat cōrpus, quod oē cōrpus ſpecie qualicunq; nō careat, ſine cōrpore uero eſſe nō poteſt dicere, quia nihil incōrporale cōrpus exhibeat, ſed ui, et ratione ſibi eam uideri cōpoream. Atq; ideo, nec actu ſolo, neq; tamen ſola opinione cognitionis intelligi. Nanq; cōporea propter inſignem euidentiam ſui, ſimili iudicio cognoſci. Sed quæ ſubſtantiam non habent cōpoream, cogitationibus ea uideri, unde adulterata opinione, ambiguam huius materiæ intelligi qualitatem. Ideas uero, ideſt formas omnium ſimpliceis, & æternas eſſe, nec cōporales tamen. Eſſe autem ex ijs, quæ deus ſumpſerit, exempla rerum, quæ ſunt erunt ue, nec poſſe amplius, quàm ſingularum ſpecierum ſingulas imagines in exemplaribus inueniri, gignentiūq; omnium ad inſtar cēræ, formas & ſignificationes ex illa exemplorum figuratione ſignari. τὰς δύο, quas aſſentias dicimus duas eſſe ait, per quas cuncta gignātur, mundusq; ipſe, quarum una cogitatione ſola concipitur, altera ſenſibus ſubijci poteſt. Sed illa quæ mentis oculis cōprehenditur, ſemper, & eodem modo, & ſui par, ac ſui ſimilis inuenitur, ut quæ uere ſit. Etenim altera opinione ſenſibili, & irrationabili æſtimanda eſt, quam naſci, & interire ait, & ſuperior uere eſſe memoratur. hanc uere non eſſe, poſſumus dicere. Et primæ quidem ſubſtantiæ uel eſſentiæ primum deum eſſe, & mentem, formasq; rerum, & animam, ſecundæ ſubſtantiæ, omnia quæ informantur, quæq; gignuntur, & quæ ab ſubſtantiæ ſuperioris exemplo originem ducunt, quæ mutari, et conuerti poſſunt, labentia, & ad inſtar fluminum profuga adhuc illa,

quam dixi intelligendi ſubſtantia, quoniam conſtanti nititur robore, & quæ de ea diſputantur, ratione ſtabili, & fide plena ſunt. At huius quæ ueluti umbra & imago eſt ſuperioris, rationes quoq; et uerba, quæ de ea diſputantur, inconſtanti ſunt diſciplina. Initiũ omnium corporum materiam eſſe memorauit. hanc et ſignari impreſſione formarum. hinc prima elementa eſſe progenita, ignem, & aquam, terram et aera, quæ ſi elementa ſunt, ſimplicia eſſe debent, neq; ad inſtar ſyllabarum, nexu mutuo copulari. Quæ iſtis euenit, quarum ſubſtantia multimoda poteſtate, commiſtione conficitur, quæ cum ordinata, permiſtáq; eſſent, ab illo ædificatore mundi deo, ad ordinem, numerus, et mẽſuris, in ambitum deducta ſunt. Hæc è plurimis elementis ad unum redacta eſſe, & ignem quidem et aëra, et aquam habere principium ex trigono, quæ fit anguli recti, non paribus angulis, et prioris quidem formæ tres ſpecies exiſtere, pyramidem, et octangulã, & uigeſies angulam, ſphæram, non paribus, terram uero, directis quidem angulis, trigonis, & paribus eſſe, et prioris quidem formæ tres ſpecies exiſtere, pyramidem, octangulam, et uiginti angulam, ſpheram et pyramidem figuram ignem in ſe habere, octangulá uero aeris, angulatam uigies ſphæram aquæ dicatam eſſe. Equipedum uero trigonum efficere ex ſeſe quadratum. Quadratum uero cubum, quæ terræ fit propria. Quapropter mobilem pyramidis formam igni dedit, quod eius celeritas agitationi uideatur eſſe cõſimilis. Secundæ uelocitatis octangula ſphæra eſt. Hãc aëri detulit, q leuitate et pernicitate poſt ignẽ ſecundus

esset. Vigesialis sphæra est loco tertio. Huius forma fluida et uolubilis, et aquæ simulior est uisa. Restat tesserarum figura, quæ cum sit immobilis, terræ constantiam non absurde sortita est. Et alia initia inueniri forsitan posse, aut quæ deo nota sunt, uel ei qui sit dijs amicus. Sic de primis elementis igni et aqua, cæterisq; & illa constare particulatim animalium, & inanimantium corpora, rundumq; omnem ex omni aqua, totoq; igni, & aeris uniuersitate, cunctaq; terra esse factum, & non solũ nullam horum partem extra orbẽ relinqui, sed nihil quidem eius & extrinsecus inueniri. Hæc autem inuicem ex se apta & connexa esse. Itaq; in igne atq; in terra et aqua et aere esse situs, et sicut ignis aeris cognatione coniungitur, ita humor affinitati terrenæ iungatur. Hinc unum esse mundum, & in eo omnia, nec relictum esse locum, neq; elementa supereſſe, ex quibus alterius mundi corpus possit esse. Ad hæc attributa est ei perpetua iuuentus, & inlesa ualitudo. Eoq; nihil præterea extrinsecus est relictum, quod corrumpere posset eius ingenium, et si supereſſet, non eum læderet, cum ita apud se ex omni parte compositus atq; ordinatus foret, ut aduersantia et contraria naturæ disciplinæq; eius officere non possent. Itaq; autẽ perfectissimo et pulcherrimo mũdo instar pulchræ & perfectæ sphæræ à fabricatore deo quæsitum est, ut sit nihil indigens, sed operiens omnia, coercensq; continua, pulcher & admirabilis, suiq; similis, sibiq; respondens. Hinc illi et septẽ motus locorũ habeãtur, progressus et retrocessus, dexteriorus ac sinistri, sursum et deorsum nitentium, et quæ in gyrũ cir-

cuitumq; torquentur. Hæc una mundo relicta est sapientiæ et prudentiæ propria, ut rationabiliter uoluere tur. Et hunc quidem mundum nunc sine initio esse dicit, aliàs originem habere, natumq; esse. Nullum autem eius exordium atq; initium esse, ideoq; semper fuerit. Natiuum uero uideri quod ex his totius naturæ & substantia constet, quæ nascendi sortitæ sunt qualitatem. Hinc & tangitur & uidetur, sensibusq; corporis est obuius. Sed quod ei nascendi causam deus præstitit, ideo immortalis est semper futurus. Animã uero animantium omnium non corpoream esse, nec sanè perituram, cum corpore fuerit absoluta, omniq; gignentium esse seniorem, atq; ideo & intemperare, & regere ea quorum curam fuerit diligentiamq; secuta, ipsamq; semper, & per se moueri, agitatricem aliorum, quæ natura sui immota sunt, atq; pigra. Sed illam cœlestem animam, fontem animarum omnium optimam, & sapientissimam uirtutem esse genitricem, subseruire fabricatori deo, & præstò esse ad omnia inuenta eius annunciat. Verum substantiam mentis eius numeris, & modis consici, congeminatis, ac multiplicatis argumentis, incrementisq; per se, & extrinsecus partis, & hinc fieri, ut musicæ mundus, & canore moueatur, naturasq; rerum binas esse & earum alteram esse, que ueniat in mentem quam quidem δοξαστὸν, idest opinabilem appellat ille, & quæ uideri oculis, & attingi manu possit, alteram cogitabilẽ, & intelligibilem. Detur enim uenia nouitati uerborum, rerum obscuritatibus seruienti, & superiorem quidem partem mutabilem esse, ac facilem contuenti.

Hanc autem, quæ mentis acie uidetur, & penetrabili cogitatione percipitur, atq; conſpicitur, incorruptam, immutabilem, conſtantem, eandemq; & ſemper eſſe. Hinc & duplicem rationem, interpretationemq; dicit. nanq; illa uiſibilis, fortuita, & muta, perſeueranti ſuſpitione colligitur. At hæc intelligibilis, uera, perenni, & conſtanti ratione probatur eſſe. Tempus uero ævi eſſe imaginem, ſiquidem tempus mouetur, & perennitas fixa & immota eſt natura, et ire in eam tẽpus, & in eius magnitudinem finiri, ac diſſolui poſſe, ſiquando hoc decreuerit fabricator mundi deus. Eiuſdem temporis ſpatijs menſuras mundanæ conuerſationis intelligi. Solis quippe & lunæ globum, hoc facere, cæteraſq; ſtellas, quas recte erroneas et uagas dicimus, noſtræ enim ſuper earum curſibus opiniones, diſputationesq; poſſunt in errorẽ intellectum inducere. Cæterũ ille rerum ordinator ita reuerſiones earum, ortus, obitus, receſſus, moras, progreſſusq; conſtituit, ut ne modico quidẽ errori locus eſſet. Dies quippe cum noctibus menſium ſpacia compelere, menſes uicißim annorum orbes inuoluunt, nec prius, q̃ ſigna hæc in lucem ardere cœperunt, iniri potuerunt temporũ numeri, peritura eſſe obſeruationẽ cõputationis huius, ſi hic olim chorus antiquus ſteterit, nanq; ut menſuræ et reuerſiones temporũ noſcerẽtur, circuitusq; mũdi uideretur, ſolis intenſa ſunt lumina uicißim, ut ges deſyderata proueniret animantibus, opacitas eſt inuenta noctis, menſesq; effici, cũ luna circuli ſui cõpleto curriculo, ad eũdẽ locũ reuertatur. Anni uero ſpatia cõcludi, cum ſol quadrinas temporũ contigerit uices, et ad idẽ ſignum

fuerit inuectus. Horum enumeratio in se reuertentiũ, et à se proficiscentiũ intellectu cogitationis inuenit. Esse autem stellarũ nihilominus cæteros ambitus, legitimus curriculis perpetuo seruatis, quos uix hominum solertia comprehendit. Vnde fit, ut et magnus ille uocitatus annus, facile noscatur cuius tempus implebitur cum uagantium stellarum comitatus ad eundẽ perueneri t finem, nouumq; sibi exordium, & itinera peruias mundi reparauerit. Globorum uero cælestiũ inter se nexorũ per uices mutuas, omnium supremum esse eum, q inerrabili meatu censetur, eius amplexu cæteros coercẽri, et esse ἀπλανῆς primum ordinem, secundũ Saturno datum, Ioui tertium, Martem quartum tenere, quintũ Mercurio dari, sextum Veneris esse, septimum Solis itineribus incẽdi, octauũ metiri Lunã exi de elementis omnia ac principijs occupari. Ignẽ autẽ alijs superiorẽ esse, mox aëris locum. Hinc aquæ proximũ, et tunc globũ terræ in medio situ æqualẽ locõ, ac figura, immobilẽ stare. Hos astrorũ ignes, sphæris affixos perpetuis, atq; indefessis cursibus labi, et hos animales deos dicit esse. Sphærarũ uero ingenium ex igne coalitũ et fabricatũ. Iã ipsa animantiũ genera in treis species diuiduntur. Quarum una est ex natura ignis eiusmodi, qualẽ Solẽ et Lunã uidemus, cæteraq; siderũ stellas. Alterũ ex aëria qualitate, hãc esse dæmonũ dicit, tertium ex aqua terraq; coalescere, & mortale genus corporũ ex eo diuidi, terrenũ atq; terrestre. Sic enim χερσαῖα censuit nominanda, terrenũq; esse arborũ, cæterarũq; frugũ, quæ humi fixæ, uitã trahunt. terrestria uero quæ alit ac subsinet tellus. Deorũ tri-

nas nuncupat ſpecies, quorũ eſt unus ſummus, primus et ſolus ille, ultramundanus, incorporeus, quem patrẽ & architectum huius diui orbis ſuperius oſtendimus. Aliud genus eſt quale aſtra habent, cæteráq; numina, quos cælicolas uocamus. Tertiũ habent quos modioximos Romani ueteres appellant, quod ex ſui ratione et loco et poteſtate dijs ſummis ſunt minores, hominum natura profecto maiores. Sed omnia quæ naturaliter et propterea recte feruntur, prouidentiæ cuſtodia gubernantur, nec ullius mali cauſa deo poterit aſcribi. Quare hæc omnia ad fati ſortem arbitrantur eſſe ferenda. Ita enim definit, prouidẽtiam eſſe diuinã ſententiã, conſeruatricem proſperitatis eius, cuius cauſa tale ſuſcipit officiũ. Diuinam legem eſſe fatum, per quod ineuitabiles cogitationes Dei, atq; inœpta cõplẽtur. Vnde ſiquid prouidentia agitur, id agitur etiã fato, & quod fato terminatur, prouidentia debet ſuſceptum uideri, et primam quidẽ prouidentiã eſſe ſummi, exuperantiſſimiq; deorũ omniũ, q non ſolũ deos cælicolas ordinauit, quos ad tutelam, et decus, per omnia mundi membra diſperſit, ſed natura ẽt mortales deos, q præſtarẽt ſapientia cæteris terrenis animãtibus, ad æuitatẽ temporis edidit, fundatisq; legibus reliquariũ diſpoſitionũ, ad tutelã rerũ, quas quotidie fieri neceſſe eſt dijs cæteris tradidit, unde ſuſceptã prouidentiã dij ſecundæ prouidentiæ ita grauiter retinent, ut omnia ẽt, quæ à cœleſtibus mortalibus exhibẽtur, ĩmutabilẽ ordinationis paternæ ſtatũ teneãt. Dæmones uero, quos genios et lares poſſumus nũcupare, miniſtros deorũ arbitrãtur, cuſtodesq; hominũ, et interpretes, ſiqd à dijs ue

lint, nec sane omnia referenda ad uim fati putat. Sed esse aliqd in nobis, & in fortuna nó nihil, et fortunæ improuidos casus ignorari à nobis fatetur. Instabile enim quiddã, & incurrens intercedere ea solere, quæ cõsilio fuerũt, et meditatione susceptæ, quæ nó patiantur, meditata ad finem uenire, et tunc quidẽ, tum impedimentum illud utiliter prouenit, res illa felicitas nominatur. At ubi repugnationes istæ nociuæ erunt, infelicitas dicitur. Omniũ uero terrenorũ, nihil homine præstantius, prouidẽtia dedit. Quare ijdẽ homines bene pronunciarũt esse animã cõporis dominã. Atenim cum tres partes animi dicat esse rationabilẽ, idest mentis optimã portionẽ, hanc ait cãpitis arcem tenere. Irascentiã uero procul à ratione, ad domicilii cordis deductam esse, obseq eã et respõdere in locõ sapiẽtiæ. Cupidinẽ atq; appetitus postremam portionẽ, infernas ab domnis sedes obtinere, ut popinas quasdã et latrinarũ latebras, diuersoria nequitiæ atq; luxuriæ. Relegatã uero icirco lõgius à sapiẽtia hanc partẽ uideri ne importuna uicinitas, et rationẽ cõstitutã desup cunctorũ saluti, in ipsa cognationũ uicinitate perturbaret. Totũ uero hominẽ in cãpite uultuq; esse. Nanq; prudẽtiam, sensusq; omnes, non aliâs, q̃ illa parte cõporis cõtineri. Cætera enim mẽbra ancillari, et obseruire, cibos & alia subministrare, uectare, ut in sublime possit, ut domino atq; rectorẽ, prudentiaq; eius à periculis uẽdicare. Sed machinamenta qbus ad sentiendas diiudicandasq; qualitates sensus instructi sunt, ibidẽ erga regiã cãpitis constituta, in cõspectu rationis, ut intelligendi atq; pſentiẽdi ueritas adiuuetur. Sẽsus uero ipsi ad ea

quæ sunt sensibilia, apte composita, naturæ intelligentiã cognatam tenent, ac oculorum acies perlucidas esse, eas quadã luce uisionis illustres, noscendi literas officium tenere. auditionẽ uero aereæ naturæ participẽ, aereis nuncijs percipere sonores. Iam gustus commendatos, tactum etiã terrenũ atq; corporeũ solidiora, quæcunq; contingi offendiq; possunt sentire. Eorũ etiam quæ corrupta imitãtur, separanda uis intelligenda est. In media nanq; regione oris nares natura constituit, quarũ symphonia odor cũ spiritu commeat conuersiones, aut mutationes odoratus causas dare, easq; de corruptis, uel adustis, uel madescentibus, uel madefactis sentire, cum quidẽ ea quærũtur uapore, et fumo exhalantur, odor in his iudiciũ, sensusq; succedunt. Nã si restent integre, et aer purius nunq̃ eiusmodi auras inficiunt. Et sensus quidẽ ipsi nobis communes sunt cũ cæteris animantibus. Atenim hominis solertia eiusdem modi beneficio diuino instructior aptiorq;, quod auditus ille est uisusq; præstantior oculis, nãq; metitus est cœlũ siderũ circuitus, et astrorũ obitus atq; ortus, cũ significantibus spacia cõprehendit, ex quo pulcherrimus et uberrimus fons ille philosophiæ profluxit. Auditu uero quid homini magnificentius potuit euenire? per quẽ prudentiam sapientiamq; disceret numeresq; orationis metiretur, ac modos faceret, fieretq; totus ipse modulatus ac musicus. Lingua & dentiũ uallũ, & ipsius osculi uenustas accessit, quod quidẽ alijs animantibus ad explendã uictus necessitatem, inferẽdasq; uentri copias comparatũ est, sed hominis promptuariũ potius rectæ rationis, & suauissimæ datum est, ut quæ pru-

dentia cõrde cõcæperit, ea sensa promat oratio, sed to tius cõporis habitus et figura membrorum alia condi tióe sunt optima, alia lõge peiora. Inferiora regũtur optimatum præstantia, et ipsa ministeriũ suggerunt ui ctuale. Pedes deniq; humotenus capiti obediunt, ac su perciliorum sepes præmuniunt oculos, ne desuper pro ruat, quod teneras uisiones, mollesq; perturbet. Pulmo nes loco, ac sui genere, cordi plurimum cõsulunt. Cũ exardescit ira, trepidãsq; celerioribus motibus uertex cordis ipsius madens sanguine, pulmonis excipitur mol litia, siti, frigore. Splenem uero iecori nõ frustra esse fi nitimum, ut eius redundãtia participatis hausti bus re leuet, abstergãtq; ea, quæ sordium fuerint, purũq; ac sincerum præstet, quod maxime fibris est cõmodũ. Ventrem gyris intestinorũ arcũplexum, et nexibus impeditum esse, ne cõsulenta et poculenta sese penetra rent, sed ut retenta paulisper utilitatem sui, et sensum animantibus exhiberent, neq; exhaustis et labentibus ijs, quæ inferũtur, momẽtis omnibus appetendi cibi ne cessitas immineret, et ad hæc unũ occupari nobis dies, noctesq; esset necesse. Viscæribus ossa sunt tecta, eadem reuincta sunt neruis, et tamen ea, quæ sunt internũtia sentiẽdi, sic sunt operta uiscæribus, ne crassitudine sen sus hebetentur. Illa ẽt quæ in iũcturis et cõpulis nexa sunt, ad celeritatem facilius semouendam, haud mul tis impedita sunt uiscæribus. Deniq; ipsius capitis uerti cem spectã contectũ tenui cute, capillisq; hirsutũ uide bis, aduersum uim frigoris, et caloris. Quid de cibatu ipso loquar? quẽ itinera ex utero manãtia, fibris iecõ ris adiũcta dispertiũt in cruoris similitudinẽ uersum,

ut eũ ex eo loco ꝓ omnes artus natura ſolers deriuari faciat. Sed regione cordis uenarũ meatus oriũtur, ꝓ pulmonis ſpiracula uiuacitatẽ transferentes, quam de corde ſuſceperunt, et rurſus ex illo loco diuiſæ per mẽbra in totum hominem iuuant ſpiritum. Hinc ille anhelá di uices huiuſtæ, redditæq; alterno modo, ne nimiis ꝑpediantur occurſibus. Venarũ diuerſæ ſuæ qualitates, quas ad procurrandum è regione ſeruitiũ, per medullas renum commeare, & ſuſcipi ignium loco certum eſt, et rurſum uenarũ genitale ſemen humanitatis exire. At cum totius corporis dicat eſſe ſubſtantias, primá uult uideri ex igne & aqua & cæteris elementis, aliam ex conſimilibus partibus uiſcerum, oſſiculorũ, cruoris, & cæterorum, tum eam de diſcrepantibus diuerſiſq; membris, ideſt capite, utero, et articulis diſparibus, unde ſubſtantia, quæ de ſimplicibus conſtat elementis, ſi id, quod ex neceſſitate uictus extrinſecus arrogatur, quomodo congruit generi ſingulorum qualitatem corporis temperiemq; cuſtodit, et illis quæ de conſimilibus robur, his quæ inter ſe diſparia ſupradiximus, pulchritudinem nutrit, et ſimul æqualitas iſta, ſicci, humidi, feruentis, ac frigidi, ſanitatem, uires, ſpeciemq; largitur, ſicut illa intemperans atq; immoderata permiſtio ſingulis uniuerſiſq; uitiatis aliis celeri exitio corripitur. Tripartitam animã eſſe dicit, primá eius rationabilem eſſe partem. Aliã ex cã deſcentiam, uel irritabilem. Tertiam appetitum eandemq; cupiditatem poſſumus dicere. Sed tunc animanti ſanitatẽ adeſſe, uires, et pulchritudinem, cum ratio totam regit, parentq; inferiores duæ partes, cõcordesq; inter ſe iracũ

dia, & uoluptas, nihil appetunt, nihil mouent, quod inutile esse dixerit ratio. Eiusmodi ad æqualitatẽ partibus animæ temperatis, corpus nulla pertubatione frãgitur. Alioqui inuehit ægritudinem, inualentiamq; & fœditatem, cum incompositæ & inæquales inter se erunt, cum iracentiam & consilium subegerit, sibiq; subiecerit cupiditas, aut cum domnam illam, reginamq; rationem licet obsequente & placata cupidine ira flagrantior uicerit. Sed ægritudinem mentis stultitiam dicit esse, eãq; in partes duas diuidit, quarũ unam imperitiam nominat, alterã insaniam uocat, & imperitiæ morbum ex glorioſa iactatione cõtingere, cum eorũ quorum ignarus est aliquis scientiã mentitur. Furorem uero pessima consuetudine et libidinosa uita solere euenire, hancq; insaniam nominari, quã uitiosa qualitas corporis prodidit, cũ ea quæ sunt rationi parata in ipso uerticæ importunis auxilijs cõartantur. Atenim tunc hominẽ esse perfectum, cũ anima et corpus æqualiter cõpulãtur, et iter se conueniũt, sibiq; respõdent, ut firmitas mentis prævalentibus corporis uiribus nõ sit inferior. Corpus uero tunc natiuis incrementis augetur, cũ ualitudinis portio procuratæ salubriter modũ necessarij uictus nescit excedere, nec ualitudo obteritur magnitudine externorũ laborũ, nec pabuli sarcinæ immoderatius inuecti, uel nõ ut oportet digesti, distributiq; p corpus. Tũc enim artus ac mẽbra uigoris debiti modũ, et uires retinẽt, cũ id quod infertur ad totius corporis conseruationem, ueluti singillatim exæquatum cunctis partibus diuiditur. Verum enimuero cum id minime fit, tunc seq exitiũ corporis.

FINIS.

FRANCISCVS ASVLANVS LECTORI. S. P. D.

Omnia, quæ ex uetustate habemus lector tandiu probare debemus, quandiu illis meliora recentiores nó pepererint. Húc L. Apuleij librum ex Aristotele tralatum maiores nostri certatim commendare uisi sunt, quod multa ibi legerentur, quæ nemo alius de latinis scriptorib. tractaret. Sed mihi omnes uisi sunt parũ prudenter agere. nam pleraq; omnia uel ineleganter, uel falsò in latinum uertuntur. id autẽ colligere possumus ex interpretatione Petri Alcyonij uiri et græcis, & latinis literis eruditissimi, & philosophandi laude insignis. qui propterea hunc ipsum Aristotelis librum de græco in latinum uertendum suscepit, ut insaitiam Apuleij in uertendo, & intelligendo declararet, simul apud omnes testatum relinqueret, quanta de ueterib. etiam scriptorib. leguntur, quæ tametsi tota legenda sunt, tamen tota non uideantur probanda. Vale & hunc ipsum Aristotelis de mundo librum, et multa alia ab eodem ipso Petro Alcyonio uersa, nostris q; typis efficta, expecta.

L. APVLEII LIBER CVI INDEX EST COSMOGRAPHIA, SIVE DE MVNDO AD FAVSTINVM FILIVM.

CONSYDERANTI MIHI & diligentius intuẽti ſæpe aliâs Fauſtine mihi uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum, diuinarũ particeps rerũ philoſophia uidebatur, & nunc maxime, cum naturæ interpretationem, & remotarũ ab oculis rerum inueſtigationẽ ſibi uindicet. Nam cũ cæteri magnitudine rei territi, eiuſmodi laborem arduum & profundum exiſtimarent, ſola philoſophia ſuum non deſpexit ingenium, nec indignam ſe exiſtimauit, cui diuinarũ et humanarum rerum diſceptatio deferatur, ſed conducere ac decere tã bonas artes et eiuſmodi operã cum ingenuitate profeſſioni ſuæ cõuenientẽ, et cõgruere iſtiuſmodi curam talibus ſtudijs & moribus. Nã cum hoies mundũ eiuſq; penetralia cõpore adire nõ poſſent, ut è terreno domicilio illas regiones inſpicerent, philoſophiã ducem nacti, eiuſq; imbuti inuentis, animo peregrinari auſi ſunt per cœli plagas, his itineribus, quæ exploratione acumnis ſui, peruia ſapientiæ, ſolis cogitationibus uiderant, ut cũ ipſius interualli conditione à mũdi uicinia natura nos ſecretos eſſe uoluiſſet, imenſitati tamen eius uolucriq; curriculo cogitationum noſtrarum nos pernicitas intimaret, facilimeq; ea, de quibus origo eius eſt, anima diuinis oculis ſuis aſpexit & agnouit, alijs etiam eius

scientiam tradidit, ueluti prophetæ quidam, qui dum deorũ maiestate completi sunt, effantur cæteris, quæ diuino beneficio soli uident. Quare & eos qui nobis unius loci ingenia qualitatesq; describunt, aut mœnia urbis, aut alicuius amnis fluenta, aut amœnitates & magnitudines montium, alia multa descripta ab aliis pleriq; studiose legunt. Nysæ iuga, & penetralia Cirrhæ, et Olympi sacra, et Oßæ ardua, et alia huiuscemodi sola dũtaxat et singula extollunt, quorum miseret me, cum tantopere, nec magnis et oppido paucis inexplebili admiratione capiũtur. Hæc illis euenire adeo non est admirabile, cum nihil maius suspexerint, neq; ad aliquid intenderint, quod maiore diligentia contemplandũ esset. Cæterũ si terrarum orbem omnemq; mundum contemplari pariter aliquando potuissent, minus exiguas eius et singulas partes dignas laudibus credidissent, quibus esset uniuersitas comprehensa. Quare nos Aristotelem prudentissimum et doctissimum philosophorum, & Theophrastum authorem secuti, quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione, naturas et officia complexi, & cur, et quẽadmodum moueantur, explicabimus. Mundus omnis societate cœli & terræ constat, et eorũ naturis, quæ utriusq; sunt. Vel sic. Mundus est ornata ordinatio, dei munere, deorũ recta custodia, cuius cardinem, sic enim dixerim κέντρον, robustum, et ímobilẽ genitrix atq; altrix animantiũ omniũ habet tellus, supernis omnibus, ut uideri potest, aëris liquiditate, ad modũ tegminis septis et opertis. Vltra deorũ domus est, quod uocamus cœlũ, quod q-

dem diuinis corporibus onustū uidemus igmibus pu
cherrimis et perlucidis solis et lunæ, et reliquorum
syderum, cum quibus fertur per orbem, dierum no-
ctiumq; curriculis, agens stellarū choros intimo lapsu,
finem nulla æui defectione factura. Sed cum omne
cœlum ita reuoluatur ut sphæra, eam tamen radici-
bus oportet teneri, quas diuina machinatio uerticibus
affixit, ut in tornando artifex solet forcipe materiam
comprehensam reciproco uolumine rotundare. Eos po
los dicamus, à quibus uelut à cardinibus directio quæ=
dam profecta, axis est dictus, diuisor & discrimna
tor mundi, orbem terræ in medietate constituens. Ve-
rum hi uertices, quos immobiles diximus, ita sunt, ut
supra caput alter appareat ex parte boreæ, qui septen
trionalis uocatur. Alter antarcticus humo tegitur, hu
midis & austrinis uaporibus mollis. Sed cœlū ipsum
stellæq;, omnisq; siderea compago æther uocatur, nō,
ut quidam putant, quod igneus sit & intensus, sed q
cursibus rapidis semper rotetur. Elementum non unū
ex quatuor quæ nota sunt cunctis, sed longe aliud, nu
mero quintum, ordine primum, genere diuinum, &
inuiolabile. Iam astrorum innumerabilis multitudo
partim labitur cum orbis inerranti regione, quā cir
culorum ambit signifer, obliqua complexione circun=
datus, & signis duodecim illuminatus, partim erran-
tibus stellis, quæ neq; priorum motus habent, nec sa-
nè inter se simulem & æqualem, sed affixæ diuer-
sis globis, inordinatæ, ut sic dixerim, ordinem seruāt,
aliæq; ultra sunt, aliæ citra stellæ, quæ propter na-
turam eiusmodi, nullis creditur erroribus uagæ, &
infinitos numero greges ducunt, & simplex ætheris

dem diuinis corporibus omnium uidemus, ignibus pul
dorsum alma & sacrata amœnitate lucis coronant.
Septem uero deorum illustres, totidem orbibus affixæ
sunt, & gradatim sibimet superlatæ, ut superior in-
feriore sit maior, ac uicissim mutuis adhæsionibus ne-
xæ, complexu illius orbis, qui inerrabilis dicitur, con
tinentur. Hic Phenonis globus, quem appellamus Sa-
turnum. Post quem Phaëthon secundus est, quem Io-
uem dicamus, & loco tertio Pyroeis, quem multi Her
culis, plures Martis stellã uocant. Hanc sequitur Stil-
bon, cui quidam Apollinis, cæteri Mercurij nomen de-
derunt. Quintus Phosphorus Iunonia, immo Vene-
ris stella censetur. Deinde Solis est orbis, & ultima o-
mnium luna, altitudinis ætheriæ principia discrimi
nans, quæ diuinas & immortales uiuacitates ignium
pascens, ordinatis ac semper æqualibus inuectionibus
soluitur, atq; reparatur. Post eã uero pars est, quæ san
cti ætheris finibus coercetur, cuius mensu appensúq;
distincta est natura immutabilis regio, & mortalis
ac iam penè terrena, cuius primæ sunt partes tenuio
res & uaporatæ. Quippe cum finitimis ætheriis at
tingantur ardoribus, quantum maximis parua, &
quantum rapidis possunt pigriora contingi. Sed ex ea
parte, qua curriculis finitimi inuritur solis eiacularí
atq; emicare flammæ quædam, ostendere se oculis no
stris uidentur, quas græci Cometas, & Docidas, et Bo
thynos appellant, quasq; labi & fluere frequẽter ui
demus, lucere, facilius q; restingui. Exinde inferioris
aëris qualitas turbidior, infunditur, cui permixtus est
glacialis rigor. Sed superioris uicinia claritatis, et pro-

pinqui cæloris afflatu nitescit, ac syncæriore interdum luce uescitur. Huius sæpe mutabilis conuertitur species, cum sit natura uariabilis in nubes cogitur, & reciprocis flabris aperitur, & nimbis uehementibus rũpitur, niuibus etiam et glacie inhorrescit, et præcipitẽ grandine desuper uerberatur, turbine, flatibus, Typhonisq; conflictu fit procellosa. Sed telis fulmnum et missilium cœlestiũ iaculis ignescit. Aëri terra coniungitur, eaq; suscipit maria, et frequentatur animantibus. Hæc syluarũ uiriditate uestitur, et fontiũ perennitate recreatur. Hæc flumnũ frigidos lapsus, nunc erroribus terrenis uehit, modo profundo in mari cõfundit. Eadem infiniti coloris flores, altitudine montium, camporumq; æqualitate, nemorũ opacitate uariatur, sinuosis iflexa litoribus distincta insulis, uillulis urbibusq; colluens, quas sapiens genus homo cõmunibus usibus fabricauit. Nec sum nescius, pleroſq; huius operis authores terrarum orbem ita diuisisse, partem eius insulas esse, partem uero continentem uocari, nesciũ omnes hanc terrenã immensitatem atlantici maris ambitu coerceri, insulamq; hanc unam esse cum insulis suis omnibus. Nã simules, huic alias, et alias minores circunfundit oceanus, quæ tamen merito uidẽtur ignotæ, cum ne hanc qdẽ, cuius cultores sumus, oẽs peragrare possimus. Nã sicut hæ insulæ interfluũtur, quæ sunt in nostro mari, ita illæ uniuerso salo fretis latioribus ambiuntur. Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicantur, & quinq; coniuges copulæ his ordinatæ uicibus attinentur, ut adhæreant etiam grauioribus leuiora, aquã in se habet tellus, et aqua,

ut alij putant, uehit terrã, aer ex aqua gignitur, ignis ex aëris condensitate conflatur, æther uicissim, igneſq; illi immortalis dei uiuacitate flammantur. Huius diuini ignis origine incensi, per totius mundi cõnexa, illustribus facibus igneſcunt superna. Quapropter dii superas sedes habent, infima cæterorum animantiũ terrena possident, & erumpunt, scatent flumina, fontes & maria, quæ meatus, & lacunas, et origines habent in gremio terræ. Ipsarum uero insularũ quæ sunt in nostro mari dignæ memoratu Trinacria est, Eubœa, Cyprus, atq; Sardinia, Creta, Pelopõneſos, Leſbos. Minores autem aliæ ut nebulæ quidem per apertas pòti sunt sparsæ regiones. aliæ cyclades dictæ quæ frequentioribus maribus aluuntur. Maria maiora sunt Oceanus, et Athlanticum, quibus orbis nostri terminantur anfractus. Sed occiduarum partium mare per anguſtias oris arctatum in arctiſſimos sinus funditur. & rursus à columnis Herculis refusum in immensam latitudinem pãditur, sæpiusq; cœuntibus terris ueluti quibusdam fretorum cæruicibus procedentibus & idem rursus cedẽtibus terris est immensum. Primum igitur columnis nauigantibus dextros latus duobus finibus maximis cingitur, quorum primus duas syrtes habet, alter imparibus quidem sinuatur figuris, sed in maxima diuisus est maria, quorum unũ Gallicum dicitur, alterum Africum. quod quidem Aristoteles Sardinienſe maluit dicere. Tertium Adriaticum pelagus. His iungitur siculum & post creticum, en in discretis finibus, pamphilicum, syrium, ægyptium, sed ante regia myrtoa sunt maria. His sanè

uicinus est pontus, sinus amplissimus maris nostri, cuius extremus recessus in Mæotin senescit et ex hellesponti fontibus concipitur, uestibulumq; eius proponti uocatur. Ab ortu solis Oceanus est indicum et persicum mare conferens. Hinc patescunt finitima rubri maris, quæ per angustas longinquasq; fauces in hyrcanium & caspium flectuntur, simul utraq; profundæ uastitatis esse maria creduntur. Deinde paulatim scythicum & hiberum fretum, & rursum mare per quod gallicum atq; Gaditanas columnas circumuectus oceanus, orbis nostri metas includit. Sed in altera parte orbis iacēt insularum aggeres maximarum. Britaniæ duæ Albion, & Ierna, quas supra diximus esse maiores. Verū hæ in Celtarum finibus sitæ sunt. Minores uero ultra indos Tabrobana, & Phebol multæq; aliæ urbes admodum sparsæ. Hanc nostram insulam, idest hunc terrarum orbem, quam maximam diximus ornamentis suis pingunt, & continuatione ut quibusdam sertis coronant. At enim huius terræ quam nos colimus latitudo. XL. prolixitas. LXX. stadiorum tenet. Sed in diuisione terrarum orbis. Asiā & Europam, & cum his sicut plures Africam accepimus. Europa ab herculis columna usq; ponticum et hyrcanum mare ac flumen Tanain fines habet. Asia ab ijsdem angustijs pontici maris usq; ad alias angustias quæ inter arabicum sinum & interioris ambitum pelagi iacet, constringiturq; oceani cingulo & societate nostri maris. Sed alij alio modo ut quidam ab exordio Tanais usq; ad ora Nili Asiæ terminos metiuntur. Africam uero ab isthmo rubri maris, uel ab

ipſis fontibus Nili oriri putant, eiuſq; in gaditanis locis fines eſſe. Sed ipſam Aegyptum pleriq; Aſiæ plures Africæ adiungunt ut inſularum ſitus, ſunt qui eá finitimis locis comprehendunt: & ſunt qui in alia diuiſione eas habẽdas putant, De mari ſatis dictum. Terrenæ uero ita ſe habent exhalationes, quas duas eſſe dicunt tenues & frequentes, uixq; uiſibiles ad ſuperiora minari & gremio telluris nebularũ agmina halitu amnium fontiumq; conſtare matutinis temporibus craſſiora. Harũ altera arida eſt atq; conſimilis quæ terrenis reluctationibus ſurgit, altera humida et gelida. Hãc effluentis ſuperioris vaporis natura ad ſe trahit: & ex hac quidem, nebulæ. rores. pruinæ. nubila. hymbres. nix. atq; grando generatur. De illa ſuperiore quam diximus ſiccam uerti, aquæ flammæ fulmina atq; aliæ ignitorum telorum gignuntur plurimæ ſpecies. Nebula conſtat aut ex ortu nubeculæ aut ex eius reliquiis. Eſt autem exhalatio uaporata, humore uiduata aere craſſior, nube ſubtilior, cui ſerenitas abolitionem infert. Nec aliud eſt ſerenitas, quàm aer purgatus caligine & perſpicue ſincerus. Ros uero nocturnus humor eſt, quem ſerenitas tenuiter ſpargit. Glaciẽ dicimus humorem, ſereno frigore concretum. Huic eſt pruina conſimilis, ſi mollicies roris matutinis frigoribus incanuit. Ergo aer actus in nubem nubilum denſet, & ea craſſitudo aquarum fœtu grauidatur. Hymber exprimitur, cum inter ſe urgentur nubium denſitates, totq; diuerſitatibus pluuiæ cadunt, quot modis aer nubium conditionibus cogitur. Raritas enim nubium ſtillicidia diſpergit. Quæ concre-

tæ uehementius effundunt agmina largiora, & eas aquas, quas hymbres uocamus, à quibus hoc differũt nimbi, quod pluuia iugis est, nimbus autem quãto repentinior est, tanto uehementior, et quanto improuisior & præcipitatior est, tanto breuiore casu restingitur. Nives autem colligi iactatione densarum nubiũ constat. Nam priusquam in aquam defluant, fractæ ac discissæ spumas agitationibus suis faciunt, & mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit. Hæc uictis nubibus crebrior ad terrá uenit. Eam tempestatem nos Nigorem uocamus, Grandinare uero tunc discis cum aqua nubem lapidoso pondere, & festinante perrumpit, eademq; ui, & ad pernicitatem incitat, & cedente aëris molli cura præcipitatam indignatione uehementi humana uerberat. Hæc sat erũt de ijs, quæ udis elementis, aquosisq; contingunt, uerum aliæ sunt passiones, qui cum impulsu frigidioris aëris uenti generantur. nec enim aliud est nisi multum, et uehemens in unum coacti aëris flumen, hunc spiritum dicimus, licet spiritus ille nominetur, qui animalia omnia extrinsecus uitalia tractus sui uitali, & fœcunda ope uegetat, sicos etiam superiores mundi flatus uentos nominamus, auras uero humidos spiritus. Sed uentorum binæ sunt species. Qui facti è telluris habitu constant. Terrigenæ nuncupantur.

Nunc nomina exequemur, regionesq; uẽtorum. Euros oriens, boreas septentrio, occidens Zephyros, austros medius dies mittit. Hos quatuor uentos alij plures interfluunt. nam quamuis Eurus sit uentus Orientis, idẽ tamen Aparctias incipit nominari cum eum ori-

ens æſtuus emittit. Apeliotes autem uocatur cum meridianis ex montib. procreatur. Eurus eſt quando hyemalis ortus partis emittitur, Zephyrus uero, quem Romana lingua Fauonium nominat, cum de æſtuis occiduis partib. ſurgit Iapygis nomine efferri ſolet. At ille qui prior eſt æquinoctiali plagæ Notus, et Aquilo, qui VII ſtellarum regione generatur & huic uicinus eſt Aparctias. Hic propior eſt ad idem medium, Thracias, & Argeſtes ſunt Indiam flantes in omnib. Auſtrorum illa eſt obſeruanda diuerſitas. nãq; cum de abſcondito polo flatus aduenium Notus eſt, Euronotus ille qui inter notum, atque Eurum medius effringit Lips notus ex duob. unum facit. Excurſores uenti habẽtur qui directu ſpiritu pro flabris reciprocis Cæcias putatur eſſe. Equidẽ hyemales habentur, ut Noti. Eteſiæ frequentiores ſunt æſtate annis. Septentriones ac Zephyri tempeſtates ueris Ornithiæ uenti appellãtur. Aquilonum genus ex aëre prolati minori niſu, nec iugi perſeuerantia ſpiritu perferentes. Atenim procellioſus flatus Catægis dicitur, quẽ præfractum poſſumus dicere Ventus qui de ſuperiore cœli parte ſummiſſus inferiora repẽtinis delationibus quatiat. Turbo enim dicitur, qui repentinis flabris proſilit, atq; uniuerſa pturbat. Vortex ille eſt, uel uti dicitur pinea, cum torquetur humus arida, & ab infimo erigitur ad ſummum. Anaphyſemata græci uocant eos ſpiritus, qui de fundo uel hiatibus terræ exploſi, ad ſuperna maris ſolent deuenire. hi cum maiore ui torti ſunt, fit procella, & à græcis præſter nomen accepit. Sed cum tormẽtum illud ire pergit, denſaſq; & tumidas nubes præ

ſagit·coactasq; collidit, fit ſonitus, & intonat cœlum, non ſecus, acſi commotum uētis mare cum ingenti fragore undas litoribus illidat. At Fauorinus nō ignobilis ſapiens hæc de uentis refert, quatuor Mundi plagis imparem numerum habere uentorum eo, quod ortus, & occaſus mutentur, Terna uicæ cum ſolis accęſſu Meridies, & arctos eaſdem per regiones ſunt notate ortus quippe accępimus æquinoctialem, Soltitialem, Brumalem quib·occaſus redduntur. Eadē interuallorum ratione conuerſæ. Eurus igitur æquinoctialis orientis eſt uentus nec inuenuſte nominis eius fictus eſt. Qui ἀπηλιώτης à Græcis, ſubſolanus à noſtris ſolet dici. Sed qui ab æſtiua. Et ſolſtitialis orientis meta uenit βορέας græce latinæ Aquilo nominatur. Hunc αἰθριηγενέτην quod ſit aliâs ſerenus Homerus ait, Boream uero ἀπὸ τῆς βοῆς quod non ſine clamore ſoleat intonare. Tertium uentum qui ab oriē te hyberno uenit, Græci εὐρόνοτον uocant. Item occidui ſunt ut cæurus qui græce ζέφυρος uocatur id eſt aduerſus Aquiloni, item Fauonius ζέφυρος Euro contrarius, Tertius Africus Lips multurno reflat Meridies uero quoniam eadē ſemper regione ſignatur uno Auſtro. i. noto flatur, et is Septentrionis habet cognomentum. Nūc de nubiū præſagis referā, quando illa profecta nubecula pateceferit cœlum, igneſcunt penetrales ſpiritus, emicatq; lux clara, hoc dicitur coruſcare, et ordine quidem prius tonare oportet, poſtea coruſcare. Quippe ut ignis fertur ad ſaxa attrita, obtutus uelocius illuſtriora contingit, auditus dum ad aures uenit, ſeriore ſenſu concipitur, ita et prius coruſca

re cœlum creditur, & mox tonare. Tum quia ignes pernicitate sui coruscantes dicto citius nostræ uisioni occurrunt, sonus uero uerberati aëris serius indicio sentitur. Flamma uero illa, quam nubium conflictus excussit, si robustiore fuerit incendio, impetu deuehitur in terras, & fulminis habet nomen, atq; formidinem infert. Præsteras uero nominamus cum flammarum in illis minus fuerit. Sed si ignitum non fuerit fulmen typhon uocatur. Sceptos generale omnibus, quæ de nubibus cadunt, nomē est Irin uulgo arquū esse aiunt, quando imago solis uel lunæ humidam & cauam nubem densamq; ad instar speculi colorat, & medietatem orbis eius secat. Rhabdos aūt generis eiusdem ad uirgæ rigorem per longum colorata nubecula dicitur. Alysis est cathena quædam luminis clarioris per solis ambitum in se reuertens. σέλας autem græci uocant incensi aëris lucem. Horum pleraq; iaculari credas, alia labi, alia stare. Iaculatio igitur tunc fieri putatur cum meatu aquæ impulsæ generatus ignis celeritatem sui cursumq; rapidæ festinationis ostendit. Statiua lux est, quàm στηριγμὸν illi uocant, sine cursu iugi, sed prolyxa lux stellæq; fluor, ignitusq; liquor, quicunq; latius panditur cometes uocatur, sed plerunq; luces istæ repentino ortæ statim occidunt. Sed non aquarum tantummodo tellus in se habet fontes, uerū spiritu & igni fœcunda est. Nam quidam sub terra occulti sunt spiritus, & flantes incendia itidem suspirant. Illi etiam ignes, qui terræ secretariis continentur, prætereūtes aquas uaporant & producunt. Longinquitate enim flammæ tepidiores aquas reddunt, ui

cinia feruentiores. At enim illos, quis non admirandos ſpiritus arbitretur cum ex his animaduertat accidere, ut eorum religione lymphantes alij ſine cibo, potúq; ſint, pars uero præſagijs effantes futura, quod in oraculis Delphicis, cæteriſq; eſt. uidi & ipſe apud Hieropolin Phrygiæ non adeo ardui montis uicinum latus nauioris reſeratum, & tenuis, neque editæ marginis ambitu circundatum ſine ut illa, ut poëtæ uolunt Ditis ſpiracula dicenda ſunt, ſeu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio eſt. Proxima quæq; animalia & in aluum prona, atq; proiecta uenenati ſpiritus contagione corripiunt. Antiſtites denique ipſos ſemiuiuos eſſe qui audeant propius accedere ad ſuperna ſemper ſua ora tollentes adeo illis cognita uis mali, & inferiora aëris noxia craſſitate denſa eſt, inferiores quoq; adire, atq; percellere. oppoſito incendio aquæ uruntur, ut phlegethontis amnis, quem poëtæ ſciunt in fabulas inferorum. Sæpe accidit, ut ſtatim ſpiritus per terræ concauas partes errãtes, continerent ſolida terrarum, ſæpius ut ſpiritus creſcente uiolentia, & inſinuantes ſe telluris anguſtijs, nec inuenientes exitum terrã mouerent. His paſſionibus contingit, ut quædam terræ expirent halitus, aliæ uomant ſaxa, nonnullæ cænum. ſunt quæ fontes pariunt inſolentibus locis, peregrinorum fluminum ſaltantes uias. Iſti ſunt motus, quibus ſolum quatitur. Palmatiæ uero appellantur, quorum pauitatione illa quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutant, cum directi tamen rigoris ſtatum retineant. Micetias uocatur tetri odoris inquietudo terrena. Audiuntur mugitus, interioribus gemi-

tibus expressis, cum spiritus inualidus ad terram mouendam per aperta telluris inuentis itineribus progreditur. His talibus marina sunt paria, cum fluctuum concurrentium mole, nunc progressibus litora, nunc recursibus sinus cæsi quatiuntur. Sentitur etiã cœli marisq; cognatio, cum menstruis cursibus lunæ decrementa, & accessus fretorum atq; æstuum deprehenduntur. Verumeninuero, ut quatenus possum de uniuersitate quod sentio, breuiter absoluam. Elementorum inter se tanta discordia est ideſt aëris, maris, atq; terræ, ut admirari minus deceat, si illis incommoda soleant, atq; secunda contingere, particulatim quidem rebus ortus, atq; obitus afferentes, uniuersitatem uero fine atq; initio undicantes. Et quibusdam mirum uideri solet, quod cum ex diuersis atque inter se pugnantibus elementis mundi natura conflata sit, aridis atq; fluxis, glacialibus, & ignitis, tanto rerum diuortio, nondum sit eius mortalitas dissoluta, quibus illud simile satisfaciet, cum in urbe ex diuersis & contrarijs corporata rerum inæqualium multitudo concordat. Sunt enim pariter diuites, & egentes, adolescentes ætas permixta senioribus, ignaui cum fortioribus, pessimi cum optimis congregati, haud profectò quod res est fateantur hanc esse ciuilis rationis admirandam temperantiam, cum quidem de plurimis una sit facta, & simlis sui tota, cum membra dissimilia sint, receptrix sit naturarũ ad diuersa tendentiũ, et fortunarũ per uarios fines, exitusq; pergentiũ, et ut res est contrariorũ per se natura flectitur, et ex dissonis fit unus idemq; consensus, sic mas et fœmna secũ

iunguntur, ac diuersus utriusq; sexus ex dissimilibus simile animal facat, artesq; ipsæ naturam imitantes, ex imparibus paria faciunt. Pictura ex discordibus pigmentorum coloribus, atris, albis, luteis, et puniceis, confusione modica temperatis, imagines his, quæ imitantur, simules facit. Ipsáq; musica, quæ de longis & breuibus, acutis, & grauioribus sonis constat, tam diuersis & dissonis uocibus harmoniam consonam reddit. Grammaticorum artes unde quæso? ut ex diuersis collectæ sint literis, ex quibus aliæ sint insonæ, aliæ semisonantes, tamen mutuis se auxilijs adiuuantes syllabas pariunt, et de syllabis uoces. Sic totius mũdi sua instantia initiorum inter se impares conuentus pari non discordante consensu, natura ueluti musicam temperauit. Nanq; liquidis arida, & glacialibus flammida, uelocibus pigra, directis obliqua confudit, unumq; ex omnibus, & ex uno omnia, iuxta Heracletum, constituit. Principiorũ igitur consensus sibi concordiam perseuerantiam uero amicitiæ inter se elementis dedit specierum ipsa æqua partitio dũ in nullo alia ab alia uincitur modo, uel potestate æqualis. Quippe omnium diuersitas grauissimorum & leuissimorum feruentium & frigidorum, docente ratione naturæ, diuersis licet rebus æqualitatem differre concordiam, omnia parentis mundi amœnitatem æternitatemq; reperisse. Quid enim mundo præstantius? Lauda quam putes speciẽ, portio à te laudabitur mundi. Admirare quàm uoles temperantiam, ordinationem, figuram, hic & per hunc illud quodcunq; est, inuenietur esse laudandũ. Nam quid oro te ornatum

atq; ordinatum

atq; ordinatum uideri poteſt, quod non ab ipſius exemplo imitatura ſit ratio? Vnde νόσμος græcè, nomen accepit. Euntibus ſole atq; luna cæteráq; lucæ ſyderea per eaſdem uias, cuſtoditis temporum uicibus, nec ullius erroris interiectione confuſus, digeruntur tempora, & rurſus incipiunt. Atq; pulchre & fœcunde horæ procreantur, nunc æſtiuos uapores reuoluẽtes, nũc pruinas hyemis circũferentes. Dierum etiã noctiũq; curriculis ordiuntur menſes, texunt annos, anni ſeriẽ conficiunt ſeculorum. Et quidem hic mundus magnitudine immenſus, curſibus rapidus, ſplendore perlucidus, ualenti habitudine, pubertate iuuenili. Hic cauſa animalium natantium atq; terreſtriũ, pennigerorum cunctorumq; diſtinxit genera, in ſpecies ſeparauit, fixitq; leges uiuendi, atq; moriendi. Ex hoc animantia uitalis ſpiritus ducunt, illis ſtatutis curſibus temporũ euentus, qui admirationi eſſe ſolent, cum uel inter ſe uentorum prælia cientur, uel diſiectis nubibus fulmina, cœlum et tempeſtates inter ſe ſerenæ, hybernæq; conſligunt, micant hymbres, ignes rumpuntur, et rurſus placatis omnibus amœna lætitia mũdi reſeratur. Videas & uiridantibus comis cæſariatam eſſe terrã, & ſcatebris fontium manantem, & aquarum agmina concipientem, parientem atq; educantem, nec occaſibus fatigari, nec ſeculis debilitati excuſſam erumpentibus, ſemper tam pigris q̃ mouentibus fœtibus aquarum, ſæpe alluuionibus merſam, flãmarum per partes uoracitate conſumptam, quæ tamen illi cum regionaliter uideantur eſſe peſtifera, ad ommem ſalutaria ſunt, & ad redintegrationem eius ualent, & cũ mo

uetur, profecto ſpirat illos ſpiritus, quibus clauſis et effugia quærentibus mouebatur. Hymbribus etiam madefacta, non ſolum ad educandos fœtus ſuos opimatur, uerum etiam peſtifera contagione proluitur. Flabris autem ſpirantium aurarum grauiores, & minus puri aëris ſpiritus differũtur, atq; purgantur. Tepores frigus glaciale mitificant, & brumalis auſteritas fauonius ac terræ terreſtriumq; uiſcerum uenas remittit, et pars gignentium, alia adoleſcentium cætera occidentium uices ſuſtinent, & ſors naſcentium obitorum loco pullulant, & occidentium numerus naſcentibus locũ pandit. Reſtat quod caput eſt ſermonis huius, ut ſuper mundi rectore uerba faciamus. Indigens quippe uidebitur oratio de mundo diſputantib. ut etſi minus curioſe, at quomodo poſſemus diſſeremus. De rectore quippe omnium non, ut ait ille, ſilere melius eſt, ſed uel parum dicere, uetus opinio eſt. Atq; in cogitationes omnium hominum penitus incidit, deum eſſe, originis non habere authorem, deumq; eſſe ſalutem, & perſeuerãtiam earum, quas effecerit, rerũ. Neq; ullares eſt tam præſtantibus uiribus, quæ uiduata dei auxilio, ſui natura contenta ſit. Hanc opinionem uates ſecuti profiteri auſi ſunt, omnia Ioue plena, cuius præſentiam, nõ iam cogitatio ſola, ſed oculi, & aures, & ſenſibilis ſubſtantia comprehendit, adhæc cõpoſita eſt poteſtati dei conueniens oratio. Soſpitator quidem ille genitor eſt omnium, qui ad complendum mundum nati, factiq; ſunt, non tamen, ut corporei laboris officio orbem iſtum manibus ſuis inſtruxerit, ſed qui quadam inſatigabili prouidentia, & procul poſita, cuncta contin

gat, & maximis interuallis disiuncta complectatur, nec ambigitur eum præstantem atque sublimem sedem tenere, & poëtarum laudibus nomen eius consulum, ac regum nuncupationibus prædicari, & in arduis arabus solium consecratum. Deniq; propiores quosque de potestate eius amplius trahere, corpora cælestia illa quanto finitima sunt ei, tanto amplius de Deo capere, multóq; munus, quæ ab illis sunt secunda, & adhæc usque terrena, pro interuallorum modo indulgentiam dei ad nos usque beneficiáque peruenire. Sed cum credamus Deum per omnia permeare, & ad nos, & ultra potestatem sui nominis tendere, quantum abest uel imminet, tantum existimandum est eum amplius munus'ue rebus utilitatis dare. quam rem rectius & honestius sit arbitrari summam illam potestatem, sacratam cæli penetralibus, & illis qui longissime separantur, est proximus una & eadem ratione per se & per alios opem salutis afferre, neq; penetrantem atq; adeuntem specialiter singula, nec indecore attrectantem communis cuncta. Talis qppe humilitas deiecti est, et munus sublimus officij, nec cum homine qdem conuenit, qui sit paululum conscientiæ celsioris. Militiæ principes, & curiæ procères, & urbium sic domorum rectores dico nunquam cómissuros esse, ut id suis manibus factum uelint, quod sit curæ leuioris. Nihil enim possunt æquius facere dominorum imperia ministeria serulorũ. Exemplum quale sit istud intellige. Cambyses, et Xerses, et Darius potentissimi reges fuerunt, horũ præpotẽtia, quã ex opibus collegerant, leuiculiũ uitæ efficerat

celsioris, cum eorũ alter apud Susam, & Ecbatanas, ut in fano quodam sacratus nulli temere noticiã moris sui panderet, sed circunseptus admirabili regia, cuius tecta fulgerent, eboris niue, argenti luce, flammis ex auro, uel electri claritate. Lumina uero alia præ alijs erant. Interiores fores, exteriores ianuæ immunebant, portæq; ferratæ et muri adamantina firmitate. Ante fores uiri fortes, stipatoresq; regalium laterum, tutela peruigili, custodiam per uices sortium sustinebant. Erant inter eos diuisa officia, in comutatu regio armigeri quidam, & extrinsecus singuli custodes locorũ erant, & ianitores, & atrienses. Sed & inter eos aures regiæ, & imperatoris oculi qdam homines uocabantur, p quæ officiorũ genera rex ille ab hoibus deus esse credebatur, cum omnia quæcunq; ibi gererentur, quæ ille Otacustarum discebat. Dispensatores pecuniæ, quæstores uectigalium, tribunos ærarios habebat. Alios & alios præfecerat cæteris urbibus. Alij uenatibus agendis prouinciam nacti, pars dombus & muneribus præfecti putabantur, & cæteri perpetuis magnisq; curis, obseruatione singularum rerum oppositi erant, sed omne Atticum regnum ab occidente Hellespontus terminabat, ab ortu gens inchoabat Indorũ. Duces ac satrapæ ubiq; dispositi, & permixta locis omnibus mancipia regalia. Ex eo numero erant & cursores diurni, atq; nocturni exploratores, et nuntij speculatorum incensoris assidui. Tum horum per uices incensæ faces ex omnibus regni sublimibus locis in uno die imperatori significabant, quod erat scitu opus. Igitur regnum illud ita componi oportet cum mũdi au

la,ut inter se comparentur summus atq; exuperantissimus diuûm,& homo ignauus,& pessimus. Quod sicuî uiro,uel qlibet regi indecorũ est per semetipsum procurare omnia,& perficere,multo magis deo incon ueniens erit. Quare sic putandum est eum maxime maiestatem retinere,si ipse in alto resideat loco,eas autem potestates per omnes mũdi partes orbisq; dispẽset, quæ sint penès,solem ac lunam,cunctumq; cœlum. Horum enim cura salutem terrenorũ omnium gubernat. Nec multis ei opus est,nec particeps hominum cõuersatione, quibus propter ignauiam appositum est, pluribus indigere. At non eiusmodi compendio machinatores fabricarum,astutia unius conuersiõis multa & uaria pariter administrant,etiam illi qui in ligneolis hominum figuris gestus mouent,quando filũ membri quod agitare solẽt,traxerint,torquebitur cæruix,nutabit caput,oculi uibrabunt,manus ad ministerium præstò erunt,nec inuenuiste totus uidebitur uiuere. Haud secus etiam cœlestis potestas cum initium scientiæ & salutifera opera mouerit,ab uno ad secundum,& deinceps ad tertium,& usq; ad supremum attactu continuo uim suæ maiestatis insinuat, aliud alio commouetur,motusq; unus alteri mouendi se originem tradit. Mundo equidem consentiunt, non una sed diuersa uia,& plerunq; contraria. Sed prima remissione admodũ data,simpliciq; inchoato principio, impulsibus mutuis,ut supra dictum est,mouẽtur quidem omnia, sed ita ut si quis sphæram,aut quadratum, & cylindrum, & alias figuras in procliue simul iaciat,deferentur quidem omnia,sed non eodem

genere mouebuntur. Nec illud dissimule exemplum uideri oportet, siquis pariter patefacto gremio, animalium multitudinem simul abire patiatur, uolucrum, natatilium, atq; terrestrium, enimuero ad suum locũ quæq; ducę natura properabunt, pars aquam repentes, illa inter agros, legibus & institutis suis naturali lege aggregabuntur, ibunt per aëris uias præpetes, quibus hæc natura largita est, atq; uno sinu abeundi incultas concessa omnibus fuerit, sic natura mundi est constituta. Nam cum omne cœlum simplici circũactu uoluatur nocte dieq; distinctum, diuersis mensurarum æqualitatibus separatum, q̃uis una sphæra omnia concluserit, incrementis, tamen globi sui, decisionéq;, luminis menstrua tempora luna significat, & cœli spatium sol annua reuersione collustrat, eiusq; comites amœnus lucifer & communis cyllenius stella, etenim prioris mauortium sydus orbis sui in biennio conficit spatia. Iouis clarum fulgensq;, sexies eadem multiplicatis cursibus suis tempora, quæ Saturnus sublimior. XXX. spatijs annorum circumerrat. Verum inter hæc una mundi conuersio unusq; reuersionis est orbis, & unus concentus, atq; unus stellarum chorus, ex diuersis occasibus ortibusq; hoc ornamento, & ut monile rectissime κόσμος græca lingua significat. At enim ut in choreis, cum dux carminis hymno præcinit, concinentium uulgus uirorum & fœminarum mixtis grauibus, & acutis clamoribus unam harmoniam resonant, sic diuina mens mundanas uarietates, ad instar unius contentionis reuelat. Nam cum cœlum confixum ua-

poratis, & radiantibus ſtellis inerranti curſu feratur, & reciprocis itineribus aſtra conſurgant. Sol quidem omni tuenti ſuo diem pandit, occaſu nocte reducat, conditus q; uel relatus per plagas mundi quatuor temporum uices mutat. hinc tempeſtiui hymbres, & ſpiritus, aut in ſecundi hinc alimenta nobis ſuppetunt earum rerum, quas accidere Deus his mundi partib. uoluit. His oppoſiti ſunt torrentium curſus, & humores undarum, emicationes q; ſyluarum, frugalis maturitas, fœtus animalium, educationes atq; obitus ſingulorum. Cum igitur rex omnium & pater quem tantummodo mentis oculis noſtræ cogitationes uident, machinam omnem iugiter per circuitum ſuis legibus terminatam, claram ſyderibus & relucẽtem, ſpecies q; innumeras modo propalàm ſæpe confectas ab uno, ut ſupradixi principio, agitari iubet, ſimile iſtud eſſe bellicis rebus, hinc licèat arbitrari. Nam cum tuba bellicum cecinit, milites clangore incenſi, alius accingitur gladio, alius clypeum capit, ille loricâ ſe induit, hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit, ille equum temperat, frenis & loris iugales ad concordiam copulat, & protinus unuſquiſq; competens capeſſit officium, uelites executione adornant ordines, principes curant, equites ordinibus præſunt, cæteri negocia quæ nacti ſunt, agitant, cum interea unius ducis imperio cunctus exercitus paret, quem rex præfecerit, penès quem eſt ſumma rerum. Non aliter diuinarum & humanarum rerum ſtatus regitur, quando uno moderamine cõtenta omnia penſum ſui operis agnoſcunt, curáq; oĩbus occulta, uis

nullis oculis obuia, nisi quibus mens suæ lucis aciem intendit. Cæterum ea, quæ uel cœlo oculis aduertimus, & aërem ficti ex aqua etiam illa ficti credenda sunt, cuius tutela mundi huius, & cura est. Nec tamen hoc uel illi ad moliendũ, uel nobis ad intelligendum obest. De inferiore licet imagine capiamus exempla. Anima in homine non uidetur, & tamen fateantur omnes necesse est, huius opera omnia, quæ per hominem præclara fiunt, prouenire, neque animæ ipsius qualitatem ac figuram oculis occurrere, sed momentis ab ea gestorũ intelligi qualis, & quanta sit. Omne quippe humanæ uitæ præsidium ingenio eius est paratum, cultus agrorum, usuśq; frugum, artificum solertia, prouentus artium, commoditas uitæ humanæ. Quid de legibus dicam? quæ ad mansuefaciendos homines inuentæ sunt? quid de ciuilibus institutis ac moribus, qui nunc populorum accitis conuentibus frequentantur asperitates bellorum, pacata mutigantur quiete? Nisi forte iniustus rerum æstimator potest esse, qui hæc eadem de deo neget, quem uideat esse uiribus exuperãtissimum, augustissima specie, immortalis æui genitorem, uirtutem ipsam uirtutem. Vnde nihil mirum est, si mortales oculi non capiunt aspectum eius, quando diuinorum operum uestigijs perspicuus atq; manifestus ẽ. Huius locum quærimus, q neq; infimus est, & terræ contagionibus, neq; tamen medius in aëre turbido, uerum in mundano fastigio, quem græca τὸν οὐρανὸν, idest cœlum recte uocant, ut qui sit altitudinis finis, & ijdem ea ratione eum nominant, quem ab omni fuscitate ac perturbatione uident libe

rum. Neq; enim caliginem nubium recipit, uel pruinas & niues subſtinet, nec pulſatur uentis, nec hymbribus cœditur. Hæc enim de olympo, qui eſt cœlſitudinis ſummæ, poëta his uerbis cœcinit.

» ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι, καὶ νεφέλῃσι. hoc ẽ

» Sors Iouis aula poli ennubis, ſuper æthere facta.

Hanc opinionem communis mos, & hominum obſeruationes ſecutæ affirmant, ſuperiora eſſe Deo tradita. Nanq; habitus orantium ſic eſt, ut manibus extenſis in cœlum precemur, Romanus etiam poëta ſic ſenſit. Aſpice licet ſublime tuens, quẽ inuocant omnes Iouem. Vnde illa quæ uidentur, ſuntq; omnibus præſtantia, eaſdem ſublimitates regionũ tenent aſtra cæleſtia, & mundi lumina, ac merito licet illis ordine perpetuo frui, nec diuerſis ea in ſpatijs temporibus'ue obſeruantiſſimam legem ſuorum aliquando itinerũ metiuntur. Terrena omnia mutationes & conuerſiones, poſtremo interitus hẽnt. Poſtremo quod eſt in triremi gubernator, in curru rector, præcentor in choris, dux in urbe dux i exercitu, hoc eſt in mũdo deus, niſi quod cæteris erumnoſum, & multiplex, & curarũ innumerabiliũ uidetur eſſe, hoc ipſum, alicuius officij principem fieri, deo uero nec triſtis, nec oneroſa eſt imperij ſui cura. Nanq; nobis circunfert, & regit cunctas formas natura, quas diuerſis regionibus commouens, ut eſt lex ciuitatis ſemel promulgata, perpetuis obſeruationum rationibus fixa, ipſa quidem immutabilis, ac eius arbitrio parentũ mentes agitantur, nutuq; eius & dominatione flectuntur, & ſcitis eius magiſtratus, tribunalia principia, milites frequẽtabunt, recu-

peratores iudicijs præsidebunt. Videasq; illã ciuitatem pariter spirãtem odoribus, & grateolẽtibus cænis, et resonantem hymnis, et carminibus, & canticis, eãdem etiã lamentis, & ploratibus eiulantem, et ad hũc modum res agi in mundo æstimemus. Lex illa, uel gens, ad æquitatis tenorem, reducenda sit nulla indigens correctione mutabili. Quippe sicut mundi uniuersitas regitur, dum speculatur ad omnia rector eius, atq; immutabiliter incumbit, spargiturq; uis illa seminibus inclusa per naturas omnium, speciesq;, & genera digesta, sic faciles uitium lapsus, & palmarum ardua, persicorum robur, leuitas mali gignitur, sic & quæ infelicia propter infœcunditatem uocamus, tamen utilia sunt alio pacto. Platani, ut ait poëta, umbras potantibus ministrantes. Et cum sit unus, pluribus nominibus cietur propter specierum multitudinem, quarũ diuersitate fit multiformus, & à iuuandis suis Iuppiter dicitur, quem ζῆνα græci, quod uitæ nostræ author sit, rectissime appellant, fulgurator, & tonitrualis, & fulminator, & item dicitur serenator, & plures eum frugiferum uocant, multi urbis custodem, alij hospitalem, amicalemq;, & omnium officiorum nomunibus appellantes, et multo plura eiusmodi apud aruspices, & Romanos ueteres inuenies. Orpheus uero hanc effari potestatem uolens, his de eo uerbis canit.

ζεὺς πρῶτος γένετο, ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος.
ζεὺς κεφαλή, ζεὺς μέσα, διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
ζεὺς ἄρσην γένετο, ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη.
ζεὺς πνοιὴ πάντων, ζεὺς ὰκαμάτου πυρὸς ὁρμή.

ζεὺς πόντου ῥίζα, ζεὺς ἥλιος, ἠδὲ σελήνη.
ζεὺς βασιλεύς, ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, ἀρχικέραυνος.
πάντας γὰρ κρύψας αὖτις φάος εἰς πολυγηθὲς.
ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενείκατο μέρμερα ῥέξων.

Iuppiter omnipotens est primus, & ultimus idem.
Iuppiter est caput, & medium, Iouis omnia munus.
Iuppiter est fundamen hum, ac stellantis olympi.
Iuppiter & mas est, & nescia fœmina mortis.
Spiritus est cunctis, ualidi uis Iuppiter ignis.
Et pelagi radix, sol, luna est Iuppiter ipse.
Omnipotens rex est, rei omnis Iuppiter ortus.
Nam simul occuluit, rursum extulit omnia leto
Corde suo è sacro, consultor lumine, rebus.

Fatum autem quod græci εἱμαρμένην, tractu quodã inuicem causarum se continentium, uolunt dici decretum. Idem πεπρωμένην dicunt, q̃ omnia in hoc statu rerum definita sint, nec sit in hoc mundo aliquid interminatum. Idem fatum μοῖραν uocant, quod ex partibus constet. hinc νέμεσιν quod unicuiq; attributio sua sit ascripta, ac pacti eadem rerum ineffugibilis necessitas ultionis. Sed tria fata sunt, numerus cum ratione temporis faciens, si potestatem earum ad eiusdem similitudinem temporis referas. Nam quod in fuso perfectum est præteriti temporis habet speciem. Et quod torquetur in digitis, momenti præsentis indicat spacia, & quod nondũ colo tractum est, subactuḿq; cura digitorum, id futuri & consequentis seculi posteriora uidetur ostendere. Hæc illis conditio ex nominum eorundem proprietate contingit, ut sit Atropos præteriti temporis fatum, Lachesis à fine cognomi-

nata, quod etiam illis quæ futura sunt, finem suum deus dederit. Clotho præsentis tẽporis habet curam, ut ipsis actionibus suadeas, ne cura solers rebus omnibus desit. Deum uero ire per omnes terras non frustra arbitrabitur, qui audiet Platonis hæc uerba. Deus nanq; inquit, sicut & uera continet ratio, principia, fines, & media rerum omnium penetrat, atq; illustrando cursu uolucri superfertur. Eũdem deum ultrix necessitas semper, & ubiq; comitatur eorum, qui à sacra lege discesserint. Vindex futura, quam ille fãcit mutificam, qui statim à tenero & ipsis incunabulis intellexit, & timuit, eiq; se totum dedit, atq; promisit.

FINIS.

L. APVLEII APOLOGIAE SIVE DEFENSIONIS MAGEIAE APVD CLAVDIVM MAX. PROCONS.

Oratio Prima.

FERTVS EQVIDEM ERAM, proq; uero obtinebam Maxime Claudi, quiq; in consilio estis, Sicinium Aemulianum senem notissimæ temeritatis, accusationem mei prius apud te cœptam, q̃ apud se cogitatam, penuria criminum solis conuitijs impleturum. Quippe insimulari, quius innocens potest, reuinci, nisi nocens, non potest. Quo ego uino præcipue confisus, gratulor medius fidius, q̃ mihi copia & facultas te iudice obtigit, purgandæ apud imperitos philosophiæ, & probandi mei. Quanq̃ istæ calumniæ ut prima specie graues, ita ad difficultatem defensionis repentinæ fuere. Nam, ut meministi, dies ab hinc quintus, an sextus est, cum me causam pro uxore mea Pudentilla, aduersus granios agere aggressum, de composito, nec opinantem, patroni eius incesserе maledictis, & insimulare magicorum maleficiorum, ac deniq; necis Pontiani priuigni mei cœpere. Quæ ego, cum intelligerem, non tam crimina iudicio, q̃ obiectamenta iurgio prolata, ultro eos ad accusandum crebris flagitationibus prouocaui. Ibi uero Aemilianus, cum te quoq; acrius motum, & ex uerbis, rem factam uideret, quærere occœpit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati. Igitur Pontianum

fratris sui filium, quem paulo prius occisum à me clamitarat, postquam ad subscribendum compellitur, illi eo oblitus est de morte cognati adolescentis, subito tacens tanti criminis descriptionem. Tamen ne omnino desistere uideretur, calumniam mageiae, quae facilius infamatur, q̃ probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. Ac ne id quidem de professo audet, uerum postera die dat libellum, nomine priuigni mei Sicinij pudentis admodum pueri, & ascribit se ei assistere, nouo more per alium lacessendi, scilicet ut optẽtu eius ætatulæ, ipse insimulationis falsæ non plecteretur. Quod tu cum solertissime animaduertisses, & iccirco eum denuo iussisses, proprio nomine accusationem delatam sustinere, pollicitus ita facturum, ne sic quidem quietus est, ubi ut cominus ageret propellis, etiam aduersum te contumaciter eminus calumnijs uelitatur. Ita toties ab accusandi periculo profugus, in assistendi uenia perseuerauit. Igitur & priusq̃ causa ageretur. facile intellectu cuius fuit, qualis nam accusatio futura esset, cuius qui fuerat professor & machinator, idẽ fieri author timeret, ac præsertim Sicinius Aemilianus, qui si quippiam ueri in me explorasset, nũquã profectò tam contanter hominem extraneum tot tantorumq; criminum postulasset, qui auunculi sui testamentum quod uerum sciebat, pro falso infamaret. Tanta quidem pertinacia, ut cum Lollius Vrbicus, uir Consularis, uerum uideri, & ratum esse debere, de consilio consularium uirorum pronunciasset, contra clarissimam uocem iurauerit uecordissimus iste, tamẽ illud testamentum fictum esse, adeo ut ægre Lollius

Vrbicus ab eius pernicie temperarit. Quam quidam uocem & tua æquitate, & mea innocentia fretus, spero in hoc quoq; iudicio erupturam. Quippe qui sciens innocentem criminatur, eo sanè facilius, q̃ iam, ut dixi, mentiens apud præfectum urbis in amplissima causa conuictus est. Nanq; peccatum semel, ut bonus quisq; postea sollicitius cauet, ita qui ingenio malo est, confidentius integrat, ac iam de cætero quo sæpius, eo apertius delinquit. pudor enim ueluti uestis, quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. Et ideo necessarium arbitror pro integritate pudoris mei prius q̃ ad rem aggrediar, maledicta omnia refutare. Sustineo enim non modo meam, uerum etiam philosophiæ defensionem, cuius magnitudo, uel minimam reprehensionem proximam crimini aspernatur. Propter quod paulo prius patroni Aemiliani multa in me proprie cõficta, & alia communiter in philosophos ficta ab imperitis, mercenaria loquacitate effuderunt. Quæ & si possunt ab his utiliter blaterata, ob mercedem & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi, iam concesso quodam more fabulis id genus quo ferinæ solent linguæ suæ uirus alieno dolori locare, attamen uel mea causa paucis refellenda sunt, ne is q̃ sedulo laboro, ut nequid maculæ, aut inhonestamenti in me admittam, uidear cuipiã siquid ex friuolis præteriero, id ignouisse potius, q̃ contempsisse. Est enim pudentis animi & uerecundi, ut mea opinio fert, uel falsa uituperatione grauari, cum etiam hi qui sibi delicti alicuius conscij sunt, tamen cum male audiunt, impendio commoueãtur, & obiraſcantur, q̃q̃ exinde, ubi

malefacere cœperunt, consueuerint male audire. Quod si à cæteris silentium est, tamen ipsi sibimet cõscij sunt. posse se merito increpari, Enimuero bonus & innoxius quisq; rudis, & imperitus aureis ad male audiendum habens, & laudis assuetudine consuetudinis insolens, multo tamen ex animo laborat ea sibi immerito dici, quæ ipse possit alijs uere obiectare. Quod si forte inepta uidebor, & oppidò frivola uel le defendere, illis debet ea res uitio uerti, quibus turpe est etiam hæc obiectasse, non mihi culpæ dari, cui etiam honestum erit etiam hæc diluisse. Audisti ergo
» paulo prius in principio accusationis ita dici. Accusa=
» mus apud te philosophum formosum, & tam græce, q̃
» latine (proh nephas) disertissimum. Nisi fallor enim his ipsis uerbis accusationem mei ingressus est Tanno nius pudens hõ, uere ille quidem disertissimus. qđ uti nam tam grauia formæ & facundiæ crimina uere mihi opprobrasset, sed non difficile ei respõdissem,
» quod homericus Alexander Hectori. Munera deũm
» glorioſissima nequaq̃ aspernunda, quæ tamen ab ip=
» sis tribui sueta, multis uolentibus, nõ obtingunt. Hæc ego de forma respondissem. Præterea licere etiam philosophos esse uultu liberali. Pythagoram, qui primum esse se philosophum nuncuparit, eum sui sæculi excellentissima forma fuisse. Item Zenonem illum antiquũ Velia oriundum, qui primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariá dissolueret, eum quoq; Zenonem longe decorissimum fuisse, ut Plato autumat. Itemq; multos philosophos ab ore honestissimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis morum honesta-

mentis

mentis ornauerunt. Sed hæc defensio, ut dixi, aliquo multum à me remota est, cui præter formæ mediocritatem, continuatio etiam literati laboris omnem gratiã corpore deterget, habitudinem tenuat, sucum exorbet, colorem obliterat, uigorem debilitat. Capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, uides q̃ non sit amœnus, ac delicatus, horrore implexus, atq; impeditus, stuppeo tormento assimilis, & inæqualiter hirtus, & globosus, & congestus, prorsus inenodabilis diutina incuria, non modo comendi, sed saltem expediendi, & discrimnandi. Satis ut puto, crinium crimen, quod illi quasi capitale intenderunt, refutatum est. De eloquentia uero, si qua mihi fuisset, neq; merum, neq; inuidiosum deberet uideri, si ab ineunte æuo unis studijs literarum ex summis uiribus deditus, omnibus alijs spretis noluptatibus, ad hoc ueni, ut sciam, an ne super omneis homnes, impenso labore diuq; noctúq;, cum despectu & dispendio bonæ ualitudinis, eam quæsissem. Sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, siquid omnino promoui, potius spero q̃ præsto. Sanè quidem si uerũ est, quod Statium Cæcilium in suis poëmatibus scripsisse dicant, innocentiam eloquentiam esse. Ego uero profiteor ista ratione, ac præmefero nemini omnium de eloquentia concessurum. Quis enim me hoc quidẽ pacto eloquentior uiuat? quippe qui nihil unq̃ cogitaui, quod eloqui non auderem, eundem me aio facundissimum esse. Nam omne peccatum semper nefas habui, eundem disertissimum, q̃ nullum meum factum uel dictum extet, de quo disserere publicè non possim,

ita ut iam de uersibus dissertabo, quos à me factos, quasi pudendos protulerunt. Tu quidem me animaduertisti cum risu illis succesentẽ, q̃ eos absone & indocte pronunciarent. Primo igitur legerunt è ludicris meis epistoliũ de dentifricio, uersibus scriptum ad quendam Calpurnianum, qui cum aduersum me eas literas promeret, iruidit profecto cupiditate lædendi. Si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. Nam petisse eum à me, aliquid ter suè dentium uersus testantur.

» Calpurniane salue properis uersibus.

Nisi forte in eo reprehendendus sum, q̃ Calpurniano puluisculum ex arabicis frugibus miserim, quem multo æquius erat spurcissimo ritu hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina dẽtẽ atq; russam pumicare gingiuã.

» Misi, ut petisti, mundicias dentium,
» Nitelas oris ex arabicis frugibus,
» Tenuem candificum, nobilem puluisculum,
» Complanatorem tumidulæ gingiuulæ,
» Conuerritorem pridianæ reliquiæ,
» Nequa uisatur tetra labes sordium,
» Restrictis forte si labellis riseris.

Quæso quid habent isti uersus, re aut uerbo pudendum? quid omnino quod philosophus suum nolit uideri. Vidi ego dudum uix risum quosdam tenentes, cum mundicias oris uidelicet, orator ille aspere accusaret, & dentifricium tanta ídignatione pronuntiaret, quanta nemo quisq̃ uenenum. Quid ni crimen haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum sinere, nihil uspiam corporis apertum ímundum pati ac

fœtulentum, præsertim os, cuius in propatulo & conspicuo usus homini creberrimus, siue illud cuipiã oscu-lum ferat, seu cum quicq̃ sermocinetur, siue in auditorio dissertet, siue i templo preces alleget, omnem quippe hominis actum sermo præit, qui, ut ait poëta præcipuus, è dentium muro proficiscitur. Dares nunc aliquem simuliter grandiloquum, diceret suo more cum primis, cui ulla fandi cura sit, impẽsius cætero corpore os colendum, quod esset animi uestibulum, & orationis ianua, et cogitationum amutium. Ego certe, pro meo captu, dixerim, nihil minus q̃ oris illuuiem, libero & liberali uiro competere. Est enim ea pars hominis loco celsa, ui su prompta, usu fœcunda. Nam quidẽ feris & pecudibus os humile, & deorsum ad pedes deiectum, uestigio & pabulo proximum, nunquam fermè nisi mortuis, aut ad morsum exasperatis, conspicatur. Hominis uero nihil prius tacentis, nihil sæpius loquentis, contemplere. Velim igitur censor meus Aemilianus respondeat, unquam ne ipse soleat pedes lauare? uel si id non negat, contendat maiorem curam mundiciarum pedibus, q̃ dentibus impertiendam. Plane quidem, siquis ita ut tu Aemiliane nunquam fermè os suum, nisi maledictis, & calumnijs aperiat, cẽ seo ne ulla cura os percolat, neq; ille exotico puluere dentes emaculet, quos iustus carbone de rogo obtriuerit, neq; saltem communi aqua perluat, quin ei nocens lingua, mendaciorum & amaritudinum præministra semper in fœtutinis, et olenticetis suis iaceat. Nã quæ malum ratio est, linguam mundam, & lotam, uocem contra spurcam & tetram possidere? uiperæ ritu

niueo denticulo, atrum uenenum inſpirare? Cæterũ qui ſeſe ſciat rationem prompturum, neq; inutilem, neq; iniucundam, eius merito os ut bono potui poculum prælabitur, & quid ego de homine nato diutius? belua immanis Crocodilus ille, qui in Nilo gignitur, ea quoq; uti comperior purgandos ſibi dentes, innoxio hiatu præbet. Nam quod eſt ore amplo, ſed elingui & plerunq; in aqua recluſo, multæ arundines dentibus implectuntur, eas illi, cum egreſſus in præripia fluminis hiauit, una ex auibus fluuialibus amicã auis, iniecto roſtro ſine noxæ periculo excælpit. Mitto hæc, uenio ad cæteros uerſus, ut illi uocant, amatorios, quos tamen tam dure & ruſticè legere, ut odium mouerent. Sed quid ad magicã maleficia? quod ego pueros Scribonij læti amica mei carmine laudaui? An ideo magus, quia poëta? Quis unquam fando audiuit tam ſimulem ſuſpicionem? tam aptam coniecturam? tam proximum argumentum? fecit uerſus Apuleius, ſi malos, crimen ẽ. Nec tamen id philoſophi, ſed poëtæ, ſin bonos, quid accuſas? At enim ludicros, & amatorios fecit. Num ergo hæc ſunt crimina mea? & nomine erratis, qui me magiæ detuliſtis? Fecere tamen & alij talia, & ſi uos ignoratis, apud græcos Teius quidam, & Lacedæmonius & cuus, cum alijs innumeris, & mulier Leſbia laſciue illa quidem, tantaq; gratia, ut nobis inſolentiam linguæ ſuæ, dulcedine carminum commendet. Apud uos uero Aedituus, & Portius, & Catullus iſti quoq; cum alijs innumeris. At philoſophi non fuere. Num igitur etiam Solonem fuiſſe ſerium uirum, atq; philoſophum negabis?

Cuius ille lasciuissimus uersus est.

HIC MVLTA DESIDERANTVR.

Et quid tam petulans habent omnes uersus mei, si cum isto uno contendantur, ut taceam scripta Diogenis cynici, & Zenonis stoicæ sectæ conditoris. Id genus plurima recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere.

» *Et Critias mea delitescet salua Charinæ.*
» *Pars in amore meo uita tibi remanet.*
» *Ne metuas, nam me ignis & ignis torreat ut uult.*
» *Hasce duas flammas, dum potior, patiar.*
» *Hoc modo sim uobis, unus sibi quisq; quod ipse est.*
» *Hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.*

Recitem nunc & alios, quos illi quasi intemperatissimos postremum legêre.

» *Florea serta, meum mel, & hæc tibi carmina dono.*
» *Carmina dono tibi serta tuo genio.*
» *Carmina, uti Critia lux hæc optata canatur.*
» *Que bis septeno uere tibi remeat.*
» *Serta autem ut læto tibi tempore tempora uernent.*
» *Aetatis florem floribus ut decores.*
» *Tu mihi da contra pro uerno flore, tuum uer.*
» *Vt nostra exuperes munera muneribus.*
» *Pro implexis sertis, complexum corpore redde.*
» *Proq; rosis, oris suauia purpurei.*
» *Quod si aium inspires, dona & iam carmina nostra.*
» *Cedent uicta tuo dulciloquo calamo.*

Habes crimen meum Maxime, quasi improbi cómis-

satoris, desertis & cānticis compositum. Hic illud etiã reprehendi animaduertisti, quod cum alijs nominibus pueri uocentur, ego eos Chorinum & Critiam appellarim. Eadem igitur opera accusent. C. Catullum, q̃ Lesbiam pro Clodia nominarit, & Ticidam similiter, q̃ quæ Metella erat, Perillam scripserit, & Propertium, qui Cynthiam dicat, hostiam dissimulet, Et Tibullũ, quod ei sit Plania in animo, Delia in uersu. Et quidem. C. Lucullum, q̃q̃ sit Iambicus, tamen improbarim, q̃ Gentilem & Macedonem pueros, directis nominibus carmine suo prostituerit. Quanto modestius tandem mantuanus Poëta, qui itidem ut ego puerũ amici sui Pollionis bucolico ludicro ludans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum uero Alexin uocat. Sed Aemulianus, uir ultra Virgilianos opiliones & buſequas rusticanus, agrestis quidem semper & barbarus, uerum longe austerior ut putat, Serranis, & Curijs, & Fabritijs, negat id genus uersus Platonico philosopho competere. Etiam' ne Aemiliane, si Platonis ipsius exẽplo doceo factos, cuius nulla carmina extant, nisi amoris elegia, nam cætera omnia credo, q̃ tam lepida non erant, igni deussit. Disce igitur uersus Platonis philosophi i puerũ Astrea, si tamen tantus natu potes literas discere.

» Ἀστέρα εἰ σάφρα ἄστηρ ἐμὸς εἴθε γενοίμην
» οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σε βλέπω
» ἀστὴρ πρὶν μὲν ἐλαμπρὸς ἐνὶ ζωοῖσιν ἑῶος
» νῦν δὲ θανὼν, λάμπεις ἕσπερος ἐν φθιμένοις

» Astra uides, utinam fiam mi sydus olympus,
» Vt multis sic te luminibus uideam.

» Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aſter,
» Heſperus à fato manibus ecce nites.
» Item eiuſdem Platonis in Alexin, Phædrumq; pue-
» ros in coniuncto carmine.
» Νῶ ὅτι μηδὲν Αλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς,
» ὦπαι. καὶ πάντα πᾶσι πρὸς βλέπεται
» θυμὲ τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτα ἀνιήσεις
» ὕστερον, ἢ χ ὅπως φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;
» Dixerit, hic tantum cum nil, niſi pulcher Alexis,
» Extitit, & uertunt quilibet in te oculos.
» Cur animæ os canibus monſtras, afficisq; dolore,
» Poſtmodo? non Phædrum ſic prius amiſimus.
Et ne plureis commemorem, nouiſſimum uerſum eius de Dione Syracuſano ſi dixero, finem faciam.

» Ciuibus ingenti in patria laudate iacęs nunc,
» Qui inſanum me animi reddis amore Dion.
Sed ſum ne ego ineptus, qui hæc etiam in iudicio? An uos potius calumnioſi, qui etiam hæc in accuſatione? quaſi ullum ſpecimen morum ſit, uerſibus ludere. Catullum ita reſpondentem maleuolis, non legiſtis?
» Nam caſtum eſſe decet, pium poëtam
» Ipſum, uerſiculos, nihil neceſſe eſt.
Diuus Adrianus, cum Voconij amici ſui poëtæ tumulum uerſibus uenaretur, ita ſcripſit.
» Laſciuus uerſu, mente pudicus eras. Quod nunq;
ita dixiſſet, ſi forent lepidiora carmina argumentum impudicitiæ habenda. Ipſius etiam diui Adriani multa id genus legere me memini. Audes igitur Aemilia-

ne dicere, male id fieri, quod imperator, & Diuus, Censor Adrianus fecit, & factum memoriæ reliquit? Cæterum Maximum quicquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo à me factum? cuius uersus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores, tanto pudicitius compositi, quanto simplicius professi. Nãq; & id genus omnia dissimulare & occultare, peccantis, profiteri & promulgare, ludentis est. Quippe natura, uox innocentiæ, silentium male ficio distributa. Mitto enim dicere alta illa & diuina Platonica, rarissimo cuiq; piorum gnara, cæterum omnibus profanis incognita, geminam esse Venerẽ deam, proprio quanquã amore, & diuersis amatoribus pollentis. Earum alteram uulgariam, quæ sit percita populari amore, non modo humanis animis, uerum etiam pecuinis, & ferinis ad libidinem imperitare, ut in modico truciq; perculsorum animalium seruia corpora complexu uincientem. Alterã uero cœlitem Venerem, prædita quæ sit optimati amore, solis hominibus, & eorum paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis, uel illecebris sectatores suos pœllentem. Quippe eius amore non amœnum & lasciuum, sed contra incomptum & serium pulchritudine honestatis uirtutes amatoribus suis concaliare, & si quando decora corpora commendet, à contumelia eorum procul absterrere. Neq; enim quicquam aliud in corporum forma diligendũ, quàm quod admoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quam prius ueram & synceram inter deos uidere. Quapropter ut semper eleganter Afranius hoc scriptum reliquit.

Amabit ſapiens, cupient cæteri. Attamen ſi audire uerum uelis Aemliane, uel ſi hæc intelligere unq̃ potes, non tam amat ſapiẽs, q̃ recordatur. Da igitur ueniam Platoni philoſopho uerſum eius de amore, ne ego neceſſe habeam, contra ſententiam Neoptolemi Enniani pluribus philoſophari uel ſi tu id non facis, ego me facile patiar in huiuſmodi uerſibus culpari cum Platone. Tibi autem Maxime habeo gratiam propenſam, cum has quoq; appendices defenſionis meæ, icirco neceſſarias, quia accuſationi rependuntur, tam attente audis, & ideo hoc etiam peto, quod mihi ante ipſa crimina ſupeſt, audias ut adhuc feciſti libẽter & diligẽter.

SEQVITVR ENIM DE SPECVLO.

Longa illa & cenſoria oratio, de quo pro rei atrocitate penè diruptus eſt Pudens, clamitans, habet ſpeculum philoſophus, poſſidet ſpeculum philoſophus. Vt igitur habere concedam, ne aliquid obiecisſe te credas, ſi negatro, non tamen ex eo accipi me neceſſe eſt, exornari quoq; ad ſpeculum ſolere. Quid enim ſi Choragium Thymelicum poſſiderem, num ex eo argumẽtarere etiam, uti me conſueſſe Tragœdi Syrmate hiſtrionis, Crotalóue, ad trieterica orgia Mimmi centumculo? Non opinor. Nam & contra plurimis rebus poſſeſſu careo, uſu fruor. Quod ſi, neq; habere utendi argumentum eſt, neq; non utendi non habere, & ſpeculi non tam poſſeſſio culpatur, q̃ inſpectio. Illud etiam doceas neceſſe eſt, quando, & quibus præſentibus in ſpeculum inſpexerim. Quoniam ut res eſt maius piaculum decernis, ſpeculum philoſopho, q̃ Cereris mundũ prophano uidere. Cedo nunc, & ſi inſpexiſſe me fa-

teor, quod tamen crimen est imaginem suam noscę? eamq; non uno loco conditam, sed quoquo uelis paruo speculo promptam gestare? An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato, q̃ formam suam? Equidem scio & filiorum cariores esse qui simules uidentur, Et publicatus simulacrum suum cuiq; quod uideat pro meritis præmio tribui. Aut quid sibi statuæ & imagines uarijs artibus effigiatæ uolunt, nisi forte, quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura oblatũ culpabile iudicandum est, cum sit in ea uel magis miranda & facilitas & simulitudo. Quippe in omnibus manu faciundis imaginibus opera diutino sumitur, neq; tamen simulitudo æque ac in speculis comparet. Deest enim & luto uigor, & saxo color, & picturæ rigor, & motus omnibus, qui præcipua fide similitudinem repræsentat. Cum in eo uisitur imago mire relata, ut simulis, ita mobilis, & ad omnem nutum hominis sui morigera, eadem semper contemplantibus æqueua est, ab ineunte pueritia, ad obeuntem senectã tot ætatis uices induit, tam uarias habitudines corporis participat. Tot multus eiusdem lætantis uel dolentis imitatur. Enimuero quod luto fictum, uel ære infusum, uel lapide incisum, uel cæra inustum, uel pigmẽto illitum, uel alio quopiam humano artificio ad simulatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur, & ritu cadaueris, unum multum & immobilem possidet, tantum præstat imaginis artibus ad simulitudinem referendum, læuitas illa speculi fabra, et splendor opifex. Aut igitur unius Agesilai Lacedæmonij sententia nobis sequenda est? qui se, neq; pingi, neq;

fingi unquam, diffidens formæ suæ passus est, aut si mos omnium cæterorum hominum retinendus uidetur, in statuis & imaginibus non repudiandis, cur existimes imaginem suam cuiq; uisendam potius in lapide, q̃ in argento? magis in tabula, quàm in speculo? An turpe arbitraris, formam suam spectaculo assiduo explorare? An non Socrates philosophus ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? ubi qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret. Qui uero minus se commendabilem forma putaret, sedulo operam daret, ut uirtutis laude turpitudinem tegeret. adeo uir omnium sapientissimus, speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenẽ uero primarium dicendi artificem, quis est, qui non sciat, semper ante speculum, quasi ante magistrum, causas meditatum? ita ille summus orator cum à Platone philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes didicisset, nouissimam pronunciandi congruentiam ab speculo petiuit. Vtrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam, Rhetori iurganti, an philosopho obiurganti? Apud iudices sorte ductos paulisper disceptãti, an apud omnes homines semper differentis de finibus agrorum litiganti, an de finibus bonorum & malorum docenti? Quid, q̃ nec ob hæc debet tantummodo philosophus speculum inuisere. Nam sæpe oportet non modo similitudinem suam, uerum etiam similitudinem ipsius rationis consyderare. Dum, ut ait Epicurus, profectæ à

nobis imagines, uelut quædam exuuiæ iugi fluore à corporibus manantes, cum leue aliquid & solidum offenderunt, illi se reflectantur, & retro expressæ controuersim respondeant. An uti alij philosophi disputant, radij nostri, seu medijs oculis proliquati, & lumini extrario mixti, atq; muniti, uti Plato arbitratur, seu tantum oculis profecti, sine ullo foris adminiculo, ut Architas putat, seu intentu ueris facti, ut stoici rentur, cum alicui corpori incidêre spisso & splendido et leui paribus angulis, quibus inciderant resultent ad faces suas reduces, atq; ita quod extra tangunt ac uisant, id intra speculum imaginentur. Videntur ne uobis debere philosophi hæc omnia uestigare, & inquirere, & cuncta specula, uel uda, uel suda soli uidere? quibus præter ista quæ dixi, etiam illa ratiocinatio necessaria est, cur in planis quidem speculis, fermè pares obtutus & imagines uideantur, in tumdis uero et globosis omnia defectiora, at contra in cauis auctiora. Vbi, & cur leua cum dexteris permutentur, quando se imago eodem speculo tum recondat penitus, tum foras exeat. Cur caua specula si ex aduersum soli retineãtur, appositum fomitem accendunt, qui fiat uti arcuus in nubibus, uarie duo soles æmula simulitudine uisantur. Alia præterea eiusdem modi plurima, quæ tractat uolumine ingenti Archimedes Syracusanus uir in omni quidem geometria multum ante alios admirabili subtilitate. Sed haud sciam, an propter hæc uel maxime memorandus, q̃ inspexerat speculum sæpe, ac diligenter. Quem tu librum Aemiliane si nosses, an non modo campo & glebis, uerum etiam abaco &

puluiſculo te dedidiſſes. Mihi iſtud crede, q̃q̃ teterri-
mũ os tuum minimum à Thyeſta tragico denutet, tam
profecto diſcendi cupidine ſpaculum inuiſeres, & ali-
quando relicto aratro murarere tot in facie tua ſulcos
rugarum. At ego non murer, ſi boni cõſulis me de iſto
diſtortiſſimo uultu tuo dicere, de moribus tuis multo
truculentioribus reticere. Ea res eſt, præterq̃ q̃ non
ſum iurgioſus, etiam libenter te, nuper uſq;, albus an
ater eſſes ignoraui, adhuc hercle nõ ſatis noui. Id adeo
factum, quod & tu ruſticando obſcurus es, & ego di
ſcendo occupatus, ita & tibi umbra ignobilitatis ap-
probatore obſtitit, & ego nunquam ſtudui malefacta
cuiusq̃ cognoſcere, ſed ſemper potius duxi mea pecca-
ta tegere, q̃ aliena indagare. Igitur hoc mihi aduerſum
te uſu uenit, quod qui forte conſtitit in loco lumine cõ
luſtrato, atq; eum alter è tenebris proſpectat. Nam ad
eundem modum tu quidem quid ego in propatulo &
celebri agam, facile è tenebris tuis arbitraris, cum ipſe
humilitate abdita & lucifuga, non ſis mihi mutuo cõ
ſpicuus. Ego adeo feruor. Tu an abeas ad agrum co-
lendum, an ipſe mutuarias operas cum uicinis tuis cã
bies, neq; ſcio, neq; laboro. At tu me ſcis eadem die, treis
ceas manumiſiſſe, idq; mihi patronus tuus inter cæ
tera à te ſibi edita obiecit, q̃q̃ modico prius dixerat, me
uno ſeruo comite ceam ueniſſe, quod quidem uelim
mihi reſpondeas, qui potuerim ex uno treis manumit
tere, niſi & hoc magicum eſt. Tantam' ne eſſe mentiẽ
di cæcitatem dicam, an conſuetudinem? Venit Apule-
ius ceam cum uno ſeruo, dein pauculis uerbis inter
garritis, Apuleius ceæ una die treis manumſit, ne il

lud quidem credibile fuisset, cum tribus uenisse, oēs liberasse, quod tamen si ita fecissem, cur potius treis seruos inopiæ signum putares, q̄ treis libertos opulentiæ? Nescis profecto, nescis Aemiliane philosophum accusare, qui famulicij paucitatem obprobraris, quā ego gloriæ causa mentiri debuissem, quippe qui scirem, non modo philosophos, quorum me sectatorem fero, uerum etiam imperatores populi RO. paucitate seruorum gloriatos. Ita ne tandem, ne hæc quidem legêre patroni tui? M. Antonium consularem, solos octo seruos domi habuisse? Carbonem uero illum, qui rebus potitus est uno minus? at enim Manio Curio tot adoreis longe induto, quippe qui ter triumphum una porta egit. Et igitur Manio Curio, duos solos in castris calones fuisse, ita ille uir de Sabinis, deq; Sānitibus, deq; Pyrrho triumphator, paucoreis seruos habuit, q̄ triūphos. M. autem Cato nihil oportuit, ut alij de se prædicarent, ipse in oratione scriptum reliquit, cum in Hispaniam consul proficiscēretur, treis seruos solos ex urbe duxisse, quoniam ad uillam publicam uenerat, parum uisum qui uteretur, iussisse duos pueros in foro de mensa emi, eos quinq; in Hispaniam duxisse. Hæc Pudēs, si legisset, ut mea opinio est, aut omnino huic maledicto supersedisset, aut in tribus seruis multitudinē comitum philosophi, q̄ paucitatem reprehendere maluisset. Idem mihi etiam paupertatem obprobrauit, acceptum philosopho crimen, & ultro profitendum. Enimuero pauptas olim philosophiæ uernacula est, frugi, sobria paruo potens, æmula laudis, aduersum dē uitias possessa, habitu secura, cultu simplex, cōsilio be

ne ſuada, neminem unquam ſuperbia inflauit, nemi-
nem impotentia deprauauit, nemnem tyrannide effe-
rauit, delitias uentris, & inguinum neq; ullas,
neq; poteſt. quippe hæc et alia flagitia diuitiarū alūni
ſolent. Maxima quæq; ſcelera, ſi ex omni memoria ho
minum percenſeas, nullum in illis pauperem reperi-
es, ubi contra hanc temere inter illuſtres uiros diuites
comparent, ſed quemcunq; in aliqua laude miramur,
eum paupertas ab incunabulis nutricata eſt. Pauper-
tas inquam priſca apud ſæcula omnium ciuitatum cō
ditrix, omnium artium repertrix, omnium peccatorū
inops, omnis gloriæ munifica, cunctis laudibus apud
omneis nationes perfuncta. Eadem enim eſt paupertas
apud Græcos in Ariſtide iuſta, in Phocione benigna,
in Epaminonda ſtrenua, in Socrate ſapiens, in Home-
ro diſerta. Eadem paupertas etiam populo Ro. impe-
rium à primordio fundauit, proq; eo in hodiernum
diis immortalibus Simpulo, & Catino fictili ſacrifi-
cat. Quod ſi modo iudices de cauſa iſta ſederent. C. Fa
britius Cn. Scipio Manius Curius, quorū filiæ ob pau
pertatem de publico dotibus donatæ ad maritos ierūt,
portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam. Si
Publicola regum exactor & Agrippa populi reconci
liator, quorum funus ob tenueis opes à populo Ro. col
latis ſextantibus adornatum eſt, ſi Attilius Regulus,
cuius agellus ob ſimilem penuriam publica pecunia
cultus eſt, ſi deniq; omnes illæ ueteres proſapiæ conſu-
lares & cenſoriæ, & triumphales, breui uſura lucis
ad iudicium iſtud remiſſæ audirent, auderes ne pau-
pertatem philoſopho exprobrare, apud tot conſules

pauperes? An tibi Claudius maximus idoneus auditor uidetur ad irridendam paupertatem, q ipse uberem, & prolixam rem familiarem sortitus est? Erras Aemiliane, & lóge huius animi frustra es, si eum ex fortunæ indulgentia, non ex philosophiæ censura metiris. Si uirum tam austeræ sectæ, tamq; diutinæ militiæ non putas amiciorem esse cõcretæ mediocritati, quàm delicatæ opulentiæ. Fortunam uelut tunicam magis conuenam, quàm longam probare. Quippe etiam ea si non gestetur et trahatur, nihilominus, quàm lacinia perpendens impedit, & præcipitat. Etenim omnibus ad uitæ munia utendis, quicquid aptam moderationẽ supergraditur, oneri potius, quàm usui exuberat. Igitur & immodicæ diuitiæ uelut ingentia et enormia gubernacula facilius mergunt, quàm regũt, q habent irritam copiam, noxiá nimietatem. Quin ex ipsis opulentioribus, eos potissimum uideo laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt, & diuitias magnas administrant sine ostẽtatione, sine superbia, specie mediocritatis, pauperum similes, q si etiam ditibus ad argumentum modestiæ quæritur imago quæpiam & color paupertatis, cur eius pudeat tenuioris, qui ea nõ simulata, sed uere fungimur. Possum quidem tibi & ipsius nomnis controuersiam facere, neminem nostrum pauperem esse, qui superuacanea nolit, poscit necessaria, quæ natura oppidò pauca sunt. Namq; is plurimum habebit, qui minimum desiderabit. Habebit enim quantum uolet, qui nolet minimum. Et ideo diuitiæ non melius infundis, & in fœnore, quàm in ipso homnis æstimantur animo.

animo. Qui si est auaritia egenus, & ad omne lucrũ inexplebilis, nec montibus auri satiabitur, sed semper aliquid ante parta uti augeat, mendicabit. Quæ quidem uera confessio est paupertatis, omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiæ uenit. Nec refert q̃ magnum sit, quod tibi minus est. Non habuit tantam rem familiarem Philus, quantam Lelius. Nec Lelius quantam Scipio. Nec Scipio quantam Crassus diues. At enim nec Crassus diues quantam uolebat, ita cum omnis superaret, à suamet auaritia superatus est, omnibusq; potius diues uisus est, q̃ sibi. At contra hi philosophi, quos commemoraui, non ultra uolentes, q̃ poterant, sed congruentibus desideriis & facultatibus, iure meritoq; dites & beati fuerunt. pauper enim fis appetendi egestate, diues non egendi facietate, quippe qui inopia desiderio, opulentia, fastidio cernuntur. Igitur Aemiliane si pauperem me habere uis, prius auarũ esse doceas necesse est. Quod si nihil in animo deest, de rebus extraneis, q̃tum desit non laboro, quarum neq; laus in copia, neq; culpa in penuria consistit. Sed finge hæc aliter esse, ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna diuitias inuidit, easq; ut ferme euenit, aut tutor immunuit, aut inimicus eripuit, aut pater non reliqt. hoccine homini obprobrari pauperiem, quod nulli ex animalibus uitio datur? non aquilæ, non tauro, non leoni. Equus si uirtutibus suis polleat, ut sit æquabilis uector, & cursor pernix, nemo ei penuriam pabuli exprobrat. Tu mihi uitio dabis non facti, uel dicti alicuius prauitatem, sed q̃ uiuo gracili lare, q̃ paucioris habeo parcius pasco, leuius uestio, minus obsonor. At-

qui ego contra, quantulacunq; tibi hæc uidentur, multa etiam, & nimia arbitror, & cupio me ad pauciora cœrcere, tanto beatior futurus, quanto collectior. Nanq; animi, ita ut corporis sanitas expedita, imbecillitas lacanioſa eſt, certumq; signum eſt infirmitatis, pluribus indigere. prorsus ad uiuendum, uelut ad natandum is melior, qui onere liberior. Sunt enim similiter etiam in ista uita humanæ tempestates, leuia sustentaui, grauia demersi. Equidem didici, ea re præcedere maxime deos hominibus, q̃ nulla re ad usum sui indigeãt. Igitur ex nobis, cui q̃ minimus opus sit, eum esse deo similiorem. proinde gratum habitum, ad contumeliam diceretis. rem familiarem mihi peram et baculum fuisse, q̃ utinam tantus animi forem, ut præter eam supellectilem, nihil quicq̃ requirerem, sed eundem ornatum digne gestarem, quem Crates ultro diuitijs abiectis appetiuit. Crates inq̃, siquid credis Aemiliane uir domi inter Thebanos procères diues, et nobilis, amore huius habitus, quem mihi obiectas, rem familiarem largam & urbem populo donauit, multis seruis à sese remotis, solitatem delegit, arbores plurimas & frugiferas præ uno baculo spreuit. Villas ornatissimas una perula mutauit, quam postea comperta utilitate, etiam carmine laudauit. flexis ad hæc homericis uersibus, quibus ille Cretã insulã nobilitat. Principiũ dicã ne me hæc ad defensionẽ putes cõfinxisse.

* Iam cætera tam mirifica, quæ si tu legisses, magis

mihi peram, quàm nuptias Pudentillæ inuidisses Peram & baculum tu philosophis exprobrares. Igitur & equitibus faleras, & peditibus clypeos, & signiferis uexilla, & deniq; triumphantibus quadrigas albas & togam palmatam. Non sunt quidem istæ platonicæ sectæ gestamina, sed cynicæ insignia familiæ. Veruntamen hæc Diogeni & Antistheni pera et baculus, quod Regibus diadema, quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerum, quod lituus auguribus. Diogenes quidem cynicus, cum Alexandro magno de ueritate regni certabundus, baculo, uicæ sceptri, gloriabatur. Ipse deniq; Hercules inuictus, quoniam hæc tibi, ut quædam mendicabula animi sordent, ipse inquam Hercules lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domutor, is tamen deus cum terras peragraret, pauloprius q̃ in cœlum ob uirtutes ascitus est, neq; una pelle uestitior fuit, neq; uno baculo comtatior. Quod si hæc exempla nihiliputas, ac me non ad causam agendam, uerum ad censum differundum uocasti, nequid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fratri meo relictum à patre. HS. uiginti paulo secus, idq; à me longa peregrinatione, & diutinis studijs, & crebris liberalitatibus, modicæ imminutum. Nam & amicorum pleriſq; opem tuli, & magistris plurimis gratiam retuli, quorundam etiam filias dote auxi. neque enim dubitassem equidem uel uniuersum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod maius est contemptu patrimonij. Tu uero Aemuliane, & id genus homines, uti tu es, inculti &

agreſtes, tanti reuera eſtis quantum habetis, ut arbor infœcunda & infelix, quæ nullum fructum ex ſeſe gignit, tanti eſt in precio, q̃ti lignum eius in truncо. At tamen parcæ poſtea Aemuliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper uſq; agellũ Zarathenſem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, ſolus uno aſello ad tempeſtiuum hymbrem, triduo exarabas. Neq; enim diu eſt, cum te crebræ mortes propiquorum immeritis hereditatibus fulſerunt. Vnde tibi potius, q̃ ob iſtam teterrimam faciem. Charon nomen eſt. De patria mea uero, q̃ eam ſitam Numidiæ & Getuliæ in ipſo confinio, meis ſcriptis oſtendi, ſcis quibus memet profeſſus ſum, cum Lolliano Auito, cum præſente publicæ diſſererem. Semnumudam & Semigetulum dixit non uideo. quid mihi ſit in ea re pudẽdum, haud minus, q̃ Cyro maiori, q̃ genere mixto fuit Semimedus ac Semperſa. Non enim ubi prognatus, ſed ut moratus quiſq; ſit, ſpectandum, nec qua regione, ſed qua ratione uitam uiuere inierit conſyderãdum eſt. Olitori & Cauponi merito eſt concæſſum, olus & uinum ex nobilitate ſoli commendare, uinum thaſium, olus Phliaſium. Quippe illa terra alumna multum ad meliorem ſaporem iuuerit, & regio fœcunda, & cœlũ pluuium, & uentus clemens, & ſol apricus, & ſolũ ſucidum. Enimuero animo hominis extrinſecus in hoſpitium cœporis immigranti, quid ex iſtis addi, uel minui ad uirtutem uel maliciam poteſt? quando non in omnibus gentibus uaria ingenia prouenere? q̃q̃ uideantur quædam, ſtulticia, uel ſolertia inſigniores. Apud ſocordiſſimos ſcythas Anatharſis ſapiens natus eſt.

Apud Athenienſes cæcos Melecides fatuus. Neq; hoc eo dixi, quo' me patriæ meæ pœniteret, & ſi adhuc ſyphacis oppidum eſſemus, quo tamen uicto, ad Maſiniſſam regem concęſſimus munere populi. Ac deinceps ueteranorum militum nouo conditi, ſplendiſſima colonia ſumus, in qua colonia patrem habui loco principis duũuiralem cũctis honoribus perfunctum. Cuius ego locum i ea repu. exinde ut participare curiã cœpi, nequaq̃ degener, pari ſpero honore, & exiſtimatione tueor. Cur ergo illa protuli, ut mihi tu Aemilia ne minus poſthac ſucœnſeas, potiusq; ut ueniã impertias, ſi per negligentiam forte non elegi illud tuum aticum Zarat, ut in eo naſcerer. nonne uos puditum eſt, hæc crimina, tali uiro audiente, tam aſſeueranter obiectare? friuola & inter ſe repugnantia ſimul promere? & utraq; tamen reprehendere? At non contraria accuſatis, peram & baculum, ob auctoritatem? carmina & ſpeculum ob hylaritatem? Vnum ſeruum, ut parci, treis libertos, ut profuſi? præterea eloquentiam græcam patriam barbaram? quin igitur tandem expergeſcimini? At uos cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud uirum ſeuerum, & totius prouinciæ negocijs occupatum? quin inq̃ uana hæc conuitia aufertis? quin oſtenditis, quid inſimulauiſtis, ſcelera immunia & inconcęſſa maleficia, & artes nefandas? cur ueſtra oratio rebus flaccet, ſtrepitu uiget? Aggredior enim iam ad ipſum crimen magiæ, qua ingenti tumultu ad inuidiam mei accenſum fruſtrata expectatione omnium perneſcio quas aniles fabulas deflagrauit. Ecquãdo ne uidiſti Maxime, flammã ſti-

pula exortam, claro crepitu, largo fulgore, cito incremento? sed enim materia leui, cæduco incendio, nullis reliquijs? hem tibi illa accusatio iurgijs inita, uerbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquijs calumniæ permansura. Quæ quidem omnis Aemiliano fuit in isto uno destinata, me magum esse, & ideo mihi libet quærere, ab eruditissimis ei aduocatis, quid sit magus. Nam si quod ego apud plurimos lego persarum lingua magus est, qui nostra sacerdos, quod tandem est crimen sacerdotem esse? & rite nosse atq; scire, atq; callere, leges cærimoniarum, fas sacrorum, ius religionum. Siquidem magia, ideſt quod Plato interpretatur, cum commemorat, quibus namdisciplinis puerum regium aduleſcentem Perſæ imbuant. Verba ipſa diuini uiri memini, quæ tu mecum maxime reœgnoſce dicentia.

*

Auditis'ne magiam, qui eam temere accusatis, artem esse dijs immortalibus acceptam, colendi eos ac uenerãdi pergnaram, piam scilicet & diuini scientem, iam inde a Zoroaſtre, & Oromaze authoribus suis nobilem, cœlitum antistitam. quippe inter prima regalia docetur, nec ulli temere inter Perſas conceſſum eſt magum esse, haud magis q̃ regnare. Idem Plato in alia sermocinatione de Zamolxi quodam thraci generis, sed eiusdem artis uiro, ita scriptum reliquit.

Quod si ita est, cur mihi nosse non licæat, uel Zamol xi bona uerba, uel Zoroastri sacerdotia. Sin uero mo re uulgari eum isti proprie magum æstimant, q̃ com munione loquendi cum dijs immortalibus, ad omnia quæ uelit incredibilia quadam ui cantaminum polle= at, oppido miror, cur accusare non timuerint, quem posse tantum fatentur. Neq; enim tam occulta & diui na potentia cauere potest, itidem ut cætera. Sicarium q̃ in iudicium uocat, comitatus uenit. Qui uenenarium accusat scrupulosius cibatur. Qui furem arguit, sua custodit. Enimuero q̃ magum, qualem isti dicunt in di scrimen capitis deducat, quibus comitibus, quibus scru pulis, quibus custodibus perniciem cæcam & ineuita bilem prohibeat? nullis. s. & ideo id genus crimen nō est eius accusare, qui credit. Verū hæc ferme cōmuni quodam errore imperitorum philosophis obiectantur, ut partim eorum, qui corporum causas meras, & sim plicis rimantur, irreligiosos putent, eoq; aiant deos ab= nuere. Vt Anaxagoram & Leucippum & Demo= critum & Epicurum cæterosq; rerum naturæ patro nos. Partim autem qui prouidentiam mundi curiosi= us uestigant, & impēsius deos cælebrant, eos uero uul go magos nominent, quasi facere etiam sciant, quæ sciant fieri. Vt olim fuere Epimenides, & Orpheus, & Pythagoras, & Ostanes, ac dein similiter suspe= cta est Eocli Cathorino, Socrati Demonion Platonis, Gratulor igitur mihi, cum & ego tot & tantis uiris adnumeror. Cæterum quæ ab illis ad ostendēdum cri men obiecta sunt uana & inepta & simplicia, uere or ne ideo tantum crimina putes, q̃ obiecta sunt. Cur

inquit piſcium quædã genera quæſiſti? quaſi id cognitionis gratia philoſopho facere non licæat, q luxurioſo gulæ cauſa licæret. Cur mulier libera tibi nupſit poſt annos XIII uiduitatis? quaſi non magis mirandum ſit, quod tot annis nõ nupſerit. Cur prius, quàm tibi nuberet, ſcripſit neſcio quid in epiſtola, quod ſi uidebatur? quaſi quiſquam debeat cauſas alienæ ſententiæ reddere. At enim maior natu non eſt iuuenem aſpernata. Igitur hoc ipſum argumentũ eſt, nihil opus magia fuiſſe, ut nubere uellet mulier uiro, uidua cælebi, maior iuniori. Iam & illa ſimilia, habet quiddam Apuleius domi, quod ſancte colit, quaſi non id potius crimen ſit, quod colas, nõ habere. Cecidit præſente Apuleio puer, quid enim ſi iuuenis? quid ſi etiã ſenex adſiſtente me corruiſſet? uel morbo corporis impeditus, uel lubrico ſoli prolapſus? Hiſcine argumentis magiam probatis? caſu puerili, & matrimonio mulieris, & obſonio piſcium. Poſſem equidem bono periculo, uel his dictis contentus, perorare. Quoniam tamen mihi pro accuſationis longitudine largitur, atq; ſupereſt, cedo ſi uidetur, ſingula conſyderemus. Atqui ego omnia obiecta, ſeu uera, ſeu falſa ſint, non negabo. Sed perinde atq; ſi facta ſint, fatebor, ut omnis iſta multitudo, quæ plurima undiq; ad audiendum conuenit, aperte intelligat, nihil in philoſophos non modo uere dici, ſed ne falſõ quidem poſſe confingi, quod non ex innocentiæ fiducia, quamuis licæat negare, tamen habeant potius defendere. Primum igitur argumenta eorum conuincam, ac refutabo, nihil ea, ad magiam pertinere, deinde & ſi maxime magus forem, tamen oſtendam neq; cauſam

ullam, neq; occasionem fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. Ibi etiam de falsò inuidia, déq; epistolis mulieris perperã lectis, & nequius interpretatis, déq; matrimonio meo ac Pudentillæ disputabo, Idq; totius à me susceptũ officij gratia, q̃ lucri causa docebo. Quod quidem matrimonium nostrum Aemuliano huic immane, quanto angori, quantæq; inuidiæ fuerit, inde omnis huiusce accusationis obeundæ ira & rabies, & deniq; insania exorta est. Quæ si omnia palàm & dilucide ostendero, tunc deniq; te Claudi Maxime, & ois qui adsunt contestabor. puerum illum Sicinium pudentem priuignum meum, cuius obtentu, & uoluntate à patruo eius accusor, nuperrime curæ meæ ereptum, postq̃ frater eius Pontianus natu maior, & moribus melior, diem suum obijt, atq; ita in me ac matrem suã nefarie efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studijs, ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis, patruo Aemliano potius, q̃ fratri Pontiano simlem futurum. Nunc, ut instituì, profiscar ad omnia Aemiliani huiusce deliramenta, orsus ab eo, quod ad suspicionem magiæ, quasi ualidissimum in principio dici animaduertisti, nõnulla ne piscium genera per quosdam piscatores præcio quæsisse. Vtrum igitur horum ad suspectandam magiam ualet, q̃ ne piscatores mihi piscem quæsierunt? scilicet ergo phrygionibus, aut fabris, negocium istud dandum fuisse, atq; ita opera cuiusq; artis permutãda, si uellem calumnias uestras uitare, ut fãber mihi piscem, ut piscator mutuo lignum dedolaret. An ex eo intellexistis maleficio quæri, priscículos quod precio querebantur. Cre

do si conuiuio uellem, gratis quæsissem. Quin igitur etiam ex alijs plerisq; me arguitis? Nam sæpenumero & uinum & olus & pomum & panem precio mutaui. Eo pacto cupediarijs omnibus famen decernis. Quis enim ab illis obsonare audebit? siquidem statuitur, omnia edulia, quæ de penso parantur non cœnæ, sed magiæ desyderari. Quod si nihil remanet suspicionis, neq; in piscatoribus mercede inuitatis, ad quod solent ad piscem capiundum, quos tamen nullos ad testimonium produxere. Quippe qui nulli fuerunt, neq; in ipso precio rei uenalis, cuius tamen quantitatē nullum taxauere, ne si mediocre precium dixissent, contemneretur, si plurimum, non crederetur. Si in his, ut dico, nulla suspicio est, respondeat mihi Aemulianus quo proximo signo ad accusationem magiæ sit inductus. Piscēs inquit, quæris, nolo negare, sed oro te, qui piscēs quærit, magus est? Equidem non magis arbitror, q̄ si lepores quærerem, uel apros, uel altilia. An soli piscēs habent aliquid occultum alis, sed magis cognitum. Hoc si scis, q̄d sit magus, es profecto, sin nescis, confitearis necesse est, id te accusare, quod nescis. Tam rudis uos esse omnium literarum, omnium deniq; uulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista uerisimiliter. Quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus & frigidus, aut omnino res pelago quæsita? nisi forte hoc uos ad mendacium induxerit, quod Venus dicatur pelago exorta. Audi sis tam non impudens quā multa nescieris, qui de piscibus argumentum magiæ recepisti. At si Vergilium legisses, profecto scisses, alia quæri ad hanc rem solere. Ille enim quantum scio enu-

merat uittas mollis & uerbenas pinguis, & thura masculà, & licia discolora, præterea laurum fragilem, limum durabilem, cærã liquabilem, nec minus, quæ iam in opere serio scripsit.

Falcibus & messe ad lunam quæruntur ahenis.

» Pubentes herbæ nigri cum lacte ueneni.

» Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,

» Et matri præreptus amor.

At tu piscium imitator, longe diuersa instrumenta magis attribuis, non frontibus teneris detergenda, sed dorsis, squalentibus exandenda, nec fundo reuellenda, sed profundo extrahenda, nec falcibus metenda, sed hamis iniucanda. Postremo in maleficio, ille uenenum nominat, tu pulmentũ, ille herbas & surculos, tu squamas & ossa. ille pratum decerpit, tu fluctum scrutaris. Memorassem tibi etiam Theocriti paria, & alia Homeri, & Orphei plurima, & ex cœmœdijs, & tragedijs græcis, & ex historijs multa repetissem, ni te diu dũ animaduertissem græcã Pudentillæ epistolã legere nequiuisse. Igitur unum etiã poetã latinũ attingã, uersus ipsos, quos agnoscent, qui Lelium legêre.

» Philtra omnia undiq; eruunt.

» Antiphates illud quæritur.

» Trochisculi ungues, teniæ

» Radiculæ, herbæ surculi.

» Aureæ illicæs, bichordilæ.

» Hinnien cum dulcedines.

Hæc & alia quæsisse me potius, q̃ pisces, longe uerisimilius cõfinxisses. His etenim fortasse per famam p̃uulgatam fides fuisset, si tibi ulla eruditio adfuisset.

Enimuero piſcis, ad quam rem faciat captus, niſi ad epu las coctus? cæterum ad magiam nihil, q̃q̃ uideatur mihi adiutare, dicam, unde id coniectem. Pythagoram pleriq; Zoroaſtri ſectatorem, ſimiliterq; magiæ peritũ arbitrati, eum memoria prodiderunt, cum animaduertiſſet proxime metapontum, in litore Italiæ ſuæ, quam ſubſiciuam græciam fecerat, à quibuſdam piſcatoribus euerriculum trahi, fortunam iactus eius emiſſe, & pretio dato, iuſſiſſe ilico piſces eos, qui capti tenebantur ſolui retibus, & reddi profundo. Quos ſcilicet eum de manibus amiſſurum non fuiſſe, ſiquid in his utile ad magiam comperiſſet. Sed enim uir egregie doctus, & ueterum æmulator, memunerat Homerum poetam multiſciũm, uel potius cunctarum rerum adprime peritũ uim omnem medicaminum non mari, ſed terræ ſcripſiſſe, cum de quadã saga ad hunc modũ memorauit.

* Itomq; alibi cærminum ſimiliter.

Cum tamen nunq̃ apud eum marino aliquo, & piſculento medicauit, nec Protheus faciem, nec Vlyxes ſcrobem, nec Eolus folles, nec Helena crateram, nec Circæ poculum, nec Venus angulum. At uos ſoli reperti eſtis ex omni memoria, qui uim herbarum & radicum, & ſurculorum, & lapillorum, quaſi quadam colluuione naturæ, de ſummis montibus in mare transferatis, & penitus piſcium uentribus inſuatis. Igitur ut ſolebat ad magorum cærimonias aduocari Mercurius cærmunum uector, & illex animi Venus, & Luna noxium conſcia, & manium potens Triuia, uobis au

thoribus posthac Neptunus cum Salacia, & Portunus cum omni choro Nereidum, ab æstibus fretorum, ad æstus amorum transferentur. Dixi cur non arbitrer quicq̃ negocij esse, magis, & piscibus. Nunc si uidetur, credamus Aemiliano, solere pisces etiam ad magicas potestates adiuuare. Num ergo propterea quicunq; piscem quærit, & ipse magus est. Eo quidem pacto, & qui myoparones quæsierit, pirata erit? & qui uectem, profossor? & qui gladium, sicarius? Nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua obesse, nec tam lætum, quod non possit ad tristitudinem intelligi. Nec tamen ideirco omnia ad nequiorẽ suspicionem trahuntur, & si thus & casiam & myrrham, cæterosq; id genus odores funeri tantum emptos arbitreris, cum & medicamento parentur & sacrificio. Cæterum eodem piscium argumento, etiam Menelai socios putabis magos fuisse, quos ait poeta præcipuus flexis hamulis apud pharum insulam fame propulsos esse, etiam mergos & delphinos & scyllas. Tu eodem referes, etiam gulones omnis, qui impenso pisces precio à piscatoribus mercantur, etiam ipsos piscatores, qui omnium generum pisces arte acquirunt. Cur ergo & tu quæris? nolo equidem, nec necessarium habeo tibi dicere, sed per te, si potes ad hoc quæsisse me argue, ut si helleborum, uel cicutam, uel succum papaueris emisisem, item alia eiusdem modi, quorum moderatus usus salutaris, sed commixtio uel quantitas noxia est, quis æquo animo pateretur, si me per hoc ueneficij arcesseres, quod ex illis potest homo occidi? Videamus tamen quæ fuerint piscium genera, tam necessaria ad habẽ

dum, tamq; rara ad reperiendum, ut merito ſtatuto premio quærerentur. Tria omnino noſtauerant, unum falſi, duo mentiti, falſi, q leporem marinum fuiſſe dixerunt, qui alius omnino piſcis fuit, quem mihi Themis conſeruus noſter medicinæ non ignarus, ut ex ipſo audiſti, ultro attulit ad inſpiciendum. Nam quidē leporem nondum etiam inuenit, ſed profiteor me quærere & cætera, non piſcatoribus modo, uerum etiam amicis meis negocio dato, quicunq; minus cogniti generis piſcis incaderit, ut eius mihi aut formam commemorent, aut ipſum uiuum, ſi id nequiuerint, uel mortuū oſtendant. Quamobrem id faciam, mox docebo. Mentiti autem ſunt callidiſſimi accuſatores mei, ut ſibi uidentur, cum me ad finem calumniæ confinxerunt. duas res marinas, impudicis uocabulis quæſiſſe, quas Tannonius ille cum utriuſq; ſexus genitalia intelligi uellet, ſed eloqui propter infantiam, cauſidicus ſummus nequiret, multam ac diu hæſitato, tandem uirile marinum, niſcio qua circūlocutione male ac ſordide nominauit. Sed enim fœminal nullo pacto reperiens mūditer dicere ad mea ſcripta confugit, quia & è quodam meo libro legit. Interfœmineum tegat, & fœmoris obiectu, & palmæ uelamento. Hic etiam pro ſua grauitate uitio mihi uortebat, q me nec ſordidiora dicere honeſte pigeret. At ego illi contra iuſtius exprobrauerim, q qui eloquentiæ patrocinium uulgo profitea tur, etiam honeſta dictu ſordide blatteret, ac ſæpe in rebus nequaq̃ difficilibus fringultiat, uel omnino obmuteſcat. Cædo enim, ſi ego de Veneris ſtatua nihil dixiſſem, neq; inter fœmineum nominaſſem, quibus tan

dem uerbis accusasses crimen illud, tam stultitiæ q̃ linguæ tuæ congruens? an quicq̃ stultius, q̃ ex nomnum propinquitate uim simulem rerum coniectari? Et fortasse an præacute repperisse uobis uidebamini. At quæ sisse me fingeretis ad illecebras magicas, duo hæc marina, ueretillam, & uirginal, discæ enim nomina rerum latina, quæ propterea uarie nomnaui, ut denuo instructus accuses. Memento tamen tam ridiculum argumentum fore, desyderata ad res uenereas marina obscœna, q̃ si dicas marinum pectinem comando capillo quæsitum, uel aucupandis uolantibus piscem accipitrem, aut uenandis apris, piscem apriculum, aut eliciendis mortuis, marina caluaria. Respondeo igitur ad hunc uestrum locum, non minus insulse, quàm absurde commentum, me hasce nugas marinas, & qui scyllas litoralis, neq; precio, neq; gratis quæsisse. Illud etiã præterea respondeo, nescisse uos, quid à me quæsitum fingeretis. Hæc enim friuola, quæ nomnastis, pleraq; in litoribus omnibus congestim & acernatim iacent, & sine ullius opera, quãlibet leuiter motis flucticulis ultro foras euoluuntur. Quin ergo dicitis me eadem opera precio impenso per plurimos piscatoris quæsisse de litore, conchulam striatam, testam habentem, calculum teretem, præterea cancrorum furcas, echinorum caliculos, loliginum ligulas, postremo assulas, festucas, resticulas, & ostrea pergami uermiculata, deniq; musscum, & algam, & cætera maris eiectamenta, quæ ubiq; litorum uentis expelluntur, salo expuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deserũtur. Neq; enim munus istis, quæ commemoraui, accomodari possunt, si

militer ex uocabulo ſuſpiciones. Poſſe dicitis ad res ue nereas ſumpta de mari ſpuria & faſcina, propter no minum ſimilitudinem, qui minus poſſit ex eodem lito re calculus ad ueſicam, teſta ad teſtamentum, cancer ad ulcera, alga ad quercerum. Ne tu Claudi Maxime nimis patiens uir es, & oppido proxima humanitate, q haſce eorum argumentationes diu hercle perpeſſus ſis. equidem cum hæc ab illis, quaſi grauia & inuincibi lia dicerentur, illorum ſtulticiam ridebam, tuam patientiam mirabar. Cæterum quamobrem plurimos iã piſcis cognouerim, quorundam adhuc neſcius eſſe no lui diſcat Aemilianus, quoniam uſq; adeo rebus meis curat, quanq̃ eſt iam præcipiti æuo, & occidua ſenectute, tamen & ſi uidetur ſuſcipiat doctrinam, ſeram planè, & poſt uinum, legat ueterum philoſophorum monumenta, tandẽ ut intelligat, non me primum hæc requiſiſſe, ſed iam pridem maiores meos., Ariſtotelem dico, & Theophraſtum, et Eudemum, & Lycænem, cæteroſq; Platonis minores, qui plurimos libros de genitu animalium, deq; particulis, deq; omni differentia reliquerunt. Bene, quod apud te Maxime, cauſa agitur, qui pro tua eruditione legiſti profecto Ariſtotelis multiiuga uolumina, præterea problemata innumera eiuſdem, tum ex eadem ſecta cæterorum, in quibus id genus uaria tractantur, quæ tanta cura conquiſita, ſi honeſtum & glorioſum fuit illis ſcribere, cur turpe ſit nobis experiri? præſertim cum ordinatius & cohibilius, eadem græce & latine adnitar cõ ſcribere, & in omnibus aut omiſſa acquirere, aut defecta ſupplere. Permittite, ſi opera eſt, quædam legi de

magias

magias meis, ut sciat me Aemulianus, plura q̃ putat quærere, & sedulo explorare. prome tu librũ ex græcis meis, quos forte hic amici habuere, sediliq; naturalium quæstionem, atq; maxime, in quo plura de piscium genere tractata sunt. Interea, dum hic quærit, ego exemplum rei cõpetens dixero. Sophocles poëtæ Euripidi æmulus & superstes (uixit enim ad extremam senectam). Cũ igitur accusaretur à filio suomet dementiæ, quasi iam per ætatem desiperet, protulisse dicatur cõlonæum suam peregregium tragœdiarum, quàm forte tum in eo tempore cõscribebat, eam iudicibus legisse, nec quicquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiæ condemnarent, si cãrmina senis displicerent. Ibi ego comperior omnes iudices tanto poëtæ adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse, ob argumenti sõlertiam, & cõthurnum facundiæ. Nec ita multum omnis abfuisse, quin accusatorem potius dementiæ condemnarent. Inueniſti tu librum? beasti. Cedo enim experiamur, an & mihi possint in iudicio literæ meæ prodesse. Lege pauca in principio, deinde quædam de piscibus. At tu interea dum legit causam sustine. Audisti Maxime, quorum pleraq; scilicet legeras apud antiquos philosophorum, & memento de solis piscibus, hæc uolumina à me cõscripta, qui eorum cõitu progignantur, qui ex limo cõalescant, quoties & quid anni cuiusq; eorum generis fœminæ subane, mares suriant, quibus membris & causis discreuerit natura, uiuiperos eorum & ouiperos, ita. n. appello, quæ græci ζωοτόκους καὶ ὠοτόκους. Et ne perose animalium genita pergam, deinde de differentia &

uictu, & membris, & ætatibus, cæteris q; plurimis, ſcitu quidem neceſſarijs, ſed i iudicio alienis. pauca etiã de latinis ſcriptis meis, ad eandem peritiam pertinentibus, legi iubebo. in quibus animaduertes, eum in eis cognitu rara, tum nomina etiam Romanis inuſitata, & in hodiernum, quod ſciam, infecta. Ea tamen nomina labore meo & ſtudio, ita de græcis prouenire, ut tamen latina moneta percuſſa ſint, uel dicant nobis Aemiliane patroni tui, ubi legerint latine, hæc pronunciata uocabula, de ſolis aquatilibus dicam, nec cætera animalia niſi in communibus differentes attingam. Auſculta igitur quæ dicam. Iam me clamabis magica nomina ægyptio, uel babylonico ritu percenſere. Poſſum etiam pergere, ſed non eſt operæ in iſtis diẽ terere, ut ſit mihi tẽpus aggredi ad cætera, hæc interim quæ dixi pauca, recita, latine à me enuntiata.

Vtrum igitur putas philoſopho, non ſecundum cynicam temeritatem rudi & indocto, ſed qui ſe platonicæ ſcholæ meminerit, utrũ ei putas turpe ſcire ne iſta, an neſcire? negligere? an curare? noſſe quanta ſit, etiam in iſtis prouidentiæ ratio, an de dijs immortalibus matri & patri credere? Q. Ennius φαγητικὰ, quæ uerſibus ſcripſit, innumerabilia piſcium genera enume-

vat, quæ ſcilicet curioſe cognouerat, paucos uerſus memini, eos dicam.

*

Omnibus ut Clypea præſtat, muſtella marina.
Mures ſunt Oeni aſpera, & oſtrea plurima Abydi.
Mus Mitylenæ, eſt pecten cæradrum, quæ apud Vmbraciæ fineis.
Brũduſii Sargus bonus eſt, hunc magnus ſi erit ſume.
Apriculum piſcem ſcito primum eſſe Tarenti.
Surrẽti Ellopa fac emas glaucum apud Cumas, quid
Scarum prætorij, cerebrum Iouis penè ſupremu,
Neſtoris ad patriam hic capitur, magnuſq; bonuſq;.
Melanurum, ſurdũ Merulamq;, Vmbramq; marinã.
Polypus, Corcyræ, caluaria pinguia carne.
Purpura, Mariculi, Mures, dulces quoq; Echini.

Alios etiam multis uerſibus decorauit, & ubi gentium quiſq; eorum inueniatur oſtendit, qualiter aſſus, aut iuſſulentus optime ſapiat, nec tamen ab eruditis reprehenditur, ne ego reprehendar, qui res pauciſſimis cognitas græce, latine proprijs & elegantibus uocabulis conſcribo. Cum hoc ſatis dixi, tum aliud accipe. Quid enim tandem, ſi medicinæ neq; inſtudioſus, neq; imperitus, quæpiam remedia ex piſcibus quæro, ut ſanè

sunt plurima, cum in alijs omnibus rebus eodem naturæ munere interspersa, atq; interseminata, tum etiam nonnulla in piscibus. An remedia nosse, & ea conquirere, magi potius esse, quàm medici. quàm deniq; philosophi putas? qui illis nó ad quæstum, sed ad suppetias usurus est. Veteres quidem medici etiam carmina remedia uulnerum norant, ut omnis uetustatis certissimus author Homerus docet, qui facit Vlyxi de uulnere sanguinem profluentem sisti cantamine. Nihil enim quod salutis ferendæ gratia fit, ærumnosum est. At enim inquit piscem cui rei nisi male proscidisti? quem tibi Thenus conseruus attulit. Quasi uero non pauloprius dixerim, me de particulis omnium animaliũ, de situ earum, déq; numero, déq; causa, conscribere? ac libros, ἐξερευνᾶν Aristotelis, & explorare studio, & augere. atq; admiror, quod unum à me pisciculũ inspectum sciatis, cum iã plurimos, q ubicunq; locorũ oblati sunt, æque inspexerim. Præsertim ꝙ ego nihil clãculo, sed omnia in propatulo ago. At quiuis uel extrarius arbiter assistat, more hoc & instituto magistrorum meorum, qui aiunt, hominem liberum & magnificum debere, si queat, in primori fronte animum gestare, hunc adeo pisciculum, quem uos leporem marinum nominatis, plurimis, qui aderant, ostendi. Nec dum etiam decerno, quid uocent, nisi quærã sanè accuratius, quod nec apud ueteres philosophos proprietatem eius piscis reperio, q̃q̃ sit omnium rarissima, & Hercule memoranda. Quippe solus ille quantum sciã, cum sit cætera exossis XII numero ossa, ad similitudinem talorum suillorum, in uentre eius connexa,

& cathenata sunt. Quod Aristoteles si scisset, nunq̃ profecto omisisset scripto prodere, qui aselli piscis solius omnium in media aluo cor culum situm pro maximo memorauit. Piscem inquit proscidisti. Hoc quis ferat philosopho crimen esse? quod lanio uel coco non fuisset. Piscem proscidisti, quod crudum id accusas, si cocto uentrem rusparet. Hepetia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius pudens suomet obsono dixit, eam rẽ non putares accusandam. Atqui maius crimen est philosopho comesse piscis, quàm inspicere, an hariolis licet iocinora rimari, philosopho contemplari non licebit? qui se sciat omnium animalium aruspicem, omnium Deum sacerdotem. Hoc in me accusas, quod ego & Maximus in Aristotele miramur, cuius nisi libros bibliothecis exegeris, & studiosorum manibus extorseris, accusare me non potes. Sed de hoc penè plura quàm debui. Nunc præterea uide, quàm ipsi sese reuincant. Aiunt mulierem magicis artibus, marinis illecebris, à me petitam, eo in tempore, quo me nõ negabunt in Getuliæ mediterraneis montibus fuisse, tibi pisces p Deucalionis diluuia reperiantur, quod ego gratulor nescire istos, legisse me Theophrasti quoq;

& Nicandri.

Cæterum me etiam beneficijs postularent, eum, ut quidem hoc negocium ex lectione & æmulatione Aristotelis nactus sum, non nihil & Platone meo adhortante, qui ait, eum qui ista uestiget.

Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt, accipe aliud pari quidem stulti-

tia, sed multo tanto, uanius, & nequius excogitatum, scierunt & ipsi argumentum piscarium futile, & nihil futurum. præterea nouitatem eius ridiculá, quis enim fando audiuit ad maleficia magica disquãmari, & exdorsari piscis solere, potius aliquid de rebus per uulgatioribus, & iam creditis fingendum esset. Igitur ad præscriptum opinionis & famæ confinxere, puerum quempiam carmine cantatum, remotis arbitris, secreto loco, arula, & lucerna & paucis conscijs testibus ubi incantatus sit, corruisse, postea nescientẽ sui excitatum. Nec ultra isti quidem progredi mendacio ausi, etenim fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum eundem multa præsagio prædixisse, quippe hoc emolumentum cantibus accipimus præsagium, & diuinationem, nec modo uulgi opinione, uerum etiam doctorum uirorũ authoritate hoc miraculum de pueris confirmatur. Memini me apud Varronem philosophum, uirum accuratissime doctum, atq; eruditum, cum alia huiusmodi, tum hoc etiam legere, Trallibus de euentu mithridatici belli magica percõtatione consulentibus, puerum in aqua simulachrum Mercurij contemplantem, quæ futura erant CLX uersibus cecinisse. Itemq; Fabium cum quingentos denarios perdidisset, ad Nigidium consultum uenisse, ab eo pueros carmine instinctos indicasse, ubi locorum de fossa esset crumena cum parte eorum, cæteri ut forent distributi, unum etiam denarium ex eo numero habere. M. Catonem philosophum, quem se à pedisequo in stipe Apollinis accepisse Cato confessus est. Hæc & alia apud plerosq; de magijs pueris lego equidem,

sed dubius sententiæ sum, dicam ne fieri posse, an negē. Quanq̄ Platoni credam, inter deos atq; homines, natura & loco medias quasdam diuorum potestates interstitas, eásq; diuinationes cunctas & magorum miracula gubernare. Quin & illud mecum reputo, posse animum humanum, & puerilem presertim simplicémq;, seu carminum auocamento, siue odorum delinimento soporari, & ad obliuionem præsentium externari, & pauliſper remota corporeis memoria, redigi ac redire ad naturam suam, quæ est immortalis scilicet, & diuina, atq; ita ueluti quodam sopore futura rerum præsagire. Verum enimuero, ut ista sese habent, siqua fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer, prouidus, quantum ego audio, & corpore decorus atq; integer diligi, & animo solers, et ore facundus, ut in eo aut diuina potestas, quasi bonis ædibus diuersetur. Si digne tamen ea pueri corpore includitur, aut ipse animus expergitus, cito ad diuinationem suam redigatur, quæ ei prompte insita, & nulla obliuione saucia, & hebes facile resumatur. Non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi. Quod si ita ē, nominate, quis ille fuerit puer, sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. Cæterum Thallus quem nominastis, medico potius, q̄ mago indiget. Est enim miser morbo comitiali ita infectus, ut ter aut quater die sæpenumero, sine ullis cantaminibus corruat, omniáq; membra conflictionibus debilitet, facie ulcerosus, fronte & occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. Maximus omniū magus est, quo

præsente Thallus diu steterit, ita plerunq; morbo ceu somno uergens inclinatur. Eum tamen uos carminibus meis subuersum dixistis, quod forte me coràm semel decidit, conserui eius pleriq; adsunt, quos exhiberi denunciastis. Possunt dicere omnes quid in Thallo despiciant, cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, eodem poculo bibere, & quid ego de seruis? uos ipsi uidetis, negate Thallum multo prius q̃ ego Aeeam uenirem, corruere eo morbo solitum, medicis sæpenumero ostensum. Negant hoc conserui eius, qui sunt in ministerio uestro? omnium rerum conuictum me fatebor, nisi de omnium consensurus diu ablegatus est in longinquos agros, ne familiam contaminaret. Quod ita factum nec ab illis negari potest. Eo nec potuit hodie à nobis exhiberi. Nam ut omnis ista accusatio temeraria & repentina fuit, nudiustertius nobis Aemilianus denunciauit, ut seruos numero quindecim apud te exhiberemus, adsunt quatuordecim, qui in oppido erant. Thallus solus, rus ablegatus, ut dixi quidẽ fermè ad centesimum lapidem longe ex oculis. Thallus solus abest, sed missimus qui eum curriculo aduehat. Interroga maxime quatuordecim seruos, quos exhibemus, Thallus puer ubi sit, & q̃ salue agat, interroga seruos accuratorum meorum, non negabunt turpissimum puerum corpore putri & morbido, caducum, barbarum, rusticanum. Bellum uero puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem pulchro pallio amictat, à quo responsum speret. Vellem hercule adesset, tibi eum Aemiliane permisissem, ut teneres ipse, ut interrogares,, iam in media

quæstione, hic ibidem pro tribunali oculos trucis in te inuertisset, faciem tuam spummabũdus conspuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postremo in sinu tuo corruisset. Quatuordecim seruos, quos postulasti, exhibeo, cur illis ad quæstionem nihil uteris? unum puerũ, atq; eum caducum, requiris, quem olim abesse pariter mecum scis? Quæ alia est euidentior calumnia? quatuordecim serui petitu tuo adsunt, eos dissimulas, unus puerulus abest, eum insimulas. Postremo quid uis? puta Thallum adesse? uis probare eum præsente me concidisse? ultro confiteor, carmine id factum dicas? Hoc puer nescit, ego non factum, reuinco, nunc caducum esse puerum, nec tu audebis negare. Cur ergo carmini potius, q̃ morbo attribuatur eius ruina? An euenire nõ potuit, ut forte præsente me idem pateretur, quod sæpe alias multis præsentibus? quod si magnum putarẽ, caducum deijcere, quid opus carmine fuit? cum incensus gagates lapis, ut apud physicos lego, pulchre, & facile hunc morbum exploraret. Cuius odore etiam in uenalicijs uulgo, sanitatem, aut morbum uenalium experiantur. Etiam orbis à figulo circumactus, non difficile eiusdem ualitudinis hominem uertigine sui corrigit, ita spectaculum rotationis eius animum faucũ debilitat, ac multo plus ad caducos consternendos figulus ualet, q̃ magus. Tu frustra postulasti ut seruos exhiberem, ego non de nihilo postulo, ut nomines, qui nã testes huic piaculari sacro adfuerint, cum ego ruẽtem Thallum impellerem, unum omnino nomnas puerulum illum Sicanium pudentem, cuius me nomine accusas, is enim affuisse se dicit. Cuius pueritia & si ni-

hil ad religionem ſuffragaretur, tamen accuſatio fidē derogaret. Facilius fuit Aemiliane, ac multo grauius tete ut ipſum dicēres interfuiſſe, & ex eo ſacro cœpiſſe dementiri potius, q̄ totum negocium, quaſi ludicrum pueris donares, puer cecidit, puer uidit, num etiā puer aliquis incantauit? Hic ſatis ueteratoriæ Tannonius pudens, cum hoc quoq; mendacium frigere, ac prope iam omnium uultu, & murmure exploſum uideret, ut uel ſuſpiciones quorundam ſpe moraretur, ait pueros alios productūrum, qui ſint equæ à me incantati, atq; ita ad aliam ſpeciem argumenti transgreſſus eſt. Quod q̄q̄ diſſimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoq; uitro prouoco. Cupio enī produci eos pueros, quos ſpe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. Sed nihil amplius dico, q̄ ut producant. Poſtulo igitur & flagito Tannoni pudens, ut expleas, quod es pollicitus. Cedo pueros iſtos quibus confiditis, produc, nomina q̄ ſint, mea aqua licēt ad hoc utare. Dic inquam Tannoni, quid taces? quid contaris? quid expectas? q̄ ſi hic neſcit quid dixerit, aut nomina oblitus eſt. At tu Aemiliane cede huc, dic quid aduocato tuo mandaueris, exhibe pueros, quid expaluiſti? quid taces? hoccine accuſare eſt? hoccine tantum crimen deferre? An Claudium Maximum tantum uirum ludibrio habere, me calumnia inſectari. Quod ſi forte patronus tuus uerbo prolapſus eſt, & nullos pueros habes, quos producas, ſaltē quatuordecim ſeruis, quos exhibui ad aliquid utere, aut cur ſiſti poſtulabas, tantam familiam magiæ accuſans. De quindecim ſeruis denuntiaſti, q̄ ſi de ui accuſares, quot tandem ſeruos poſtulares? Sciunt ergo alī

quid quindecim serui, & occultum est, an occultum nō est, & magicum est? Alterum horum fatearis necesse est, aut illicitum non fuisse, in quo tot conscios non timuerim, aut si illicitum fuit, scire tot conscios non debuisse. Magia ista quantum ego audio, res est legibus delegata. Iam inde antiquitus XII tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta. Igitur & occulta non minus q̄ tetra & horribilis, plerunq; noctibus uigilata, & tenebris obstrusa, & arbitris solitaria, & carminibus murmurata, cui non modo seruorum, uerum etiam liberorum pauci adhibentur. Et tu quindecim seruos uis interfuisse. Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tē pestiuum? quindecim serui sacrum magicum participant, quasi quindecim uiri sacris facundis creati. Cui tamen rei tot numero adhibuissem, si conscientiæ nimis multi sunt? quindecim liberi homines populus est, totidem serui familia, totidem uincti ergastulum. An auditorio multitudo eorum necessaria fuit, q̄ diutè ne hostias lustralis tenerent? at nullas hostias nisi gallinas nominasti? an ut grana thuris numerarent? an ut Thallum prosternerent? Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixistis, eiusdem Thalli uanitatis. Quam ego pollicitus sim curaturum, eā quoq; incantatam à me corruisse, ut uideo uos palestritam non magum accusatum uenistis. Ita omnis qui me accesserint, dictis cecidisse. Negauit tamen quærente te Maxime Themison medicus, à quo mulier adinspicie dum perducta est, quicq̄ ultra passam, nisi quæsisse me, ecquid illi aures obtinnirent, & ultra eorum ma

gis, ubi responderit, dextram sibi aurem nimis inquietam confestim discisisse. Hic ego Maxime, q̃q̃ sedulo impræsentiarum à laudibus tuis tempero, ne ubi tibi ob causam istam uidear blanditus, tamen solertiam tuam in percontando nequeo quin laudem. Dudum enim cũ agitarentur hæc, & illi incantatam mulierem dicerent, medicus qui adfuerat, abnueret, quæsisti tu nimis q̃ prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi, responderunt ut mulier rueret. Quid deinde mortua est inquis? negarunt. Quid ergo dicitis, quod Apuleij commodum, si ruisset? Ita enim pulchre ac perseueranter tertio quæsiuisti, ut qui scires omnium factorũ rationes diligentius examinandas, ac sæpius causas quæri, facta concedi, eoq; etiam patronos litigatorum causidicos nominari, q̃ cur quæq; facta sint, expediant. Cæterum negare factum, facilis res est, & nullo patrono indiget recte factum, uel perperam docere. Id uero multo arduum & difficile est. Frustra igitur an factum sit, quæritur, quod nullam malam causam habuit, ut fieret, ita facti reus, apud bonum iudicem scrupulo quæstionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. Nunc quoniam, neq; incantatam, neq; prosiratam mulierem probaucrunt, & ego non nego petitũ me dicta à me inspectam, dicam tibi Maxime, cur illud de aurium tinnitu quæsierim, non tam purgandi mei gratia i ea re, quàm tu iam præiudicasti, neq; culpæ, neq; crimini confinem, q̃ ut nequid auribus tuis, et doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam igitur q̃ breuissime potero, etenim admonendus es mihi, non docẽdus. Plato philosophus in illo præclarissimo Timæo,

cœlesti quadam facundia uniuersum mũdum molitus, postq̃ de nostri quoq; animi trinis potestatibus solertissime disseruit, & cur quæq; membra nobis diuina prouidentia fabricata sint, aptissime demonstrauit, causam morborum omnium trifariam pœnset. Primam causam primordijs corporis attribuit. Si ipsæ elementorum qualitates, humida & frigida, & his duæ aduersæ non congruant, id adeo euenit, cum quæpiam earum modo excæssit, aut loco demigrauit. Sequens causa morborum inest in eorum uitio, quæ iam concreta ex simplicibus elementis, una tamen specie coaluerũt, ut est sanguinis species, & uisceris, & ossis, & medullæ, porro illa quæ ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio in corpore concrementa uarij fellis, & turbidi spiritus, & pinguis humoris, nouissima ægritudinum incitamenta sunt. Quorum è numero præcipua sit materia morbi comitialis, de quo dicere exorsus sum, cum caro in humorem crassum, & spumidum inimico igni conliquescit, & spiritum indidem parto ex cãdore compressi aëris albida & tumida tabes fluit. Ea nanq; tabes, si foras corporis prospirauit, maiore dedecore, quàm noxa diffunditur. Pectoris enim primorem cutim uitiligine insignit, & omnimodis maculationibus conuariat, sed cui hæc usu uenerit, nunquã postea comitiali morbo attentantur, ita ægritudinem animi grauissimam, leui turpitudine corporis compensat. Enimuero si pernicios illa dulcedo intus cohibita, & bili atræ sociata uenis omnibus furens peruasit, deinde ad summum caput uiam molita dirum fluxum cerebro immisscuit, illico regalem partem animi

debilitat, quæ ratione pollens, uerticem hominis uelut arcem & regiam insedit. Eius quippe diuinas uias & sapientis meatus obruit & obturbat, quod facit minori pernicie per soporem, cum potu et cibo plenos, comitialis morbi prænuncia strangulatione modice angit. Sed si usqueadeo aucta est: ut etiam uigilantium capiti offundatur, tum uero repentino mentis nubilo obtorpescunt, & moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo maiorem & comicialem, uerum etiam diuinum morbum, ita ut græci ἱερὰν νόσον uere nuncuparunt, uidelicet quod animi partem rationalem, quæ longe sanctissima est, eam uiolet. Agnoscis Maxime rationem Platonis, quantum potui pro tempore perspicue explicatam, cui ego fidem arbitratus, causam diuini morbi esse, cum illa pestis in caput redúduit, haud quaquam uideor de nihilo peræntatus, an esset mulieri illi caput graue, ceruix torpens, tempora pulsata, auris sonora, & cæterum, quod dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. Nam dextera corporis ualidiora sunt, eóq; munus spei ad sanitatem relinquunt, cum & ipsa ægritudini accumbunt. Aristoteles adeo in problematis scriptum reliquit, qbus æque caducis à dextero morbus occupiat, eorum esse difficiliorem medelam. Longũ est, si uelim Theophrasti quoq; sententiam de eodẽ morbo recensere. Est enim etiam eius egregius liber de caducis. Quibus tamen in alio libro, quem de non uidentibus animalibus conscripsit, remedio esse ait exuuias stellionum, quas uelut seniũ, more cæterorũ serpentium, temporibus statutis exuant. Sed nisi confe-

ſtim eripias, maligno' ne præſagio, an naturali adpetẽ tia ilico cõuertuntur, & deuorant. Hæc icirco cõmemoraui nobiliũ philoſophorum diſputata, ſimul et libros ſedulo nominaui, nec ullum ex medicis, aut poë tis uolui attingere, ut iſti deſinant mirari, ſi philoſophi ſuapte doctrina cauſas morborum & remedia nouerunt. Igitur cum ad inſpiciendum mulier ægra, curationis gratia, ad me perducta ſit, atq; hoc & medici confeſſione, qui adduxit ad meam ratiocinationem recte factum eſſe conueniat, aut conſtituant magi, & maleficæ hominis eſſe, morbis mederi, aut ſi hoc dicere non audent, fateantur ſe in puero & muliere caducis, uanas & prorſus caducas calumnias intendiſſe. Immo enim, ſi uerum uelis Aemiliane, tu potius caducus, qui iam tot calumnijs cecidiſti, neq; enim grauius eſt corpore, quàm corde collabi, pede potius quã mente curruere, in cubiculo deſpui, quã in ipſo ſplendiſſimo cœtu deteſtari. At tu fortaſſe te putas ſanum, quod non domi contineris, ſed inſaniam tuam, quoquo te duxerit, ſequeris. Atqui ſi contendere uis furorem tuum, cum Thalli furore, inuenies non permultum intereſſe, niſi q Thallus ſibi, tu etiam alijs furis. Cæterum Thallus oculos torquet, tu ueritatem, Thallus manus contrahit, tu patronos, Thallus pauimentis illuditur, tu tribunalibus. Poſtremo ille quicquid agit, in ægritudine facit, ignorans peccat. at tu miſer prudens & ſciens delinquis, tanta uis morbi te inſtigat, falſum pro uero inſimulas, infectum pro facto criminaris. quem innocentem liquido ſcis, tamen accuſas ut nocẽtem. Quin etiam, quod præterij, ſunt quæ fatearis ne-

scire, & eadem rursus quasi scias criminaris. Ais enim habuisse quædam sudariola inuoluta apud lares Pontiani. Ea inuoluta quæ & cuiusmodi fuerint nescisse te confiteris, neq; præterea quenq; esse qui uiderit, tamen illa contendis instrumenta magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur Aemiliane. Non est in accusando uersutia, ac ne impudentia quidem, ne tu arbitreris. Quid igitur? furor infelix acerbi animi & misera insania crudæ senectutis. His enim pene uerbis cum tam graui & perspicaci iudice egisti. Habuit Apuleius quæpiam linteola inuoluta apud lares Pontiani. Hæc quoniam ignoro, quæ fuerint, ideo magica fuisse contendo. Crede igitur mihi, quod dico, quia id dico quod nescio. O pulchra argumenta, & aperte crimen reuincentia hoc fuit, quoniã quid fuerit, ignoro. Solus repertus es Aemiliane, qui scias, et illa, quæ nescis, tantum supp omnis stultitiæ uectus es, qppe qui solertissimi, & acerrimi philosophorum, ne ijs quidem confidendum esse aiunt, quæ uidemus. At tu de illis quoq; affirmas, quæ neq; conspexisti unq̃, neq; audisti. Pontianus si uiueret, atq; eum interrogares, quæ fuerint in illo inuolucro, nescire se responderet. Libertus etiã ille, qui claues eius loci in hodiernum habet, & à uobis stat, nunquam se ait inspexisse, q̃q̃ ipse aperiret, utpote promus librorum, qui illic erant conditi pene quottidie & clauderet sæpe nobiscum, multo sæpius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret, sine ullo sigillo, sine uinculo. Quid ni enim magicæ res in eo occultabantur, eo negligentius ad seruabam, sed enim libere scrutandum & inspiciendum, si liberet

etiam

etiam auferendum temere exponebam, alienæ custodiæ commendabam, alieno arbitrio ꝑmittebã. Quid igitur in præsentiarum uis tibi credi, quod ne Pontianus quidem sciret, qui indiuiduo contubernio mecum uixit, id te scire, quem nunq̃ uiderim nisi pro tribunali. An quod libertus assiduus, cui omnis facultas inspiciendi fuit, quod is libertus non uiderit te, qui nunq̃ eò accesseris, uidisse? Deniq; ut quod non uidisti, id tale fuerit, quale dicas? Atqui stulte si hodie illud sudariolum tu intercepisses, quicquid ex eo promeres, ego magicum negarem, tibi adeo permitto, finge quid uis, reminiscere, excogita, quod possit magicum uideri, tamen de eo tecum decertarem, aut ego subiectum dicerem, aut remedio acceptum, aut sacro traditũ, aut somno imperatum. Mille alia sunt, quibus possem more communi & uulgatissima obseruationum consuetudine uere refutare. Nunc id postulas, ut quod deprehensum & detentum, tamen nihil me apud bonum iudicem læderet, id inani suspicione incertum & incognitum condemnet. Haud sciam, an rursus ut soles, dicas. Quid ergo illud fuit, quod linteo tectum apud lares potissimum deposuisti? ita' ne est Aemiliane, sic accusas, ut omnia à reo percontere, nihil ipse adferas cognitum, quamobrem piscis quæris. Cur ægram mulierem inspexisti? quid in sudario habuisti insutum? accusatum an interrogatum ueniſti? si accusatum, tu argue quæ dicas, si interrogatum, noli præiudicare quid fuerit, quod ideo te necesse est interrogare, quia nescis. Cæterum hoc quidem pacto, omnis homines rei constituentur, si ei, qui nomen cuiuspiam detulerit, nulla necessitas sit probã-

di, omnis contra facultas percontandi. Quippe omnibus sicut forte negocium magiæ facessitur, quicquid omnino egerint, obijcietur. Votum in alicuius statuæ femore assignasti. igitur magus es, aut cur signasti? tacitas preces in templo deis allegasti. igitur magus es, aut quid optasti? contra, nihil in templo precatus es. igitur magus es, aut cur deos non rogasti? Similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaueris, si uerbenam sumpseris. Dies me deficiet, si omnia uelim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit, presertim quod conditum cunq; quod obsignatum, quod inclusum domi obseruatur, id omne eodem argumento magicum dicetur, aut è cella promptuaria in forum atq; in iudicium proferetur. Hæc quanta sint & cuiusmodi Maxime, quantusq; campus calumnijs, hoc Aemiliani tramite aperiatur, quantiq; sudores innocentibus hoc uno sudariolo adferantur. Possum equidem pluribus disputare, sed faciam, quod institui, extra, qđ non necesse est, confitebor, & interrogatus ab Aemiliano, respondebo. Interrogas Aemiliane, quid in sudario habuerim. At ego q̃q̃ omnino positum ullum sudarium meum in bibliotheca Pontiani possim negare, tamen Maxime fuisse concedam cum habeam dicere, nihil in eo inuolutum fuisse, quæ si dicam, neq; testimonio aliquo, neq; argumento reuincar. Nemo enim qui attigerit est. Vnus libertus, ut ais, qui uiderit, tamen inquam per me licet fuerit repertissimum, sic enim si uis arbitrare, ut olim Vlyxi socij thesaurum reperisse arbitrati sunt, cum utrem uentosissimum manticularentur. Vin dicam cuiusmodi illas res in sudario ob

uolutas, laribus Pontiani commendarim? Mos tibi geretur, sacrorum pleraq; initia in græcia participaui. Eorum quædam signa & monumenta, tradita mihi à sacerdotibus sedulo cõseruo, nihil insolitum, nihil incognitum dico, uel unius liberi patris symmystæ qui adestis, scitis, quid domi conditum celetis, & absq; omnibus prophanis tacite uenereminni. At ego, ut dixi, multiuga sacra, & plurimos ritus, varias cærimonias, studio ueri & officio erga deos didici, Nec hoc ad tẽpus compono, sed ad hinc fermẽ triennium est, cum primis diebus, quibus Aeeam ueneram, publicæ disserens de Aesculapij maiestate, eadẽ ista præmetuli, et quod sacra nosse m percensui. Ea disputatio celebratissima est, uulgo legitur, in omnium manibus uersatur, non tam facundia mea, q̃ mentione Aesculapij religiosis Aeensibus commendata. Dicite aliqui, siquis forte meminit, huius loci principium. Audis' ne Maxime multos suggerentis? immo etiam eæ liber offertur, recitari ipsa hæc iubebo, quoniam ostendis humanissimo uultu, auditione te' ista non grauari. Etiam ne cuiquã murum uideri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysterijs deum conscium, quædam sacrorum crepundia domi adseruare? atq; ea lineo texto inuoluere, quod purissimum est rebus diuinis uelamentum. quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, iam inde Orphei & Pythagoræ scitis prophanus uestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo indutui, & amictui, sanctissimis ægyptiorũ sacerdotibus, sed opertui quoq; inde rebus sacris usurpatur. Atq; ego scio

nonnullos, & cum primis Aemilianum istum facetiæ sibi habere, res diuinas deridere. Nam, ut audio, & censentibus ijs, qui istum nouere, nulli deo ad hoc æui supplicauit, nullum templum frequentauit, si fanum aliquod prætereat, nephas habet, adorandi gratia manum labris admouere. Iste uero nec dijs rurationis, q̃ eum pascunt, ac uestiunt, segetis ullas, aut uitis, aut gregis primicias impartit, nullum in uilla eius delubrum situm, nullus locus, aut lucus consecratus. Et qd ego de luco, & delubro loquor? negãt uidisse se qui fuere, unum saltem i finibus eius, aut lapidem unctum, aut ramum coronatum. Igitur agnomenta ei duo indita, Charon, ut iam dixi, ob oris & animi diritatẽ. Sed alterum quod libentius audit, ob deorum contemptum Mezentius. Quapropter facile intelligo, hasce ei tot initiorum enumerationes nugas uideri, & forsan ne ob hanc diuini contumaciam non inducat in animum, uerum esse quod dixi, me sanctissime tot sacrorum signa, & memoracula custodire. Sed ego quid de me Mezentius sentiat, manum non uorterim. Cæteris autem clarissima uoce profiteor, si qui forte adest, eorundem solemnium mihi particeps, signum dato, et audiat licet, quæ ego adseruem. Nam equidem nullo unq̃ periculo compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad prophanos annunciare. Vt puto Maxime satis uideor, cuiuis, uel iniquissimo animo expleſſe, & quod ad sudarium pertineat, omnem criminis maculam detersisse, ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi grauissimum legerunt, à suspicionibus Aemiliani trãscensurus. Testimonium ex libel-

lo legi, audisti Gumiæ cuiusdam, & desperati lurconis, Iunij Crassi, me in eius domo nocturna sacra cũ Appio Quintiano amico meo factitasse, qui ibi mercede diuersabatur. Idq; se ait Crassus, q̃q̃ meo tempore uel Alexandriæ fuerit, tamen à cæde & fumo, & auium plumis comperisse, scilicet eum cum Alexandriæ symposia obiret, Est enim Crassus iste, qui non inuitus de die ĩ ganeas correpat. In illo cauponis nidore pinnas de penatibus suis aduectas aucupatum, fumum domus suæ agnouisse, patrio culmine longe exortum. Quem si oculis uidit, ultra Vlyxi uota & desideria hic quidem est oculatus. Vlyxes fumum terra sua mergentem compluribus annis è litore prospectãs, frustra captauit. Crassus in paucis, quibus abfuit mensibus, eundem fumum, sine labore in taberna uinaria sedens, conspexit. Sin uero naribus nidorem domesticũ præsensit, uincit idem sagacitate odorandi canes, et uulturios. Cui enim cani, cui uulturio alexandrini cœli quicq̃ abusq; Aeensium finibus obdeat. Est quidem Crassus iste summus helluo, & omnis fumi non imperitus, sed profecto studio bibendi, quo solo cẽsetur, facilius ad eum Alexandria uini aurea q̃ fumi perueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nam dicitur ante horam diei secundam, ieiunus adhuc & abstemius, testimonium istud uendidisse. Igitur scripsit, hæc se ad hunc modum comperisse, postquam Alexãdria reuenerit, domum suam recta contendisse, ex qua iam Quintianus migrarat, ibi in uestibulo multas auium pinnas offendisse. Præterea parietes fuligine deformatos, quæsisse causas ex seruo suo quẽ Aeeæ re-

liquerit, eumq; sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse, Quàm uero subtiliter compositũ, & ueri similiter commentum, me siquid eius facere uellem, non domi meæ potius facturum fuisse. Quintianum istum qui mihi assistit, quem ego pro amicitia, quæ mihi cum eo arctissima est, proq; eius egregia eruditione, & perfectissima eloquentia, honoris & laudis gratia nomino. Hunc igitur Quintianum, si quas auis in cœna habuisset, aut (quod aiunt) magiæ causa interemisset, puerum nullum habuisse, qui pinnas conuerteret, & foras abijceret. Præterea fumi tã tam uim fuisse, ut parietes atros redderet, eamq; deformitatem, quoad habitauit, passum in cubiculo suo Quintianum? Nihil dicis Aemiliane? Non est uerisimile, nisi forte Crassius non in cubiculum reuersus perrexit, sed suo more recta ad focum. Vnde autem seruus Crassi suspicatus est noctu potissimum parietes fumigatos? an ex fumi colore? uidelicet fumus nocturnus nigrior est, eoq; diurno fumo differt? Cur autem suspicax seruus, ac tam diligens, passus est Quintianum migrare prius q̃ mundã domum redderet. Cur illæ plumæ quasi plumbeæ, tam diu usq; ad aduentum Crassi manserũt? nonne simul & Crassius seruus suus? sed ipse hæc potius de fuligine & pinnis mentitus ẽ? dum non potest nec in testimonio dando discedere longius à culina. Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassius ipse ubi gentium est? An Alexandriam tedio domus remeauit? An parietes suos detergit? An q̃ uerius est, ex crapula helluo attemptatur? Nam equidem hæc fabra tecum hesterna die animaduerti sa-

tis notabiliter in medio foro tibi Aemiliane obructã tem, quære à nomenclatoribus tuis Maxime, q̃q̃ eſt ille cauponibus, q̃ nomenclatoribus notior, tamen inquã interroga, an hic Iunium Craſſum Aceenſem uiderint, non negabunt, exhibeat nobis Aemilianus iuuenem honeſtiſſimum, cuius teſtimonio nititur. Quid ſit dicì uides. Dico Craſſum iamdudum ebrium ſtertere, aut ſecundo luuacro ad repotia cœnæ obeunda uinolentũ ſudorem in balneo deſudare. Iſte cum maxime præſens per libellum loquitur, non quin adeo ſit alienatus omni pudore, ut etiam ſub oculis tuis ſi foret, ſine rubore ullo mentiretur, ſed fortaſſe nec tantulum potuit ebrius ſibi temperare, ut hanc horam ſobrie expectaret, aut potius Aemilianus de cõſilio fecit, ne cum ſub tam ſeueris oculis tuis conſtitueret, ne tu bæluam illam uulſis maxillis, fœdo aſpectu de ſpecie improbares, cum animaduertiſſes caput iuuenis barba & capillo populatum, madentis oculos, cilia turgentia, rictum, ſaliuoſa labia, uocem abſonam, manuum tremorem, ructus. Nam patrimonium omne iam iam prìdem abliguritum, nec quicq̃ ei de bonis paternis ſupereſt, niſi una domus ad calumniam uenditandam, quã tamen nunq̃ charius, q̃ in hoc teſtimonio locauit. Nam temulentum iſtud mendacium tribus milibus nummis Aemiliano huic uendidit, idq; Aceæ nemini ignoratur. Omnes hoc anteq̃ fieret, cognouimus, & potui denuntiatione impedire, niſi ſcirem mendacium tam ſtultum potius Aemiliano, qui fruſtra redimebat, q̃ mihi, qui merito contemnebam, obfuturum. Volui & Aemilianum damno affici, & Craſſum teſtimonij ſui de-

decore prostitui. Cæterum nudiustertius, haudquaq̃ occulta res acta est in Rufini cuiusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufino & Calpurniano. Quod eo libentius Rufinus perfecit, q̃ erat certus ad uxorem suam, cuius stupra sciens dissimulat, non minimam partem præmij eius Crassum relaturum. Vidi te quoq; Maxime, cœitionem aduersum me, & coniurationem eorum pro tua sapiẽtia suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rẽ multu aspernantem. Deniq; q̃q̃ sunt soluta audacia & importuna impudentia præditi, tamen testimonio Crassi, cuius oboluisse fecem uidebant, nec ipsi ausi sunt p̃ legere, nec quicq̃ eo niti. Verum ego ista propterea cõmemoraui, non q̃ pinnarum formidines, & fuliginis maculam, te præsertim iudice timerem, sed ut ne impunitum Crasso foret, quod Aemiliano homini rustico fumum uendidit. Vnde etiam crimen ab illis cum Pudentillæ literas legerent, de cuiusdam sigilli fabricatione prolatum est, quod me aiunt ad magica maleficia occulta fabricã, ligno exquisitissimo comparasse, & cum sit æleri forma, turpe, & horribile, tamen impendio, colore, & græco uocabulo nuncupare. Nisi fallor, ordine eorum uestigia persequor, et singillatim apprehendens omnem calumniæ textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis qui potest? cuius uos adeo artificem non ignorastis? ut ei, uti præsto esset, denunciaueritis. En adest Cornelius, Saturninus artifex uir inter suos & arte laudatus, & moribus cõprobatus, qui tibi Maxime pauloante diligenter scisciitanti, omnem ordinem gestæ rei, summa cum fide &

ueritate percensuit, me cum apud eum multas geometricas formas Gnosso uidisse, subtiliter & ad fabre factas, inuitatum eius artificio, quædam mechanica, ut mihi elaborasset, petisse, simul & aliquod simulachrum cuiuscunq; uellet dei, cui ex more meo supplicassem, quacunq; materia dummodo lignea exculperet. Igitur primo buxeã temptasse. Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum priuignum meum, qui factum uolebat impetratos hebeni loculos, à muliere honestissima Capitolina ad se attulisse. Ex illa potius materie rariore, & durabiliore, uti faceret, adhortatũ. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecisse, perinde ut loculi suppetebant. Ita mututatim ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse. Hæc ut dico omnia audisti. Præterea à filio Capitolinæ probissimo adolescente, qui præsens est, sciscitante te, eadem dicta sunt. Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino artifici detulisse. Etiam illud non negatur, Pontianum à Saturnino perfectum sigillum recepisse, & postea dono mihi dedisse. His omnibus palàm atq; aperte probatis, quid omnino superest, in quo suspicio aliqua magiæ delitescat? Immo quid omnino est, quod uos manifesti mendacij non reuincat? occulte fabricatum esse sigillum dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curauit, quod Saturninus uir grauis, & probe inter suos cognitus, in tabernula sua sedens, propalam exculpsit, quod ornatissima matrona munere suo adiuuit, quod & futurum, & factum multi cum seruorum, tum amicorum, q ad me uentitabant, scirent, lignum à me toto oppido,

& quidem oppido quæsitum, non piguit uos commenti ri? quem quidem abfuisse meo tempore scitis, quem iussisse fieri qualicunq; materia probatum est. Tertium mendacium uestrum fuit, macilentam uel omnino cui scæratam formam diri cadaueris fabricatam, prorsus horribilem & larualem. Quod si compertum habebatis ante euidens signum magiæ, cur mihi ut exhiberem, non denuntiastis? An ut possetis in rem absentẽ libere mentiri? Cuius tamen falsi facultas, opportunitate quadam meæ consuetudinis, uobis adempta est. Nã morem mihi habeo quoquo eam, simulachrum alicuius dei inter libellos conditum gestare, eiq; diebus festis, thure & mero, & aliquando uictimis supplicare. Dudum ergo cum audirem scelestum, per q̃ impudenti mendacio dictitari, iussi curriculo iret aliquis, et ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Aeeæ fabricatus est, cedo tu, eum uideant, teneant, consyderent, En uobis quem scelestus ille scelestũ nominabat. Auditis' ne reclamationem omnium qui adsunt? Auditis' ne mendacij uestri damnatione m?nõ uos tot calumniarum tandem dispudet? Hiccine est scelestus? Hiccine est larua? Hoccine est quod appellitabatis dæmonium, magicum ne istud? an solemne & cõmune simulachrum est. Accipe quæso Maxime, et contemplare bene, tam puris & tam pijs manibus tuis traditur res consecrata. En uide q̃ facies eius decora et succi plena sit, q̃ hilaris dei uultus, ut decenter utrinq; lanugo malis deserpat, ut in capite crispatus capillus sub uno pilei umbraculo appareat, q̃ lepide super tempora pares pinnulæ emineant. Quàm autem festiue cir

& humeros uestis substricta sit. Hunc qui scelestum au
det dicere profecto ille simulachra deorũ nulla uidet,
aut omnia negligit. Hunc deniq; qui laruam putat,
ipse est laruatus. At tibi Aemiliane pro isto mendacio,
aut deus iste superum & inferum commeator, utro-
rumq; deorum malam gratiam, semperq; obuias spe
cies mortuorum, quicquid umbrarum est usquam, qc-
quid lemurum, quicquid manium, quicquid laruarũ
oculis tuis oggerat. Omnia noctium occursacula, oia
bustorum formidamina, omnia sepulchrorum terri-
culamenta, à quibus tamen æuo & merito haud longe
abes. Cæterum platonica familia, nihil nouimus nisi
festum, & lætum, & solemne. & superum & cœle
stie. Quin altitudinis studio secta ista etiam cœlo ipso
sublimiora quæpiam uestigauit, & in extimo mundi
tergo degit. Scit me uera dicere Maximus, qui legit
in Phedro diligenter. Idem Maximus optime intelligit,
ut de nomine etiam uobis respondeam, quis' nam sit
ille non à me primo, sed à Platone nuncupatus βασι-
λεύς. Quis' nam sit ille βασιλεὺς totius rerum natu-
ræ causa, & ratio & origo initialis, summus animi
genitor, æternus animantum sospitator, assiduus mun-
di sui opifex. Sed enim sine opera opifex, sine cura so-
spitator, sine propagatione genitor, neq; loco, neq; tem-
pore, nec ulla uice comprehensus, eoq; paucis cogita-
bilis, nemini effabilis. En ultro augeo magiæ suspicio-
nem non respondeo tibi Aemiliane quem colam βα-
σιλέα. quin si ipse proconsul interroget, quid sit deus
meus, tacebo de nomine, ut in præsentiarum satis di-
xi. quod superest, nec ipse sum nescius, quosdam circun

stantium cupere audire, cur non argento, uel auro, sed potissimum ex ligno simulachrum fieri uoluerim, idq; eos arbitror, non tam ignoscendi, q̃ cognoscendi causa desiderare, ut hoc etiam scrupulo liberentur, cum uiderint omnem suspicionem criminis abunde confutatam. Audi igitur cui cura cognoscere est, sed animo quantum potes erecto, & attento, quasi uerba ipsa Platonis iam senis de nouissimo legum libro auditurus. in quo prohibet, ut delubra nemo audeat priuatim constituere, censet etenim satis ciuibus ad immolandas uictimas templa publica. Deinde subnectit.

* us

omnium assensus declarauit, maximeq; qui in consilio estis, competentissime uideor usus Platone, ut uitæ magistro, ita causæ patrono, cuius legibus obedientem me uidetis.

ORATIO SECVNDA

Vnc tempus est ad epistolas Pudentillæ præuerti, uel adeo totius rei ordinem pauloaltius petere, ut omnibus manifestissime pateat, me quem lucri cupiditate inuasisse Pudentillæ domum dictitant, si ullũ lucrum cogitarem, fugere semper à domo ista debuisse, quin & in cæteris causis minime prosperum matrimonium, & nisi ipsa mulier tot incommoda uirtutibus suis repensaret, inimicum. Neq; enim ulla alia causa, præter cassam inuidiam reperiri potest, quæ iudicium istud mihi, & multa antea pericula uitæ conflauerit. Cæterum cur Aemilianus commoueretur, & si uere me magum conspexisset, qui non modo ullo facto, sed ne tantulo quidem dicto meo læsus est, ut uideretur se merito ultum ire, neq; autem gloriæ causa me accusat, ut M. Antonius cum Carbonem. C. Mutius. A. Albutium. P. Sulpitius. Cn. Norbanum. C. Furius. M. Aquilium. C. Curio. Q. Metellum. Quippe homines eruditissimi, iuuenes laudis gratia, primum hoc rudimentum forensis operæ subibant, ut aliquo insigni iudicio ciuibus suis noscerentur, qui mos incipientibus adolescentulis, ad illustrandum ingenij florem, apud antiquos concessus diu exoleuit, quod si nunc quoq; frequens esset, tamen ab hoc procul abfuisset. Nam neq; facundiæ ostentatio rudi et indocto, neq; gloriæ cupido rustico & barbaro, neq; inceptio patrociniorum, capulari seni congruisset, nisi forte Aemilianus pro sua seueritate exemplum dedit,

& ipsis maleficijs infensus, accusationem istam pro morum integritate suscepit. At hoc ego Aemiliano, nó huic afro, sed illi africano, & numantino, & præterea censorio uix credidissem, ne huic frutici credam non modo odium peccatorum, sed saltem intellectum inesse. Quid igitur est? Cuiuis clare dilucet aliam rẽ, inuidiam nullam esse, quæ hunc & Herennium Rufinum impulsorem huius, de quo mox dicam, cæteros q; inimicos meos, ad nectendas magiæ calumnias prouocarit. Quinq; igitur res sunt, quas me oportet dissputare. Nam si probe memini, quod ad Pudentillam attinet, hæc obiecere, Vna res est, p nunq̃ eam uoluisse nubere post priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere. Altera res est de epistolis eius, quam confessionem magiæ putant. Deinde sexagesimo anno ætatis ad libidinem nupsisse, quod in uilla ac non in oppido tabulæ nuptiales sint consignatæ, tertio & quarto loco obiecere. Nouissima & eadem inuidiosissima criminatio de dote fuit, ibi omne uirus totis uiribus adnixi effudere, ibi maxime angebantur. Atq; ita dixere, me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostræ mulieri amanti remotis arbitris in uilla extorsisse. Quæ omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam, adeoq; facile & sine ulla cõtroversia refutabo, ut medius fidius uerear Maxime, quiq; in consilio estis, ne demissum & subornatum a me accusatorem putetis, ut inuidiam meam reperta occasione palàm restinguerem. Mihi credite, quod re ab se intelligetur, oppido q̃ mihi laborandum est, ne tam frivolam accusationem me potius callide excogitasse, q̃ il-

los stulte susc̃episse existimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter persequor, & officio, ut ipse Aemilianus re cognoscat falso se ad inuidiam meam inductum, & longe á uero aberrasse necesse habeat confiteri, quæso uti adhuc fecëritis, uel siquo magis etiam potestis, ipsum fontem & fundamentum mendacij huiusce diligentissime cognoscatis. Aemilia Pudentilla, quæ nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio amico, qui cũ antea nupta fuerat, Pontianum & Pudentem filios genuit, eosq; pupillos in potestate aui relictos paterni (nam superstite patre amicus decesserat) per annos ferme quatuordecim memorabili pietate sedulo aluit. Non tamen libenter in ipso ætatis suæ flore tam diu uidua, sed puerorum auus, inuitam eam conaliare studebat alterì filio suo Sicinio claro, eoq; cæteros procos absterrebat, & præterea minabatur, si extrario nupsisse, nihil se filijs eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. Quam conditionem cum obstinate propositam uideret mulier sapiens, & egregie pia, ne qd filijs suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptiales, cum quo iubebatur, cum Sicinio claro. Verũ enimuero uanis frustrationibus nuptias eludit, eoaddum puerorum auus fato concessit, relictis filijs eius hæredibus, ita ut Pontianus, qui maior natu erat, fratri suo tutor esset. Eo scrupulo liberata, cum à principibus uiris in matrimonium peteretur, decreuit sibi diutius in uiduitate non permanendum. Quippe ut solitudinis tedium perpeti posset; tamen ægritudinem corporis ferre non poterat, mulier sancte pudica, tot annis uiduitatis sine culpa, sine fabula, assuetudine

coniugis torpens, & diutino situ uiscerum saucia, uitiatis intimus uteri, sæpe ad extremum uitæ discrimẽ doloribus obortis examinabatur. Medici cum obstetricibus consentiebant, penuria matrimonij morbũ quæsitum, malum in dies augeri, ægritudinem ingraueſcere, dum ætatis aliquid superſit, nuptijs ualitudinem mendicandũ. Consilium istud cum alij approbarent, tum maxime Aemilianus iste, qui paulo prius confidẽtissimo mendacio adseuerabat, nunq̃ de nuptijs Pudentillam cogitasse, priusq̃ foret magicis maleficijs à me coacta, me solum repertum, qui uiduitatem eius uelut quandam uirginitatem cærminibus & uenenis uiolarem. Sæpe audiui non de nihilo dici mendacem memorem oportere. At tibi Aemiliane non uenit in mentem, priusq̃ ego Aeeam uenirem, te literas etiam uti nuberet, scripsisse ad filium eius Pontianum, qui tum adultus Romæ agebat. Cedo tu epistolam, uel potius da ipsi, legat, sua sibi uoce, suis q; uerbis seſe reuincat. Est ne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubeſcere tu quidẽ non potes. Est' ne tua ista subscriptio? Recita quæso clarius, ut omnes intelligant quantum lingua eius manu discrepet, quantum q; minor illi sit mecum, q̃ secum dissensio. Scripsisti' ne hæc Aemiliane, quæ lecta sunt? nubere illam uelle, & debere, scio, sed quem eligat, neſcio, recte tu quidem neſciebas. Pudentilla enim tibi, cuius infestam malignitatem probe norat, de ipsa re tantum, cæterum de petitore nihil fatebatur. At tu dum eam putas etiam nunc Claro fratri tuo denupturam, falsa spe inductus, filio quoq; eius Pontiano author assentiendi fuisti. Igitur si Claro nupsisset homini

mini rustico & decrepito seni, sponte eam diceres sine ulla magia iam olim nuptá esse. Quoniam iuuenem talem qualem dicitis, elegit, coactam fecisse ais, cæterum semper nuptias aspernatam. Nescisti improbe epistolam tuam de ista re teneri, nescisti te tuomet testimonio conuinctum iri. Quam tamen epistolam, Pudentilla testem & indicem tuæ uoluntatis, ut quæ te leuem & mutabilem, nec minus mendacem, & impudentem sciret, maluit retinere, q̃ mittere. Cæterum ipsa de ea re, Pontiano filio suo Romam scripsit, etiam causas consilij sui plene allegauit. Dixit illa omnia de ualitudine, nihil præterea esse, cur amplius deberet obdurare. Hæreditatem auitam longa uiduitate, cum despectu salutis suæ quæsisse. Eandem summa industria auxisse. Iam deum uoluntate, ipsum uxori, fratrem eius uirili togæ idoneos esse. Tandem aliquando se quoq; paterentur solitudini suæ, & ægritudini subuenire. Cæterum de pietate sua, & supremo iudicio nihil metuerent, qualis uidua eis fuerit, talem nuptam futuram. Recitari iubebo exemplum epistolæ huius ad filium missæ. Satis puto ex istis cuius liquere posse, Pudentillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam, sed olim sua sponte à nubendo non alienam, quam me fortasse præ cæteris maluisse. Quæ electio tam grauis fœminæ, cur mihi crimini potius, q̃ honori danda sit, non reperio. Non nihil tamen miror, q̃ Aemilianus & Rufinus id iudicium mulieris ægre ferant, cum ij, qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, æquo animo patiantur me sibi prælatum. Quod quidem illa ut faceret, filio suo potius, q̃ animo obse-

ta est. Ita factum, nec Aemilianus poterit negare. Nã Pontianus acceptis literis matris, cõfestim Romam aduolauit, metuens ne siquem auarum uirum nacta esset, omnia, ut sæpe fit, in mariti domum conferret. Ea solicitudo non mediocriter animum angebat. Omnes illi, fratriq; diuitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant. Auus modicum reliquerat, mater sextertium quadragies possidebat. Ex quo sanè aliquantam pecuniam, nullis tabulis, sed ut æquum erat, mera fide acceptam filijs debebat. Hunc ille timorem mussitabat. Aduersari propalàm non audebat, ne uideretur diffidere. Cum in hoc statu res esset, inter precationem matris & metum filij, forté ne an fato ego aduenio pergens Alexandriam. Dixissem hercule, quod utinam nunq̃ euenisset, ni me uxoris meæ aspectus prohiberet. Hyems anni erat. Ego ex fatigatione itineris aduectus apud Appios ueteres amicos meos, quos honoris, & amoris gratia nomino, aliquam multis diebus decumbo. Eo uenit ad me Pontianus, nam fuerat mihi non ita pridem ante multos annos Athenis per quosdam communis amicos conciliatus, & arcto postea contubernio intime iunctus, sæpe omnia circa honorem meum obseruanter, circa salutem solicite, circa amorẽ callide, quippe etenim uidebatur sibi peridoneum maritum matri repperisse. Cui bono periculo totam domus fortunam concrederet. Ac primo quidem uoluntatem meam uerbis inuersis periclitabundus, quoniá me uiæ cupidum & conuersum ab uxoria re uidebat, orat saltem paulisper manere, uelle se mecum proficisci, hyemem alteram propter Syrtis æstus & besti-

as operiendam, quod illam mihi infirmitas exemisset. Multis etiam precibus me ab amicis meis Appijs aufert, ut sese in domum matris suae transferat, salubriorem mihi habitationem futuram. Praeterea prospectu maris, qui mihi gratissimus est, liberius me ex ea fruiturum. Haec omnia adnixus impenso studio persuadet, & matrem suam, suumq; fratrem puerum istum mihi commendat, non nihil à me in communioribus studijs adiuuantur. Augetur oppido familiaritas, interibi reualesco. Differo aliquid postulantibus amicis. Publicè omnes, qui aderant, ingenti celebritate basilicam, qui locus auditorij erat complentes, inter alia pleraq; congruentissima uocè insigniter acclamant, petentes ut remanerem, fieremq; ciuis Aeensium. Mox auditorio misso, Pontianus eo principio me adhortus, consensum publicae uocis pro diuino auspicio interpretatur, aperitq; consilium sibi esse, si ego non nolim, matrem suam, cui plurimi inhient, mecum coniungere, quoniam mihi soli ait rerum omnium confidere sese & credere, ut id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla, sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. Si haec reputans, formae aut diuitiarum gratia, me ad aliam conditionem reseruarem, neq; pro amico, neq; pro philosopho facturũ. Nimis multa oratio est, si uelim memorare, quae ego contra responderim, quam diu & quotiens inter nos uerbigeratũ sit, quot & qualibus precibus me adgressus, haud prius omiserit, q̃ deniq; impetrarit, non quin ego Pudentillam iam anno perpetim assiduo conuictu probe spectassem, & uirtutum eius dotes explorassem, sed ut-

pote peregrinationis cupiens impedimentum, matrimonij aliquantisper recusaueram. Mox tamen talem fœminam nihilo segnius uolui, q̃ si ultro appetissem. Persuaserat idem Pontianus matri suæ, ut me alijs omnibus mallet, & q̃ primum hæc perficere incredibili studio auebat. Vix ab eo tantam moram impetramus dum prius ipse uxorem duceret. Frater eius uirilis togæ usum auspicaretur, tunc deinde ut nos coniungeremur. Vtinã hercule possem, quæ deinde dicenda sunt, sine maximo causæ dispendio transgredi, ne Põtiano, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignou, uidear nunc leuitatem exprobrare. Confiteor enim, quod mihi obiectum est, eum, postq̃ uxorem duxerit, à conspecta fide desciuisse, ac derepente animi mutatum, quod antea nimio studio festinarat, pari pertinatia prohibitum isse. Deniq; matrimonium nostrum ne coalescæret, quid uis pati, quid uis facere, paratum fuisse, q̃uis omnis illa tum animi fœda mutatio & susceptæ contra matrem simultas, non ipsi uitio uortenda sit, sed socero eius Orcilli Herennio Rufino, qui unum nemunem in terris uiliorem se, aut improbiorem, aut inquinatiorem reliquit. perpaucis hominem q̃ modestissimo potero, necessario demonstrabo, nisi omnino de eo reticuero, operam perdiderit, q̃ negocium istud mihi ex summis uiribus conflauit. Hic. n. est pueruli huius instigator, hic accusationis author, hic aduocatorum conductor, hic testium exemptor, hic totius calumniæ fornacula, hic Aemiliani huius fax & flagellum, idq; apud omnis intemperatissime gloriatur, me suo machinatu reum postulatum. Et sanè habet in istis, quod sibi

plaudat. Est enim litium omnium repertor, omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium, necnon idem libidinum ganearumq; locus, lustrum, lupanar, iam inde ab ineunte æuo cunctis probris palàm notus. Olim in pueritia, priusq; isto caluitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus. Mox in iuuentute saltandis fabulis exossis planè & eneruis, sed, ut audio, indocta & rudi mollitia. Negatur enim quicq; histrionis habuisse, præter impudicitiam. In hac etiam ætate, qua nunc est, qui istum deperdũt, multi sunt, honos auribus præfandus est, domus eius tota lenonia, tota familia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa, filij similes prorsus, diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis, ianua calcibus propulsata, fenestræ cænticis circunstrepitæ, triclinium commessatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium. Neq; enim ulli ad introeundum metus est, nisi qui precium marito non attulit. Ita ei lecti sui contumelia uectigalis est. Olim soleis suo, nũc coniugis corpore uulgo moueret. Cum ipso pleriq;, nec mentior, cum ipso inquam de uxoris noctibus paciscuntur. Iam illa inter uirum & uxorem nota colluuio, qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu ascendũt. Qui inaniores uenere, signo dato pro adulteris deprehenduntur, & quasi ad discendum uenerint, non prius abeunt, q̃ aliquid scripserint. Quid enim faciat homo miser, ampliusculà fortuna deuolutus, quàm cũ fraude patris ex inopinato inuenerat? pater eius plurimis creditoribus defœneratus, maluit retinere pecu-

niam q̃ pudorem. Nã cum undiq; uersum tabulis flagitaretur, & quasi insanus, ab hominibus obuijs teneretur, lex inquit negat posse dissoluere, annulos aureos & omnia insignia dignitatis abijcat. Cum creditoribus depaciscitur. Pleraq; tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude confert, ipse egens, nudus, & ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non mentior, sestertium XXX deuorandum. Tantum enim ad eum de bonis matris liberum uenit, præter quod ei uxor sua quottidianis dotibus quæsiuit. Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in uentrem condidit, & omnimodis cohirnationibus delapidauit, ut crederes metuere, nequid haberet ex fraude paterna dicæretur, homo iustus & morum dedit operam, quod male partum erat, ut male periret. Nec quicq̃ ei relictum est ex largiore fortuna, præter ambitionem miseram, & profundam gulam. Cæterũ uxor iam propemodum uetula & effœta, totam domum contumelijs abnuit. Filia autem per adolescentulos ditiores inuitamento matris suæ, nequicq̃ circũlata, quibusdã etiam procis ad experiundum permissa nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortasse an adhuc uidua, antequam nupta, domi sedisset. Pontianus ei multum quidem dehortantibus nobis, nuptiarum titulum falsum & imaginarium donauit, non nescius eam pauloantequã duceret, à quodam honestissimo iuuene, cui prius pacta fuerat, post satietatem derelictã. Venit igitur ad eum noua nupta, secura, & intrepida, pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto, uirgo rursum post recens repudium, nomen potius af-

ferens puellæ, quã integritatem. Vectabatur octapho ro. Vidistis profecto qui affuistis, quã improba iuue- num circũspectatrix, quã immodica sui ostentatrix. Quis non disciplinam matris agnouit, cum in puel la uideret immedicatum os & purpurissatas genas? & illicès oculos? dos erat à creditore omnis ad ternun tium pridie sumpta, & quidem grandior, quàm do- mus exhausta, & plena liberis postulabat. Sedenim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, pari auaritia & egestate, totum Pudentillæ quadragies præsum- ptione cassa deuorarat, eóq; me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani facilitatem Pudentillæ solitudi- nem circunueniret, infit generum suum obiurgare, q matrem suam mihi desponderat, suadet quã primum ex tanto periculo dum licet, pedem referat. Res matris ipse potius habeat, quã homini extrario sciens trans- mittat, ni ita faciat, inicit scrupulum amanti adole- scentulo, ueterator minatur se filiam abducturum. Quid multis? iuuenem simplicem, præterea nouæ nu ptæ illecebris obfrenatum, suo arbitratu de uia defle- ctit. It ille ad matrem uerborum Rufini gerulus, sed nequicquã temptata eius grauitate, ultro ipse leuita- tis & inconstantiæ increpitus, reportat ad socerum haud mollia. Matri suæ præter ingenium placidissi- mum, & immobile, iram quoq; sua expostulatione accensisse, non mediocre pertinaciæ adiumentum. Re- spondisse eam deniq; non clàm se esse Rufini, exoratio ne secum expostulari, eo uel magis sibi auxilium ma- riti, aduersum eius desperatam auaritiam comparan- dum. Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris

suæ ita ira extumuit, ita exarsit furore, ut in fœminã sanctissimam & pudicissimam, præsente filio eius, digna cubiculo suo diceret, a matricem eam, me magum & uenesicum clamitaret multis audientibus, quos si uoles, nominabo, se mihi sua manu mortem allaturũ. Vix hercule possum iræ moderari. Ingens indignatio animo oboritur, tu' ne effœminatissime tua manu cuiquã uiro mortem minitaris? At qua tandem manu? Philomenæ? an Medeæ? an Clitemnestræ? quas tamen consultas, tanta mollicia animi, tanta formido ferri est. sine cludine saltas. Sed ne longius ab ordine digrediar, Pudentilla postquã filium uidet præter opinionẽ, contra suam esse sententiã deprauatum, rus profecta, scripsit ad eum obiurgandi gratia illas famosissimas literas, quibus ut isti aiebant, confessa est, se se mea magia in amorem inductam dementire. Quas tamen literas tabulario Pontiani præsente, & contra scribente Aemiliano, nudiustertius tuo iussu Maxime testato descripsimus, in quibus omnia contra prædicationem istorum pro me reperiuntur. Quanquã & si districtius magum me dixisset, posset uideri excusabunda, se filio uim meam, quã uoluntatem suam causari maluisse. An sola Phœdra falsum epistolium de amore commenta est? An non omnibus mulieribus hæc ars usitata est, ut cum aliquid eiusmodi uelle cœperunt, maluit coacte uideri? Q si animo etiam ita putauit me magum esse, ideo ne magus habear, quia hoc scripsit Pudentilla, uos tot argumentis, tot testibus, tanta oratione, magum me non probatis, illa uno uerbo probaret. Et quanto tandem grauius habendum est, quod

in iudicio subscribitur, quã quod in epistola scribitur. Quin tu meismet factis, non alienis uerbis reuincas. Cæterum eadem uia multi rei cuiusuis maleficij postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisq; in epistola sua, uel amore, uel odio cuiuspiam scripserit. Magum te scripsit Pudentilla, igitur magus es. Quid si consulem me scripsisset, consul essem, quid enim si pictorem, si medicum, quid deniq; si innocentem, num aliquod horum putares, ideo q illa dixisset? nihil scilicet. Atqui periniurium est, ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes, posse literas eius ad perniciẽ, non posse ad salutem, sed inquieti animi fuit efflictim te amabat, concedo interim. Num tamen oẽs qui amantur, magi sunt, si hoc forte qui amat scripserit. Cedo nunc quod Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id foris scripsit, quod palàm erat mihi obfuturum. Postremo quid uis, sanam an insanã fuisse dum scriberet? sanam dices. Nihil ergo erat magicis artibus passa. Insanam respondebis. Nescit ergo quid scripserit, eoq; ei fides non habenda est, immo etiam si fuisset insana, insanam se esse nescisset. Nam ut absurde facit qui tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese non tacet, & ipsa professione quod profitetur infirmat, ita uel magis hoc repugnat. Ego insanio, quod uerum non est, nisi sciens dicat. Porrò sanus est, qui scit, quid sit insania. Quippe insania scire se nõ potest, non magis q cæcitas se uidere. Igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat. Possum si uelim pluribus, sed mitto dialecticam. Ipsas literas longe aliud clamantis, & quasi deditæ

opera ad iudicũ istud præparatas, & accommodatas recitabo. Accipe tu, & lege, usque dum ego iterloquar, substine paulisper quæ sequuntur. Nam ad diuerticulum rei uentum est. Adhuc enim Maxime, quantum equidem animaduerti, nusq̃ mulier magiam nominauit, sed ordinem repetiuit eundem, quem ego paulopriꝰ longa uiduitate de remedio ualitudinis, de uoluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet. Hæc usq; adhuc lecta sunt. Supereſt ea pars epistolæ, quæ simuliter pro me scripta, in me metipsum uertit cornua, ad expellendum à me crimen magiæ, sedulo omissa, memorabili laude Rufini uicem mutauit, & ultro contrariam mihi opinionem quorundam Aeensium, quasi mago quæsiuit. Multa fando Maxime audisti, & plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti. Sed enim uersutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam, negabis te unq̃ cognouisse, Quis Palamedes? quis Syphax? quis deniq; Euribates aut Phirinondas talem excogitasset? Omnes isti, quos nominaui, & siqui præterea fuerunt dolo memorandi, si cum hac una Rufini fallacia contendãtur, machiprorsus & bochones uidebuntur. O' mirum cõmẽtum, o' subtilitas digna cærere, & robore. Quis credat effici potuisse, ut quæ defensio fuerat, eadem manẽtibus eisdem literis, in accusationem transuerteretur? Est Hercule incredibile. Sed hoc incredibile, ꝙ sit factum, probabo. Obiurgatio erat matris ad filium, ꝙ me talem uirum, qualem sibi prædicasset, nunc de Rufini sententia magum dictitaret. Verba ipsa ad hunc

modum se habebant.

*

Hæc ipsa uerba Rufinus, quæ græce interposuit, sola excerpta, & ab ordine suo seiugata, quasi confessionẽ mulieris circunferens, & Pontianum per forum ductans, uulgo ostendebat. Ipsas mulieris literas, illatenus qua dixi, legendas præbebat, cætera supra & infrascripta occultabat. Turpiora esse, q̃ ut ostenderentur, dictitabat. Satis esse confessionem mulieris de magia cognosci. Quid quæris? ueri simile omnibus uisum. Quæ purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem inuidiam apud imperitos conciuere. Turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus, epistolam sæpe aperiens proquiritabat. Apuleius magus dicat ipsa quæ sentit, & patitur, quid uultis amplius? Nemo erat qui pro me ferret, ac sic responderet. Totam sodes epistolam, cedo. Sine omnia inspiciam, principio ad finem perlegam. Multa sunt, quæ sola prolata calumniæ possint uideri obnoxia, cuiauis oratio insimulari potest, si ea quæ ex prioribus nexa sunt, principio sui defraudentur, si quædam ex ordine scriptorũ ad libidinem supprimantur, si quæ simulationis causa dicta sunt, adseuerãtis pronũciatione, q̃ exprobrantis legantur. Hæc & id genus ea q̃ merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistolæ ostendat. At tu Aemiliane recognosce, an & hæc mecum testato descripserit.

*

*

Oro te Maxime, si literæ, ita ut partim uocales dicuntur, etiam propriam uocem usurparent, si uerba ita, ut poëtæ aiunt, pinnis aptæ uulgo uolarent, non'ne cum primum epistolam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa & meliora sciens reticeret, non'ne tunc cæteræ literæ sceleste se detineri proclamassent? uerba suppressa de Rufini manibus foras euolassent? Totum forum tumultu complessent? si quoq; à Pudentilla missas, sibi etiam quæ dicerent, mandata. Improbo ac nefario homini per alienas literas fallum facere temptanti ne auscultarent, sibi potius audirent, Apuleium magiæ non accusatum à Pudentilla, sed accusante Rufino, absolutum. Quæ omnia & si tum dicta non sunt, tamen nunc cum magis prosunt, lucæ illustrius apparent. Patent artes tuæ Rufine, fraudes hiant, detectum mendacium est, ueritas olim interuersa, nunc se effert, & uelut alto barathro cālūnias emergit. Ad literas Pudentillæ prouocastis. Literis uinco, quarum si uultis extremam quoq; clausulā audire, non inuidebo. Dic tu quibus uerbis epistolam finierit mulier obcātata, uecors, amens, amans. Etiam' ne amplius reclamat uobis Pudentilla, & sanitatem suam à nostris cālumnijs quodam præconio uindicat? Nubendi autem seu rationem, seu necessitatem fato ascribit, à quo multum magia remota est, uel potius omnino sublata. Quæ enim relinquitur uis cantamnibus & ueneficijs, si fatum rei cuiusq;, ueluti uiolentissimus torrens, neq; retineri potest, neq; impelli? Igitur hac sententia sua Pudentilla nonmodo me magum,

sed omnino esse magiam negauit. Bene q integras epistolas matris Pontianus ex more adseruauit. Bene q uos festinatio iudicij anteuortit, ne quid in istis literis ex ocio nouaretis. Tuum hoc Maxime, tuæq; prouidētiæ beneficium est, q à principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, præcipitasti, & nulla impartita mora subneruasti. Finge nunc aliquid matrem filio secretis literis de amore, uti assolet, confessam. Hocine uerum fuit Rufine', hoc nó dico pium, sed saltem humanum, promulgari eas literas, & potissimum filij preconio publicari. Sed sum ego inscius, qui postulo ut alienum pudorem conserues, qui tuum perdideris. Cur autem præterita conqueror, cum non sint minus acerba præsentia. Hucusq; à uobis miserum istum puerum deprauatum, ut matris suæ epistolas, quas putat amatorias, pro tribunali proconsuli recitet, apud uirum sanctissimum Clau. Maximum, ante has imperatoris pij statuas filius matris suæ pudenda exprobret stupra, & amores obiectet? Cuius tam est mutis, quin exacerbescat? Tu'ne ultro parentis tuæ animū in istis scrutans, oculos obseruas? suspiria numeras? affectiones explor as? tabulas intercipis? amorem reumcas? Tu'ne quod in cubiculo agat, perquiris? ne mater tua non dico amatrix, sed'ne omnino fœmina est? ne tu in ea cogitas, nisi unam parentis religionem? O infœlix uterum tuum Pudentilla, ò sterilitas liberis potior, ò infausti decem menses, ò ingrati XIIII anni uiduitatis. Vipera, ut audio, exeso matris utero in lucem proserpit, atq; ita parricidio gignitur. At enim tibi à filio iam adulto, acerbiores morsus uiuenti, &

uidenti offeruntur, silentium tuũ laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum foditur, uiscera intima protrahũtur. Hascine gratias bonus filius matri respondes, ob datam uitam? ob acquisitam hæreditatẽ? ob XIIII annorum longas alimonias? hiscine te patruus disciplinis erudiuit, ut si compertum habeas, filios tibi similes futuros, non audeas ducere uxorem. Est ille poëtæ uersus non ignotus,

» Odi puerulos præcoci sapientia,
» Sedenim malitia præcoci puerum.

Quis non auersetur, atq; oderit, cum uideat uelut mõstrum quoddam, prius robustos scelere q̃ tempore, ante nocentem q̃ potentem, uiridi pueritia, cana malitia, uel potius hoc magis noxium, q̃ cum uenia perniciosius est, & nondum penè, iam iniuriæ sufficit. Iniuriæ dico, immo enim sceleri aduersum parẽtem nefando, immani, impetibili. Athenienses quidem propter commune ius humanitatis, ex captiuis epistolis Philippi macedonis hostis sui, unam epistolam, cum singulæ publicæ legerentur, recitari prohibuerunt, quæ erat ad uxorem Olympiadem conscripta, hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diuulgarent, præferendũ rati fas commune propriæ ultioni. Tales hostes aduersus hostem. Tu qualis filius aduersus matrem, uides q̃ similia contendã. Tñ filius matris epistolas de amore, ut ais, scriptas, in isto cœtu legis, i quo si aliquẽ poëtã lasciuiorẽ iuberetis legere, profecto non auderes, pudore tamen aliquo ipedirere, immo. n. nunq̃ matris tuæ literas attigisses, si ullas alias literas attigisses, ad q̃ ausus es tuam ipsius epistolã legendã dare, quam ni-

mis irreuerenter, nimis contumelioſe & turpiter de matre tua ſcriptam, cum adhuc in eius ſinu alerere, miſeras clanculo ad Pontianum, ſcilicet ne ſemel pec caſſes, ac tam bonum tuum factum obtuto capeſceret. Miſer non intelligis, ideirco patruum tuum hoc fieri paſſum, quo ſe omnibus purgaret, ſi ex literis tuis no ſceretur, te etiam priusq; ad eum commigraſſes, etiam cum matri blandirere. Tamen iam tum uulpionem et impium fuiſſe. Cæterum neq; in animum inducere, tam ſtultum Aemilianum eſſe, ut arbitretur mihi literas pueri & eiuſdem accuſatoris mei obſtituras. Fuit & illa commentitia epiſtola, neq; mea manu ſcripta, neq; ueriſimiliter conficta, qua uideri uolebant blandicijs à me mulierem ſolicitatam. Cur ergo blãdirer, ſi magiæ confidebam? qua autem uia ad iſtos peruenit epiſtola, ad Pudentillam ſcilicet per aliquem fidelem miſſa, ut in re tali actitari ſolet? cur præterea tã uitioſis uerbis, tam barbaro ſermone ego conſcriberẽ, quem ijdem dicunt nequaquam græcæ linguæ imperitum? Cur autem tam abſurdis, tamq; tabernarijs blãdicijs ſubagitarem, quem ijdem aiunt uerſibus amatorijs ſatis ſcite laſciuire? Sic eſt profecto, cuiuis palàm ẽ. Hic qui epiſtolam Pudentillæ græcatiorem legere nõ poterat, hanc ut ſuam facilius legit, & aptius commẽdauit. Sed iam de epiſtolis ſatis dictum habebo, ſi hoc unum addidero, Pudentillam quæ ſcripſerat diſſimulamenti cauſa & deridiculi poſt haſce literas euocaſſe ad ſe filios, & nurum cum his fermè duobus menſibus conuerſatam dicat hic pius filius quid in eo tempore ſecus agentem uel loquentem matrem ſuam pro-

pter insaniam uiderit. Neget eam rationibus uillico-
num, & opilionum, & equisionum solertissime sub
scripsisse. Neget fratrem suum Pontianum grauiter ab
ea monitum, ut sibi ab insidijs Rufini caueret. Neget ue
re obiurgatum, q literas, quas ad eum miserat, uulgo
circunttuliisset, nec tamen bona fide legisset, Neget post
ista quæ dixi, matrem suam mihi apud uillã iam pri
dem condicto loco nupsisse. Quippe ita placuerat in su
burbana uilla potius ut coniungeremur, ne caues de-
nuo adsportulas conuolarent, cum haud pridem Pu-
dentilla de suo quinquaginta milia nummum in po-
pulum expunxisset ea die, qua Pontianus uxorem
duxit, & hic puerulus toga est inuolutus. Præterea
ut conuiuijs multis ac molestijs supersederemus, quæ
fermè ex more nouis maritis obeunda sunt. Habes Ae
miliane causam totam, cur tabulæ nuptiales inter me
ac Pudentillam, non in oppido sint, sed in uilla su-
burbana consignatæ, ne quinquaginta millia num-
mum denuo profundenda essent, nec tecum aut apud
te cœnandum esset. Est'ne causa idonea? Miror tamẽ
q tu à uilla tantopere abhorreas, qui plerunq; rure
uersor. Lex quidem Iulia de maritandis ordinibus
nunq̃ scilicet ad hunc modum interdicit, uxorem in
uilla ne ducato. Immo si uerum uelis, uxor ad prolẽ,
multo auspicatius in uilla, q̃ in oppido ducitur. In solo
uberi q̃ in loco sterili. In agri cæspite, q̃ in fori silicæ.
Mater futura in ipso materno, si nubat in segete, adul
ta super fœcundam glebam, uel enim sub ulmo mari
ta cubet in ipso gremo terræ, matres inter soboles
herbarum, & propagines uitium, & arborum ger-
mina, ibi

mina, ibi & ille celeberrimus in comœdijs uersus de
* proximo congruit.

Romanorum etiam maioribus, Quintijs & Serranis, & multis alijs simulibus, non modo uxores, uerum etiam consulatus, & dictaturæ in agris offerebantur. Cohibebam me in tam prolyxo loco, ne tibi gratum faciam, si uillam laudauero. De ætate uero Pudentillæ, de qua post ista satis confidenter mentitus es, ut etiam LX annos natam diceres nupsisse, de ea paucis tibi respondebo. Nam in re tam perspicua non opus est pluribus disputare. Pater eius natam sibi filiam, more cæterorum professus est, tabulæ eius partim tabulario publico, partim domo adseruantur. Quæ tibi ob os obijciuntur, porrige Aemuliano tabulas istas, lignum cósyderet, signa, quæ impressa sunt, recognoscat, consules legat, annos computet, quos LX mulieri assignabat, probet quinq; & quinquaginta, lustro mentitus est, parum hoc est, liberalius agam. Nã & ipse Pudentillæ multos annos largitus est. Redonabo igitur uicissim. Decem annos Mezentius cum Vlyxe errauit, quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. Quid multis? ut cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam XX annos semel detraham. Iube Maxime consules computari, nisi fallor inuenies nunc Pudentillæ haud multo amplius XL annum ætatis ire. O' falsum audax & nimium, o' mendacium XX annorum exilio puniendum, dimidio tanta Aemuliane mentiri falsa audeas sesqualtera? Si XXX annos pro decem dixisses, posses uideri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris

digitos, aperuisse. Cum uero XL quæ facilius cæteris porrecta palma significátur, ea XL tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse, nisi forte XXX annorum Pudentillam ratus, binos cuiusq; anni consules numerasti. Missa hæc facio, uenio nunc ad ipsum stirpem accusationis, ad ipsam causam maleficij, respõdeat Aemilianus & Rufinus, ob quod emolumentum, & si maxime magus forem, Pudentillam carminibus & uenenis ad matrimoniũ pellexissem. Atq; ego scio plerosq; reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quæ piam causæ probarentur, hoc uno se tamen abunde defendisse, uitam suam procul ab huiusmodi scæleribus abhorrere, nec id sibi obesse debere, q̃ uideantur quædam fuisse ad maleficium perpetrandum inuitamenta. Non enim omnia quæ fieri potuerint, pro factis habẽda. Rerũ uices uarias euenire, certum indicem cuiusq; animum esse, qui semper eodem ingenio ad uirtutem, uel ad malitiam moratus, firmum argumentum est accipiendi crimnis, aut respondendi. Hæc ego q̃q̃ possum merito dicere, tamen uobis cõdono. Nec satis mihi duco, si me omnium quæ insimulastis abunde purgaui, si nusq̃ passus sum uel exiguam suspicionem magiæ consistere. Reputate uobiscum, quanta fiducia innocentiæ meæ, quantóq; despectu uestri agam, si una causa uel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillæ nuptias ob aliquod meum cõmodum appetere, si quamlibet modicum emolumentum probaueritis. Ego ille sim Carinondas, uel Damigeron, uel Hismoses, uel Ioannes, uel Apollonius, uel ipse Dardanus, uel quicunq; alius post Zoroastren & Hostanen inter magos

ælebratus est. Vide quæso Maxime quem tumultum susciterint, quoniam ego paucos magorum nomnatim percensui. Quid faciam tam rudibus, tam barbaris? docæam Rufinum, hæc & multo plura alia nomna in bibliothecis publicis apud clarissimos scriptores me legisse? An disputem, longe aliud esse noticiam nomnum, aliud artis eiusdem habere communionem? nec debere doctrinæ instrumentum & eruditionis memoriam pro confessione crimnis haberi? An quod multo præstabilius est, tua doctrina Claudi Maxime, tuáq; perfecta eruditione fretus, contemnam stultis & impolitis ad hæc respondere? Ita potius faciam, quid illi existiment nacti non putabo, quod institui pergam disputare, nullam mihi causam fuisse, Pudentillam ueneficijs ad nuptias prolectandi, formam mulieris & ætatem ipsi ultro improbauerunt, idq; mihi uitio dederunt, talem uxorem causa auaritiæ concupisse, atq; adeo primo dotem in congressu grandem & uberem rapuisse. Ad hæc Maxime longa oratione fatigare te non est consilium. Nihil uerbis opus est, cum multo disertius ipsæ tabulæ loquantur. In quibus omnia contra, q̃ isti ex sua rapacitate de me quoq; coniectauerũt, facta impræsentiarum, & prouisa in posterum deprehendes, iam primum mulieris locupletissimæ modicã dotem, neq; eam datam, sed tantummodo promissam. Præter hæc ea conditione factam coniectionem, si nullis ex me susceptis liberis uita demgrasset, ut dos ois apud filios eius Pontianum & Pudentem maneret. Sin uero uno una'ue superstite diem suum obisset, uti tum diuidua pars dotis posteriori filio, reliqua priori-

bus cederet. Hæc, ut dico tabulis ipsis docebo. Fors fuerit, ut ne sic quidem credat Aemilianus sola CCC millia nummum scripta, eorumq; repetitionem filijs Pudentillæ pacto datam. Capiens ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino legat. Pudeat illum tumidi animi sui, & ambitiosæ mendacitatis, quippe ipse egens, nudus CCC millibus nummum à creditore acceptis filiam dotauit. Pudentilla locuplex fœmina CCC millibus dotis fuit contenta, & maritũ habet, & multis sæpe & ingentibus dotibus spretis, inani nomine tantulæ dotis contentum. Cæterum præter uxorem suam nihil computantem, omnem supellectilẽ, cunctasq; diuitias in concordia coniugis & multo amore ponentem. Quanq; quis omnium uel exigue rerum peritus culpare auderet, si mulier uidua et mediocri forma, at non ætate mediocri, nubere uolens, lõga dote & molli conditione inuitasset iuuenem, neq; corpore, neq; animo, neq; fortuna pœnitendum. Virgo formosa, & si sit oppido pauper, tamen abunde dotata est. Affert quippe ad maritum nouum animi indolẽ, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. Ipsa uirginitatis commendatio iure meritoq; omnibus maritis acceptissima est. Nam quodcũq; aliud in dotem acceperis, potes cũ libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne, ut acceperas, retribuere, pecuniam remunerare, mancipia restituere, domo demigrare, prædijs cædere, sola uirginitas cum semel accepta est, reddi nequitur. Sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet. Vidua autem qualis nuptijs uenit, talis diuortio digreditur, nihil affert impossibile, sed uenit iam ab alio præflora

ac, certe tibi ad quæ uelis, minime docilis, non minus ſuſpectans nouã domum, quàm ipſa iam ob unum di uortium ſuſpectanda, ſiue illa morte amiſit maritum, ut ſæui hominis mulier, & infauſti coniugij, minime appetenda, ſeu repudio digreſſa eſt, utramuis habeat culpam mulier, quæ aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam inſolens, ut repudiaret. Ob hæc & alia uiduæ dote aucta procos ſollicitant quod Pudentilla quoq; in alio marito fecaſſet, ſi philoſophum ſpernentem dotis non reperiſſet. Age uero ſi auaritiæ cauſa mulierem concupiſſem, quid mihi utilius ad poſſidẽdam domum eius fuit, quàm ſimultatem inter matrem & filios ſerere? Alienare ab eius animo liberorum charitatem? quo liberius & arctius deſolatam mulierem ſolus poſſiderẽ. Fuit'ne hoc prædonis, quod eſſe uos fingitis? Ego uero quietis & concordiæ & pietatis author, conciliator, fauiſſor, nonmodo noua odia non ſerui, ſed uetera quoq; funditus extirpaui. Suaſi uxori meæ, cuius, ut iſti aiunt, iã uniuerſas opes transuoraram, ſuaſi inquam, ac deniq; perſuaſi, ut filijs pecuniã ſuã repoſcentibus, de quo ſupra dixerã, ut eã pecuniam ſine mora redderet in prædijs, uili æſtimatis, & quanto ipſi uolebãt. Præterea ex re familiari ſua fructuoſiſſimos agros, & grandem domum, opulente ornatam, magnamq; uim tritici, et ordei, & uini, & olei, cæterorumq; fructuũ. Seruos quoq; haud minus quadringentos, pecora amplius, neq; pauca, neq; abiecti precij donaret, ut eos & ex ea quam tribuiſſet parte, ſecuros haberet, & ad cætera hæreditatis bona ſpe inuitaret. Hæc ego ab inuita Pudentilla (patietur. n.

me, uti res fuit ita dicere) ægre exauditus ingentibus precibus, inuite & irate extorsi. matrem filijs reconciliaui. Priuignos meos primo hoc uictrici beneficio, grandi pecunia auxi. Cognitum hoc est tota ciuitate. Rufinum omnes execrati, me laudibus tulere. Venerat ad nos prius quàm istam donationem mater perficeret, ut cum dissimili isto fratre suo, Pontianus ante pedes nostros aduolutus, ueniã & obliuionem præteritorum omnium postularet, flens & manus nostras osculabũdus, ac dicens pœnitere, q̃ Rufino & similibus auscultarit. Petit postea supplicater, uti se Lolliano quoq; auito. C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio profectionis suæ fuerat à me commendatus, q̃ppe compererat ante paucos dies omnia me ut acta erant, ad eum perscripsisse. Id quoq; à me impetrat. Itaq; acceptis literis Carthaginem pergit, ubi iá prope exacto consulatus sui munere, Lollianus auitus Maxime opperiebatur. His epistolis meis lectis, pro sua exi mia humanitate, gratulatus Pontiano, q̃ cito errorem suum correxisset, rescripsit mihi per eum. Quas literas dij boni? qua doctrina? quo lepore? qua uerborum amœnitate simul & iucunditate? prorsus ut uir bonus dicendi peritus. Scio te Maxime libenter eius literas audituru. Et quidem si perlegam, mea uoce pronunciabo. Cedo tu Auiti epistolas, ut quæ semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. At tu licebit aquam sinas fluere. Namq; optimi uiri literas ter & quater ab eo quantouis temporis dispendio lectitarem. Non sum nescius, debuisse me post istas Auiti literas perorare. Quem enim laudatorem locupletio-

rem, quem testem uitæ meæ sanctiorem producam? Quem deniq; aduocatum facundiorem? Multos in uita mea Ro. nominis disertos uiros sedulo cognoui, sed sum æque nemunem admiratus. Nemo est hodie, quantum mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac spei, quin Auitus esse longe malit, si cum eo se remota inuidia uelit conferre. Quippe omnes fandi uirtutes penè diuersæ in illo uiro congruunt. Quamcunq; orationem struxerit Auitus, ita illa erit undiq; sui ꝑfecte absoluta, ut in illa neq; Cato grauitatem requirat, neq; Lælius lenitatem, neq; Gracchus impetum, nec Cæsar calorẽ, nec Hortensius distributionem, nec Caluus argutias, nec parsimoniam Sallustius, nec opulentiam Cicero. Prorsus in qua, ne omnis persequar, si Auitum audias, neque additum quicquam uelis, neq; detractum, neque autem aliquid commutatum. Video Maxime quàm benigne audias, quæ in amico tuo Auito recognoscis. Tua me comitas, ut uel pauca dicerem de eo, inuitauit. At non usqueadeo tuæ beneuolentiæ indulgebo, ut mihi permittam iam prope modum fesso in causa prorsus ad finem inclinata, de egregijs uirtutibus eius nunc demum incipere. Quin potius eas integris uiribus, & tempori libero seruem. Nunc enim mihi (quod ægre fero) à commemoratione tanti uiri, ad pestes istas oratio reuoluenda est. Audes' ne te ergo Aemiliane cum Auito conferre? Quem ne ille bonum uirum ait, cuius animi disputationem tam plenè suis literis colludat, eum tu magiæ maleficij criminis insectabere? An inuasisse me donum pudentillæ, & compillare bona eius? Tu ma-

